ALLEGATIONES FORENSES CIVILES, ET CRIMINALES

ANTONII CONCIOLI

I. C. CANTIANENSIS,

Et olim ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſsimo Domino CARDINALI DELCIO Status Vrbini Legato eiuſdem Status Auditoris,

In quibus variæ, ac difficiles iuris quæſtiones, & materiæ, quæ in foro, & praxi verſantur circa Contractus, Iudicia, Succeſſiones ab inteſtato, Vltimas voluntates, Statutorum, & Bullarum interpretationem, & Reorum ex varijs delictis inquiſitorum defenſionem, ſecundùm Doctorum, & præcipuè Sac. Rotæ Romanæ magis receptas ſententias diligenter, & facili methodo reſoluuntur, & explicantur.

Vnà cum Reſolutionibus ad ſingulas Allegationes in cauſa ſequutis in fine cuiuslibet Allegationis appoſitis.

Cum copioſo Indice, & Summarijs ad quamlibet Allegationem.

PARS SECVNDA.

Ad Eminentiſſimum, ac Reuerendiſs. Principem

SCIPIONEM DELCIVM

S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM.



MACERATÆ, Ex Typographia Hæredum Auguſtini Griſci, & Ioſephi Piccini. M. DC. LXVI.

DOMINORVM SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIME,

ET REVERENDISSIME PRINCEPS.

SI libros, qui ad humanæ societatis communem vtilitatem eduntur in lucem, idcircò consueuere Authores præclaris, magnisq; viris inscribere, vt nouitio operi suo patrocinium pariter, ac splendorem comparent, atq; concilient, vtrumque mihi non illis absimilem rem facturo haud opportunius euenire posse sum arbitratus, quàm hisce meis Forensibus Allegationibus Tibi dicãdis, PRINCEPS EMINENTISSIME, qui pectoris virtute polles ad tutelam, & nitore generis micas ad decora; Non vana fero, sed ipsa res loquitur; Nemini enim non factum est notum secundo famæ præconio quanto consilio, quanta prudentia, quanta dexteritate, quanta integritate, quanta denique fœlicitate Christianæ Reipublicæ munera gesseris præclarissima; Vndè purpureæ trabeæ fructum facinorum ingentium testem iure merito retulisti; quo venerando, ac propè regio amictu cum apud omnes maiorem venerationem, firmiusque robur tantæ Virtutes tuæ sint adeptæ, extra omnem aleam priorem spem meam implere certè valent. Quod verò ad posteriorem attinet, & quod equidem lucis iubar partui meo prodeunti affulgere non potest ex te, qui clarissima octo sęculorum nobilitate per generosissimos Maiorum palmites ex Imperatoria stirpe faustissimè transfusa inter Senensia Astra honestissimè, venustissimèq; rutilas?

Vt

Vt autem ab eximia benignitate tua hæc, quæ ſperaui, animoque concepi, expectem, ea mihi ſpondent beneficia, quæ in me hactenùs vti innumerabilia, ita maxima munifico humanitatis genere contuliſti, in quibus præcipuas obtinet partes Auditoris Officium, ad quod me Vrbini iuſtiſſimè, atque integerrimè Legatione perfungens intima neceſſitudine, ac familiaritate adhibuiſti, vndè videbatur id à me ius quoque expoſcere, vt qualecunque hoc Opus eſt meum tibi offerrem; Quod ſi quid me nominis, atque exiſtimationis hoc in ſcribendi genere mihi apud homines conciliaſſe putem, id omne tuis planè auſpicijs ſum conſequutus; Qua itaque benignitate, comitateq; ſolitus es me, eadem complecti mea quoque non dedignabere. Et quodcunque obſequij hac deuinctiſſimi animi ſignificatione tibi defero boni conſulas precor; Cœterum Tibi pro ijs, quorum ſum debitor, repræſentandis, cum aliter ſim nequaquam ſoluendo, velit Deus Optimus Maximus, vt EMINENTIÆ TVÆ eueniant quæ opto, ac voueo, vt ex votorum auſpicatiſſimo ſucceſſu quantum de me Tu ſis meritus, & quantum ipſe Munificentiæ tuæ debeam omnibus manifeſtum fiat. Vale.

Eminentiæ Tuæ Reuerendiſsimæ

Seruus Humillimus, & Dedictiſs.

Antonius Conciolus.



INDEX ARGVMENTORVM OMNIVM ALLEGATIONVM,

Quæ in Secunda Parte continentur.



ALLEGATIO LI.

PER dationem in solutum factam creditori quando extinguatur debitum, & hypotheca. Extinctio hypothecæ, sicut nocet principali creditori, an noceat etiam illi, cui nomen debitoris fuit generaliter hypothecatū. Exceptio anterioritatis crediti an obstet in Iudicio Saluiani. Testatori an liceat hypothecare bona hæredis, & quid, si hæres adiuit illius hæreditatem cum beneficio inuentarij. Exceptio consistens in iure quando dicatur requirere altiorem indaginem, ita vt non sit admittenda in iudicio Saluiani Interdicti.

ALLEGATIO LII.

ACtio semel extincta per dationem bonorum in solutum factam creditori, bonis euictis, an, & quando reuiuiscat, & an reuiuiscat fauore dotis. Notorium quando sit probandum, vel sufficiat illud tantùm allegare. Priuilegia dotis an sint transitoria ad hæredes mulieris, vel ad filios. Euictio an debeatur, quando illa euenit ex facto emptoris, & illius culpa, & priuilegia personalia quando transeant ad hæredes.

ALLEGATIO LIII.

STatuto pœnali contra damnum dantes in bonis alicuius vt sit locus, an sit necessè docere de dominio bonorum, vel de sola possessione. Testes habentes interesse in causa quādo probent. Dominium an probetur per testes de auditu, & ex possessione. Mandatum de manutenendo an sit dandum docenti de anteriori possessione, & habenti meliores probationes. Possessio iunior an præsumatur vitiosa, & clādestina, & sit manutenenda. Testes de Vniuersitate an sint legitimi testes in causa Vniuersitatis.

ALLEGATIO LIV.

VEnditor quando teneatur ad traditionem rei vēditæ emptori, & eius cessionario. Res empta mediante persona Procuratoris an aequiratur domino, & in Procuratore an præsumatur mandatum ex notabili pecuniarum solutione per eum facta. Emptoris petitio agentis ad consequutionem rei emptæ an procedat, non soluto, nec oblato pretio. Venditor, qui partem pretij habuit, & rem non tradidit, quando teneatur ad fructus compensatiuos, emptori pro rata ad tex. in l. curabit 5 C. de act. &c empt. Et e contra emptor non soluendo pretiū quādo teneatur ad fructus compensatiuos venditori, vel ad interesse damni emergentis, & quid, cessante mora.

ALLEGATIO LV.

EST resolutio dubiorum in causa præcedenti, in qua disceptatur, an cessio facta sinè numeratione pecuniæ sit nulla ad tex. in l. per diuersas 22. & in l. seq.

ALLE-

ARGVMENTORVM.

ALLEGATIO LXIII.

A Gens remedio vtilis Saluiani interdicti qua teneatur probare, vt obtinere valeat. Iudex ritè, & rectè procedens an priuet possessione. Clausula Constituti an probet possessionem contra constituentē, & eius haeredes. Confessio Procuratoris quādo noceat domino, maximè stantibus adminiculis, vel ratificatione tacita, vel expressa. Bona emphyteotica quando veniant in generali bonorū obligatione, & an veniant illorum fructus, ita vt creditori competat remedium Saluiani ad effectum consequendi dictos fructus pro eius credito.

ALLEGATIO LXIV.

Æ Stimatio bonorum an sit facienda de tempore contractus, & an dicātur conformes, si vna cantet de vno tempore, & alia de alio. Valor bonorum quando praesumatur mutatus, & an detur praesumptio valoris praesentis cum praeterito. Verbum (ill) an importet tempus praesens, vel praeteritū. Æstimatori an liceat eius aestimationem declarare.

ALLEGATIO LXV.

E ST resolutio dubiorum Allegationis praecedentis, & agitur quando aestimationes dicantur conformes, & verbum (ille) quādo importet tempus praesens, vel praeteritum. Æstimator an possit aestimationem referre de tempore, quo ipse erat in infantili aetate, & an possit eius aestimationem declarare ex interuallo. Laudum arbitratoris an debeat esse conforme libello. Arbitratores an dicantur Iudices, & eorum lauda habeant vim sententiae, vel contractus. Periti an debeant referre cū iuramento, vel sinè. Stylus an sit probandus, vel Iudex valeat de eo se informare in camera, & an dicatur probatus ex productione plurium Instrumentorum.

ALLEGATIO LXVI.

S Criptura testamenti carens subscriptione Notarij, loci appositione, & clausula Actum &c. an dicatur authentica, si sit reperta in libro Notarij, & adiuuetur alijs adminiculis. Clausula Actum an sit de substantia Instrumenti, vel possit suppleri ex alijs adminiculis denotantibus Instrumenti perfectionem. Locus celebrati Instrumenti an possit suppleri per testes de eo deponentes. Testamentum nullum enunciatum, & confirmatum per eundem Testatorem in codicillis postea factis an validetur, vt valeat saltem in vim codicillorum, & testamento nullo existente, quando annullentur etiam codicilli.

ALLEGATIO LXVII.

E ST resolutio motiuorū, de qua in Allegatione praecedenti. Statutum, quod Notarij non matriculati non possint se rogare de Instrumentis, aliàs quod Instrumenta non valeant, an comprahendat Notarios forenses, & an d. defectus de aequitate sit attendēdus. Instrumenta Notarij putatiui an valeant ad tex. in l. barbarius 3. ff. de offic. praet. *& quot Instrumenta requirantur, vt intret dispositio* d. l. barbarius.

ALLEGATIO LXVIII.

A Nniuersaria relicta per testatorem sibi facienda, non expressa Ecclesia, an sint facienda in Ecclesia, in qua testator est sepultus, vel sit in facultate haeredis illa faciendi in alia Ecclesia. Legatum factum Ecclesiae cuinam Ecclesiae acquiratur. Testamētum factum coram Parocho, & duobus testibus de iure Canico est validum in vtroque foro in Terris Ecclesiae: & quid, si sit factum coram Confessario testatoris, vel coram eo, cui est commissa cura totius Parochiae, vel coram quatuor testibus sinè Parocho.

ALLEGATIO LXIX.

F Vndus, super quo est impositus census, si legatus sit per testatorem, quis teneatur soluere fructus, & liberare d. fundum haeres, vel legatarius, & quid, si sit legatus personae coniunctae, vel piae causae. Legatum factum personae coniunctae an sit latè interpretandum. Res quando transeat cum onere suo, & testator quādo praesumatur legare tantùm ius, quod habet in re. Haeres quando teneatur liberare rem obligatam legatam per testatorem.

ALLEGATIO LXX.

A Mita an praeferatur, quo ad successionem nepotis, fratribus cōsobrinis eiusdē. Filiatio, & cōsanguinitas quomodo probetur, maximè in antiquis. Statutum exclusiuum faeminarum excludens ab haereditate vnius an excludat etiam ab haereditate alterius in Statuto non nominati. Statutum iuris communis correctorium, licèt fauorabile, an extendendum sit ex identitate rationis de persona ad personam. Statutum circa successionem an habeat locum in haereditate Clerici. Agens ad exclusionē faeminae dotatae vigore Statuti an teneatur probare illius dotationē.

ALLEGATIO LXXI.

Petito per partes compromisso, processus Iudicis an sit validus, & quid si partes a sententia reiectiua compromissi nō appellarunt, sed coram eodem Iudice iudicium sunt prosequuti. Sententia contra Statutū lata quando sit nulla. Sētentia interlocutoria quando transeat in iudicatum quo ad Iudicem, & quo ad partem. Appellans a sententia, redeundo coram Iudice a quo, an dicatur appellationi renunciare. Recusans Iudicem si non appellet ab vlteriori processu, an ille sit validus. Ius repræsentationis in linea collaterali quando habeat locum. Statutum exclusiuum fœminarum an possit extendi ob identitatem rationis. Testis de auditu an probet contra inducentem. Statutum exclusiuum fœminarum an habeat locum in hæreditate Clerici.

ALLEGATIO LXXII.

Laudum prolatum post terminum a Statuto præfixū quando sit nullum, & quid, si sit excessiuum, vel sit latum sinè citatione partis. Citatio quādo sit necessaria in prolatione laudi, maximè si in cōpromisso sit illi renunciatum, & quid in laudo arbitratoris. Tutor, qui non confecit inuentarium, neque satisdedit, an possit administrare. Tutela an sit nulla, si sit suscepta, non requisita matre pupilli. Laudum latum in personā mortui quando sit nullum. Agens rei vendicatione an teneatur docere de dominio plenè, & concludenter. Pactum aßecurationis, seù, vt dicitur, Capussaluum factum a socio, quando sit licitum. Ad lucrandum fructus, an requiratur bona fides positiua, seù titulus verus, vel sufficiat titulus putatiuus, vel nullus, error iuris, vel abesse malam fidem.

ALLEGATIO LXXIII.

Mobilium appellatione an veniant frumentum, & vinū, quod est domi vltra vsum familiæ ad effectum vendendi, maximè in contractibus, in quibus sit stricta interpretatio. Legatū an veniat largè interpretandum, maximè si sit factum amico, vel coniuncto, & quid, stantibus coniecturis, vel communi vsu loquendi. Communis vsus loquendi generalis, & notorius, an sit probandus. Masculinum quando concipiat fœmininum in vltimis voluntatibus, & in contractibus.

ALLEGATIO LXXIV.

Promissio alicuius summæ facta per aliquem, nullo iure cogente, an dicatur donatio. Donatio inter viuos an reuocetur per superuenientiam filiorum ad l. si vnquā 8 C. de reuoc do iat. Dicta L. si vnquā *an habeat locum quando donatur dimidia pars bonorum, vel aliqua pars minus dimidia, & quid, stante iuramento in donatione apposito. Dispositio* d. l. si vnquam *an habeat locum quando pater post liberos susceptos diù tacuit, nulla de reuocatione facta mentione, & an habeat locum in donatione remuneratoria, & in donatione ex causa dotis.*

ALLEGATIO LXXV.

Donatio quando dicatur remuneratoria, vt non subiaceat dispositioni l. si vnquam 8. C. de reuoc. donat. *Merita ad d. effectum an probentur ex assertione donatoris, vel sint probanda, maximè quando donatio sit inter personas prohibitas, & an sufficiat iuramentum, & quid, expressa causa meritorum, & consanguinitatis. Donatio quando dicatur correspectiua. Dispositio* d. l. si vnquam *an habeat locum in donatione ob causam matrimonij. Donatio ob causam matrimonij quādo dicatur simplex, vel ob causam. Renunciatio* d. l. si vnquam *an debeat esse specialis, vel sufficiat generalis omni legum auxilio.*

ALLEGATIO LXXVI.

Obligatio vxoris facta in eodem Instrumento vnà cum viro an sit valida, & confessioni eiusdem, quod pecunia, seù bona cesserint in ipsius vtilitatem, an sit standum, & an ipsa possit se obligare, & fideiubere pro viro, maximè stante iuramento. Iuramentum an firmet actum nullum ipso iure, & quid, si statutum præsumat contractum, vel iuramentum metu, & dolo extortum, & vxoris obligatio pro viro an sustineatur, si sit facta pro cōstituenda dote communi filiæ.

ALLEGATIO LXXVII.

Mulier, constante matrimonio, quando valeat petere restitutionem, seù aßecurationem dotis ob vergentiam viri ad inopiam, & an illa possit impediri per oblationem fideiussionis de dote conseruanda, & restituenda, vel per oblationem dotis in pecunia. Inopia quomodo sit probanda, & an sufficiat, virum incæpiße malè vti substantia sua. Mulier, quæ nupsit viro debitis inuoluto, an possit petere asse-

re assecurationem dotis propter inopiam viri, & quid, si elapsum sit decennium a die, qua maritus incæpit male vti substantia sua, & vergere ad inopiam.

ALLEGATIO LXXVIII.

Plura deducuntur circa probationem dotium, & præcipuè an testis vnicus omni exceptione maior probet cum adminiculis, & plura adducuntur adminicula. Dos an probetur ex leuioribus probationibus, & an gaudeat priuilegijs, soluto matrimonio, & bona data in dotem æstimata cuius periculo pereant. Animalia data in dotem inæstimata, si pereant, an pereant damno viri, vel vxoris.

ALLEGATIO LXXIX.

AGens ad pœnam, vel caducitatem ob non implementum an teneatur probare, implementum nõ fuisse sequutum. Testes deponentes super negatiua quando illam probent. Ignorantia præcepti pœnalis an excuset a caducitate, & qualis scientia requiratur, vt incurratur pœna, & an sufficiat simplex certioratio, vel requiratur ostensio Instrumenti. Ecclesia læsa an competat restitutio in integrum ad instar minoris absque eo, quod teneatur prius agere contra Rectorem, vel illius hæredes, & priuilegiatus quando possit vti priuilegio contra alterum priuilegiatum.

ALLEGATIO LXXX.

IVdex quando possit sibi auocare possessionem ob periculum armorum, & ad euitanda scandala, & an prius ei debeat constare de timore armorum citata parte, & quid si periculum sit in mora. Possessor an possit, lite pendente, a possessione remoueri. Appellatio an detur a decreto auocationis possessionis ob timorem armorum. Ratione notoriæ iniustitiæ an detur appellatio, etiam in casu prohibito. Continuans suam possessionem an dicatur attentare, pendente appellatione.

ALLEGATIO LXXXI.

PAtri delinquenti, si habeat tres filios, vel vltra, an per Fiscum fieri possit bonorum confiscatio, vel potiùs omnia eius bona sint eius filijs relinquẽda, & quid si patrimonium sit magni valoris. Doctori attestanti de consuetudine an sit credendum, quò ad omnia loca, vel tantùm quo ad Curiam, in qua versatus est. Consuetudo, & stylus vnius Curiæ an extendatur extra d. Curiam, & an porrigat vires ad alia loca.

ALLEGATIO LXXXII.

STatutum compellens partem ad soluendam legitimam pro filio delinquente an habeat locum quãdo pater habet tres filios, vel vltra, & an illud sit strictè, vel largè interpretandum. Ratio in lege appposita quando ampliet, vel restringat dispositionem. Dispositio l. cum ratio §. si plures ff. de bon. damn *an habeat locum, quando patrimoniũ patris est magni valoris, & an seruetur de consuetudine.*

ALLEGATIO LXXXIII.

MAndatum ad homicidium an præsumatur. Inimicitia quando faciat indicium ad torturam. Quando appareat de certo delinquente, qui potuit committere homicidium ex causa propria, an possit procedi contra inimicos occisi, vel contra alios, maximè non concurrentibus specialibus indicijs de participatione, tractatu, vel mandato. Præsumptiones pro reo quando tollunt præsumptiones Fisci. Dans operam rei illicitæ quando teneatur de eo, quod euenit præter eius intentionem. Delinquens coactè, & per metum an sit puniendus, & qua pœna.

ALLEGATIO LXXXIV.

SOcius itineris an sit testis idoneus super iniuria facta socio. Mulier an admittatur ad testificandum in causa criminali, & quid, si concurrant alij defectus. Testis patiens plures defectus, vti singulos non sufficientes ad eum repellendum a testificando, an omninò repellatur. Testis deponens, audiuisse aliquem acclamantem quando probet. Singularitas obstatiua quando infringat depositiones testium.

ALLEGATIO LXXXV.

FIlius, siuè consanguineus occidens eum, qui iniuriam intulit patri, siuè consanguineo, an præsumatur occidisse de mandato patris, vel consanguinei. Ex inimicitia an præsumatur mandatum ad homicidium, maximè quando homicida erat inimicus, & poterat occidisse ex causa propria. Inimicitia an præsumatur, vel sit probanda per allegantem, & quando orta præsumatur ex accusatione contra aliquem porrecta, vel ex testificatione in causa criminali. Ex testibus inter se contrarijs qui veniant præferendi.

ALLE-

ALLEGATIO LXXXVI.

Minori vigesimo anno delinquenti quando sit minoranda pœna ordinariâ, & quid, stantibus Bullis Pij Quarti, & Sixti Quinti. De delicto quãdo constat per solas coniecturas, an sit locus pœnæ ordinariæ. Et delictum quando fuit commissum vnico vulnere ab incerto de certis, an omnes sint condemnandi in pœnam ordinariam, vel extraordinariam. Acta facta in vno iuditio quando probent in alio, & pœna minorata delinquenti ex causa, an sit locus confiscationi bonorum in totum, vel in partẽ.

ALLEGATIO LXXXVII.

Maritus, seù consanguineus eximens vxorem, seù consanguineum de manibus Curiæ an veniat puniendus pœna ordinaria Bullæ Sixti Quinti, vel pœna extraordinaria. Amor, iustus dolor, & similes an faciant minorare pœnam in delictis. Mulier reperta cum armis prohibitis an sit punienda pœna ordinaria bannimentorum, vel mitiùs, seù veniat in totum excusanda.

ALLEGATIO LXXXVIII.

Falsitas an præsumatur, & quænam interpretatio quo ad illam sit facienda. Confessio extraiudicialis an probanda sit per testes contestes, & idoneos, & vt faciat indicium contra confitentem, quæ requirantur. Negatiua coarctata an probanda sit per testes idoneos, & legales, & ad quod tempus debeat coarctari, maximè quando agitur ad pœnã, & nõ ad defensam. Plures examinantur exceptiones ad effectum repellendi testes a testificando. Fama an faciat indicium quando ortum habuit post inquisitionem, & carcerationem rei, & coniecturæ pro reo quando tollant coniecturas Fisci.

ALLEGATIO LXXXIX.

Processus fabricatus ad querelam secreti accusatoris an sit validus. Quænam probationes requirantur ad reprobandum Instrumentum, & ad conuincendum Notarium de falso. Ad euitandam falsitatem quænam interpretatio sit facienda, maximè si Notarius nullum lucrum ex illa cõsequi valeat. Falsitas commissa sinè dolo an sit punibilis, & quid, si falsitas non sit nocibilis neque actu, neque habitu, & de pluribus coniecturis falsum excludentibus, & quænam interpretatio sit facienda circà commissionem pœnæ conuentionalis.

ALLEGATIO LXXXX.

Quando constat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex propria inimicitia, an etc. possit, ad alterius instigationem, seù mandatum fecisse, & tunc an torqueri possint alij inimici occisi, non præcedentibus specialibus indicijs tractatum, seù mandatum indicantibus. Ex inimicitia an præsumatur mandatum ad homicidium, maximè quãdo homicida erat inimicus, & potuit occidere ex causa propria. Inimicitia an præsumatur, vel sit probanda per allegantem. Mendacium an sit sufficiens indicium ad torturam, & qualia esse debeant indicia ad torturam sufficientia.

ALLEGATIO LXXXXI.

In crimine falsi præsumptiones an sufficiant ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & quænam præsumptiones sufficiant, & an debeant esse plures, quã duæ. Cancellatio reperta in aliqua scriptura an præsumatur facta ab eo, cui cancellatio prodest, & afferuntur plures coniecturæ exclusiuæ d. præsumptionis prouenientis ex vtilitate. Falsitas an præsumatur, & an ex contrarijs coniecturis excludatur, quarum plures referuntur. Ex lite an præsumatur inimicitia, & an illa sufficiat ad repellendum testem a testificando.

ALLEGATIO LXXXXII.

Bulla Sixti V. 6. in ordine contra bannitos, & homicidas an habeat locum contra eximentem se ipsum è manibus Curiæ, & an intret pœna arbitraria contra eximentem se ipsum a birruarijs sinè violentia. Depositio birruariorum afferentium, in actu capturæ fuisse offensos, an sit attendenda. Fuga delinquentis an sit probanda per duos testes, & an purgetur per spontaneam rei comparitionem. Famæ indicium an sit probandũ per testes omni exceptione maiores, & an dicatur probata per testes deponentes, publicè dict audiuisse, si postea deponant audiuisse a tribus, vel quatuor personis, & plura circà habilitatem testium deponentium in causa criminali.

ALLEGATIO LXXXXIII.

Assertio vulnerati quam probationem faciat contra vulnerantem. Inimicitia an faciat indiciũ ad torturam, maximè sequuta pace. Fama publica an faciat pariter indicium. Indicia ad torturam an sumi possint ex actu, qui multipliciter potest intelligi

telligi. Testis patiens plures exceptiones au omninò repellatur a testificando. Minæ, & mendacia inquisiti quando sufficiant ad inferendam torturã.

ALLEGATIO LXXXXIV.

Consanguineus occidens eum, qui iniuriam intulit consanguineo, an præsumatur occidere de mãdato consanguinei, præcipuè quando consanguineus potuit occidisse ex causa propria. Inimicitia quando faciat indicium ad torturam. Allocutio cum homicida an pariter faciat indicium. Et quid de mendacio, & fuga. Fama publica quando sufficiat ad torturam, & de alijs indicijs. Præsumptiones pro reo quando tollant præsumptiones Fisci.

ALLEGATIO LXXXXV.

Bulla Sixti V. contra receptantes, vel conuersantes cum bannitis an habeat locum, quando conuersatio, & receptatio non est dolosa, neque in dãnum Fisci, vel Reipublicæ. Et quid, quando banniti erant tolerati in loco conuersationis. Fuga, seù latitatio inquisiti quando faciat indicium ad torturam. Testes patientes plures exceptiones au repellantur in totum a testificando, & plures exceptiones contra testes ponderantur, quæ illos a testificando repellunt.

ALLEGATIO LXXXXVI.

Continet resolutionẽ dubiorum Allegationis præcedentis, & quæritur quando dicatur agi de casu difficilis probationis, & quando testes inhabiles in d. casu admittantur. Doctori attestanti de consuetudine quando credatur. Testes singulares quam probationem faciant, quando deponunt de actu iterabili, sed non iterato. Dolus quando præsumatur in delictis. Receptatores bannitorum, vel conuersantes cum eis au possint puniri, non constito de scientia banni. Et quando dicatur constare de dicta scientia.

ALLEGATIO LXXXXVII.

Bulla Sixti Quinti contra alloquentes, vel conuersantes cum bannitis an habeat locum quando allocutio, & conuersatio non est in damnum Fisci, & Reipublicæ, & sic non dolosa. Scientia banni lati in vno loco, quando præsumatur in alio loco. Tolerantia banniti au excuset conuersantes cum eis a pœna Bullæ. Testes singulares quando probent, maximè actum iterabilem. Vnus testis de visu quando faciat iudicium ad torturam. Testes varij quando probent.

ALLEGATIO LXXXXVIII.

Assertio mulieris stupratæ quando faciat indiciũ ad torturam contra stuprantem, & quid, si concurrant adminicula, & quænam adminicula sufficiant, & quomodo esse debeant prolata, & per quot testes, & alia ad materiam.

ALLEGATO LXXXXIX.

Processus fabricatus ad querelam secreti accusatoris au sit nullus. Fama quomodo sit probanda, & per quot testes, vt attendatur in criminalibus. Captura commissa, non præcedentibus legitimis indicijs, & ex sola accusatione, an sit iniusta. Captus iniustè, si aufugiat fracto carcere, an sit puniendus, maximè si aderat in eo periculũ vitæ. Doctori attestanti de consuetudine an, & quando sit credendum. Attentans frangere carceres an habeatur pro confesso delicti, pro quo detenebatur.

ALLEGATIO C.

Testis dubitatiuè deponens an possit puniri de falso, & quando dicatur dubitatiuè deponere. Verba dubia qualiter sint interpretandá, vt falsitas euitetur, & de pluribus coniecturis excludentibus falsitatem. Accusator quando dicatur calumniosè accusare, & sic teneatur ad expensas.

Finis Allegationum Secundi Tomi.

ALLE-

ALLEGATIONVM FORENSIVM CIVILIVM, ET CRIMINALIVM ANTONII CONCIOLI I. C. CANTIANENSIS.

TOMVS SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Per dationem in solutum factam creditori quando extinguatur debitum, & hypotheca: Extinctio hypothecę sicut nocet principali creditori, an noceat etiam illi, cui nomen debitoris fuit generaliter hypothecatum. Exceptio anterioritatis crediti an obstet in iudicio Saluiani. Testatori an liceat hypothecare bona hæredis, & quid si hæres adierit illius hęreditatem cum beneficio inuentarij. Exceptio consistens in iure quãdo dicatur requirere altiorem indaginem, ita vt non sit admittenda in iudicio Saluiani interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
2 *Nomen debitoris venit in generali obligatione.*
3 *Datio in solutum habet vim solutionis.*
Imò censetur solutio. num. 4.
5 *Datio in solutum extinguit debitum, & hypothecam, & num. 6.*
7 *Hypothecæ extinctio sicut nocet principali creditori, ita etiam nocet illi, cui nomen debitoris fuit generaliter obligatum.*
8 *Hypotheca secunda contra nomen debitoris durat donec extinguatur prima.*
9 *Debitor soluendo creditori liberatur, etiã si sciat, eius debitum fuisse per creditorem alteri obligatũ.*
10 *Saluianũ nõ datur contra creditorem anteriorẽ.*
11 *Hypothecam habens anteriorẽ repellit agentem posteriori hypotheca.*
12 *Actionem habenti eò magis competit exceptio.*
Et retentio, quæ maiori nititur æquitate num. 13.
14 *Hypothecæ anterioritas attenditur, etiam si sit vnius hora.*
Imò si sit etiam vnius momenti, num. 15.
16 *Defunctus, seu testator potest obligare bona hæredis.*
Contrarium tenent aliqui. num. 25.
17 *Hæres adeundo hæreditatem censetur ratificare obligationem factam per defunctum.*
18 *Hypotheca solo consensu contrahitur.*
Et non solùm consensu expresso, sed etiam tacitò, num. 19.
20 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs.*
21 *Hæres tenetur seruare voluntatem defuncti, & illi non potest contrauenire.*
22 *Testator potest disponere de re hæredis, sicut de re sua.*
23 *Testator potest legare rem hæredis, sicut propriã.*
24 *Testator potest constituere fideicommissum super bonis hæredis.*
26 *Testator non potest obligare bona hæredis, quando hæres adiuit hæreditatẽ cũ beneficio inuẽtarij.*
Fallit, quando inuentarium est nullum. n. 29.
27 *Inuentarium reddit hæredem securum ab omnibus damnis, quæ potest incurrere ex aditione simpliciter facta.*
28 *Inuentariũ operatur, quod hæres dicatur ab hæreditate se abstinuisse.*
30 *Inuentarium non ritè confectum non conseruat hæredi in bonis defuncti iura sua.*
31 *Inuentarium est nullum, si cõtineat bona hæreditaria sine numero, pondere, mensura, & alijs qualitatibus, & ideò sit incertum.*
Non obstante quacunq; cõsuetudine in contrarium, vti inducente fraudis occasionem nu. 32.
33 *Sententia lata super statu personæ facit ius quo ad omnes.*

34 *Exceptio consistens in iure, vti requirens altiorē indaginem, in Saluiano non admittitur.*
Procedit, quando exceptio consistit in iure dubio, secùs si consistat in iure claro. num. 35.
36 *Res iudicata pro veritate habetur.*
37 *Exceptio, quæ probatur in continenti, admittitur in iudicio Saluiani interdicti.*
38 *Exceptio requirens altiorem indaginem admittitur in Saluiano, quando in eo vigore Statuti cōceduntur subhastationes.*
39 *Iudicandum est in dubio ad fauorem rei.*

ALLEGATIO LI.

EXcellentissime Domine. PerIllustr. D. Robertus Benamatus de Cantiano est in casu absolutionis a petitis per D. Bernardinum Cercauillam de Eugubio in iudicio contra eum moto, vti possessorem domus, de qua in processu, ex remedio vtilis Saluiani interdicti ex pluribus.

1 Et primò ex deficientia hypothecæ ex parte agentis, sine qua Salnianum non datur. *Rola. cons. 14. num. 13. lib. 2. Cenc. de censi. quæst. 98. num. 16. Scapuc. de saluia. lib. 1. quæst. 25. n. 7. & lib. 2. quæst. 5. in prin. Hond. cons. 17. nu. 13. lib. 2. March. de saluia. par. 1. cap. 16. num. 3.* Rot. *apud Cenc. de cens. decis. 31. n. 5. & decis. 345. num. 1 & apud Zacch. de oblig. cam. decis. 65 num. 1. & decis. 130. num. 2. & decis. 34. num. 27. & seq. par. 2. diuer.*

Quodverò deficiat hypotheca D. Bernardino actori, benè probatur ex eo, quia ipse, vti creditor D. Ioannis Mariæ Nuti Eugubini ex causa societatis officij cum eo contractæ, agit in iudicio remedio vtilis Saluiani interdicti ad auocandā possessionem domus possessę per D. Robertum, vti generaliter hypothecatæ D. Io. Mariæ suo debitori per DD. Lelium, & Pirrum de Nutis pro restitutione dotium q. D. Hortensiæ eius Matris, vt patet ex instrumento in iudicio exhibito sub rogitu q. D. Quintilij Andreoli Notarij publici Eugubini; quod quidem ius, seu hypotheca competens D. Ioanni Mariæ pro dotibus Matris super domo, de qua agitur, continetur in generali obligatione postea contracta per ipsū D. Ioannem Mariam ad fauorem D. Bernardini actoris ex causa societatis officij cum eo cō-
2 tractæ, vt apparet ex instrumentis exhibitis, † cum in generali obligatione contineatur nomē debitoris *l. nomen 4. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 2. & ibi Bart. C. de hæred. actio. Surd. cons. 4. num. 21. lib. 1. Scapuc. de saluia. lib. 1. quæst. 17. num. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 4. num. 1. Ciriac. contro. 338. num. 2. & contro. 339. num. 9.*

Verùm, cū dicta dos Matris D. Ioannis Mariæ fuerit ei restituta octo ab hinc annis circiter per dationem in solutum eidem factam dicta de causa de vno prædio sito in territorio Eugubij in Vocabulo Monte Piccognola, vt apparet ex instrumento sub rogitu eiusdem D. Quintilij Andreoli, & pro ea sequuta fuerit legitima quie-
3 tatio, vt in dicto instrumento, † quæ datio in solutum habet vim solutionis *l. solutionis 54. ff. de solut. Paris. cons. 81. n. 35. vol. 2. Pirr. Maur. de solut. cap. 2. §. 9. per tot. Surd. cons. 413. n. 12. vol. 3. Vinc. de Franch. decis. 50 num. 2. Costa de retrotrac. cap. 8. casu 27. num. 2. Posti. de subhast. inspect. 42. num. 3. & seq.* Rot. *apud Card. Seraph. decis. 1335. num. 2.*

4 Imò censetur solutio, cum signantur bona in solutum data vendita ei, cui data sunt, & ab ipso pecunia nomine pretij breui manu recepta, deinde eidem loco solutionis, & pro satisfactione debiti reddita, & restituta *Costa d. casu 27. num. 2. in fin. Franc. Becci. cons. 42. num. 3. Surd. d. cons. 413. num. 13. Posti. de subhast. d. inspect. 42. num. 4. Capic. Latro decis. 147. n. 2.*

5 Ideò obligatio, & hypotheca prędicta D. Ioannis Mariæ pro dote Matris competens per dictam dationem in solutum fuit exstincta, & resoluta *§. 1. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. soluitur 5. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. l. nulla 5. C. de solut. Surd. cons. 82. num. 1. & cons. 145. num. 20. lib. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 1. & 2. Costa de retrotrac. d. casu. 27. n. 2. in fine Paris. de saluia. inspec. 3. cap. 2. nu. 370. & num. 548. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 766. num. 35. par. 4.* alios adducens *Gionagno. cons. 73. num. 121. lib. 1. Merli. de pigno. lib. 5. quæst. 4. n. 1.* post hæc scripta visus Rot. *apud Cenc. de cens. decis. 397. num. 2. & apud Buras. decis. 889. num. 1. & apud Pacif. de salnia. decis. 207. num. 3.*

6 Et domus prędicta liberata fuit a debito principali, & ab hypotheca, vt tradunt *Negus. de pigno. in 2. memb. 6. par. num. 12. Surd. decis. 174. num. 20. Cenc. de cens. quæst. 77. num. 4. & quæst. 65. num. 17. & 18. Card. Manti. de tacit. d. lib. 11. tit. 31. n. 17. & 29. Pir. Maur. de solut. cap. 54. n. 1.* alios adducens, *idem Surd. cons. 145. num. 20. lib. 1. Pacif. de saluia. inspec. 3. cap. 2. num. 548. & seq. Merli. de pigno. d. lib. 5. quæst. 4. in prin.* benè Rot. *apud Pacif. de saluia. d. decis. 207. num. 3. & apud Zacchi. de oblig. camer. decis. 130. num. 3.*

7 Quæ quidem obligationis, & hypothecæ extinctio sicut nocet D. Ioanni Mariæ primo creditori; ita nocere debet D. Bernardino actori, cui a D. Ioanne Maria fuit dictum nomen generaliter obligatū, ex regula, quod resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris *l. lex vectigali. 31. ff. de pigno. l. si ex duobus 6. §. sed & Marcellus ff. de in diem adiect.* & tradunt in terminis

minis *glos. in l. grege* 13. §. *cum pignori. ff. de pigno. Neguſ. de pign. in* 3. *memb.* 2. *par. n.* 26. *Card. Manti. de tacit. lib.* 11. *tit.* 31. *num.* 67. *P. Layman. in Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 30. *num.* 5. *Salgad. in laber. credit. par.* 2. *cap.* 28. *num.* 16. poſt hæc ſcripta viſus *Merli. de pign. lib.* 2. *quæſt.* 29. *num.* 45. *& ſeq. Rot. decis.* 595. *num.* 4. *par.* 2. *rec. & decis.* 425. *num.* 7. *par.* 5. *rec. lib.* 2.

8 Secunda enim oppignoratio, & hypotheca contra nomina debitorum durat ſolùm quantū ipſummet nomen debitoris obligati, & ſic donec extinguatur prima *l.* 1. *C. ſi pign. pign. datum ſit Neguſ. de pign. in d.* 3. *memb. num.* 28. *Card. Manti. d. tit.* 31. *num.* 67. *P. Layman. in d. cap.* 30. *num.* 5. *Merli. d. quæſt.* 29. *num.* 45. *Salgad. in laber. credit d. cap.* 28. *nu.* 11. *Rot. d decis.* 595. *num.* 4.

9 Et hoc habet locum etiam ſi debitor ſciat ſuū nomen eſſe alteri obligatum, vt quia ſuus creditor illud obligauerit ſuis creditoribus, quia adhuc poteſt bona fide, & ante inhibitionem ſoluere ſuo creditori *Alex. conſ.* 15. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 3. *Adden. ad Buratt. decis.* 793. *num.* 13. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *n.* 1364. *Merli. d. quæſt.* 29. *num.* 46. *Salgad. d. cap.* 28. *num.* 17. *Rot. decis.* 681. *in prin. par.* 1. *rec. & in Roma. de Cangijs* 4. *Maij* 1620. *coram Card. Sacrato.*

Reſoluta autē obligatione, & hypotheca ſuper dicta domo per ſolutionem dotis, vt ſupra, nō eſt locus ſaluiano, quod ſinè hypotheca non datur, vt tradunt *Rola. Scapuc. Hond. Cenei. Marchef. & Rota.* in locis ſupra in principio adductis.

Secundò principaliter D. Robertus venit abſoluēdus a petitis pro parte D. Bernardini actoris, quia ipſe eſt creditor anterior D. Ioannis Mariæ Nuti ipſo D. Bernardino, vt infra demon-

10 ſtrabitur, † ſaluianum autem contra creditorē anteriorem non dari, certiſſimi iuris eſt *Scapuc. de ſaluia. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 1. *& ſeq.* dicens hoc eſſe indubitatum *Paul. Marcheſ.* pariter *de ſaluia. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. *& ſeq. Gratia. decis. March.* 125. *per tot. Pacif. de ſaluia. inſpec.* 5. *cap.* 1. *num.* 6. *& ſeq. Cenc. de cenſ. quæſt.* 98. *num.* 42. *Rota apud Pacif. de ſaluia. decis.* 176. *num.* 6. *& apud Card. Manti. decis.* 69. *per tot. & apud Scapuc. de ſaluia. poſt d. quæſt.* 6. *& apud Merli. de pigno. decis.* 33. *num.* 10. *& decis.* 50. *num.* 8. *& decis.* 60. *in fin. & decis.* 141. *n.* 18.

11 Regulare enim eſt, quod habens anteriorem hypothecam repellit habentem poſteriorem *l.* 1. *C. ſi antiq. credi. pigno. vend. Affli. decis.* 16. *num.* 2. *Neguſ. de pigno. in* 2. *membr.* 5. *par. n.* 1. *&* 2. *Cenc. de cenſ. d. quæſt.* 98. *num.* 42. *Rota apud Buratt. decis.* 844. *num.* 3.

12 Et cum ipſi D. Roberto creditori anteriori detur actio, multò magis dari debet exceptio. *cap. qui ad agendum* 71. *de reg. iur. in* 6. *l. creditori* 5. *in fin. C. de pact. l. inuitus* 199. *§. cui damus, & ibi Deci. ff. de reg. iur.* & tradunt *Marchef. de ſaluia. in d. cap.* 9. *n.* 2. *Surd. conſ.* 377. *num.* 5. *lib.* 3. *Barbo. axiom.* 9. *num.* 12.

13 † ac etiam retentio, quæ maiori nititur æquitate *l. qui æquitate* 12. *ff. de except. doli. §. certè illud Inſt. de rerum diuiſ Barbo. axiom.* 9. *n.* 11. in terminis *Scapuc. de ſaluia. d. lib.* 2. *quæſt.* 6. *per tot. Cenc. de cenſ. d. quæſt.* 98. *num.* 42. *& ſeq. Rot. decis.* 303. *n.* 2. *par.* 4. *rec. & apud Merli. de pigno. d. decis.* 56. *num.* 7.

Quod autem D. Robertus ſit creditor anterior D. Ioannis Mariæ Nuti ipſo D. Bernardino actori, deducitur manifeſtè ex eo, quia creditum actoris ex cauſa ſocietatis officij fuit contractum ſub die 2. Iulij anni 1622. vt ex ipſo inſtrumento ſocietatis officij in iudicio producto eſt videre, creditum verò D. Roberti fuit contractum de eodem anno 1622. ſub die tamen vigeſimaquinta Iunij, & ſic ſeptem diebus ante creditum D. Actoris, vt patet ex inſtrumento in iudicio exhibito pro parte D. Roberti ſub rogitu D. Tranquilli Scolorij Notarij Romanæ Curiæ, in quo inſtrumento ad fauorem D. Roberti per q. D. Pirrum Nutum eius debitorem fuerunt obligata, non ſolùm omnia eius bona præſentia, & futura, ſed etiam bona ſuorum hæredum, & ſic dicti D. Ioannis Mariæ Nuti hæredis d. q. D. Pirri, vndè nulli dubium eſt, quin D. Robertus ſit creditor anterior, & habeat hypothecā anteriorē in bonis D. Ioannis Mariæ Nuti, quam ipſe D. Bernardinus actor, cum ſeptem diebus ante fuerint illius bona per D. Pirrum de Nutis debitorem D. Roberti ad eius fauorem obligata, & hypothecata, vt in caſu ſimili anterioritatem conſiderauit *Rota apud Zacchi. de obligat. camer. decis.* 83. *in prin.*

14 Anterioritas autem hypothecæ attenditur, & conſideratur non ſolùm ſi ſit ſeptem, vel octo dierum, vt in caſu noſtro, verùm etiam ſi ſit vnius horæ *gloſ. in l. ſi ex pluribus* 89. *§. fin. ff. de ſolut.* quam commendat *Bald. in l. Imperator.* 18. *in prima lectura verſ. & nota, quod dies ff. de ſtatu homi.* quam ſequuti ſunt *Neguſ. de pigno. in* 2. *memb.* 5. *par. num.* 45. *Maſcar. de probo concl.* 1235. *num.* 26. *vol.* 3. alios adducens concordantes in terminis *Cenc. de cenſ. quæſt.* 98. *nu.* 43. *Strac. de mercat. in tit. de decoct. par. vltim. n.* 13. *Gail. pract. obſer. lib.* 2. *obſeru.* 25. *nu.* 2. *&* 3. *Merli. de pigno. lib.* 4. *quæſt.* 4. *in prin. Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1195.

15 Imò ſi ſit vnius momenti *gloſ. in d. l. ſi ex pluribus* 89. *§. fin. in fin. ff. de ſolut. Dec. conſ.* 689. *num.* 3. *Gail. d. obſer.* 25. *num.* 3. *Neguſ. de pigno. in* 2. *memb.* 5. *par. num.* 45. *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 35. *Cenc. de cenſ. d. quæſt.* 98. *num.* 43. *Merli. d. quæſt.* 4. *num.* 2. alios adducens concordantes.

16 Quod verò defunctus, seu testator possit obligare, & hypothecare bona hæredis, pro vt expressè obligauit D. Pirrus Nutus in casu nostro, cuius D. Ioannes Maria extitit hæres, est conclusio in iure verior, & per Doctores magis recepta, vt testantur post Bald., Ang. & alios in l. assiduis 12. C. qui poti. in pign. habe. Alex. cons. 173. num. 4. vol. 2. Affli. decis. 26. n. 3. vbi testatur de communi, & decis. 111. nu. 17. vbi dicit, ita in Sacro Cons. fuisse iudicatum. Capie. decis. 174. num. 15. Cæph. cons. 392. n. 25. & cons. 393. num. 46. lib. 3. vbi testatur de communi opinione, Hond. cons. 3 num. 64. lib. 1. Surd. decis. 315. num. 10. vbi de veriori opinione testatur, Scapuc. de saluia. lib. 2. quæst. 12. sub num. 3. bene comprobans Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 17. n. 8. latè pariter comprobans Gratia. discep. foren. cap. 234. nu. 29. par. 2. Costa de fact. scien. & igno. inspec. 14. num. 1. & sic fuisse iudicatum in Sac. Cons. dicit Vinc. de Franch. decis. 53. n. 7. & idem tenuerunt Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 9. glos. 5. num. 48. alios adducens ita sentientes, quicquid postea dixerit ibi n. 50. Ciriac. contro. 160. nu. 78. plenè Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 16. num. 2. & seq. vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, & lib. 3. quæst. 14. n. 115. & seq. Hodier. ad Surd. decis. 315. in prin. & hanc opinionem, vti veriorem, sequuntur etiam Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glos. 5. num. 54. & seq. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 19. sub. num. 1416. num. 24. & Rot. apud Zacchi. de oblig. camer. decis. 93. n. 22. & apud Merli. de pign. decis. 127. num. 6.

17 Ratio est, quia hæres adeundo hæreditatem censetur ratificare obligationem factã per defunctum. l. si fundus 16. §. 1. ff. de pign. Affl. decis. 111. num. 16. Surd. decis. 315. num. 10. & ibi Hodier. num. 4. vbi dicit, in dicto casu testatorem censeri compensare cum dicta obligatione suam hæreditatem D. Andreol. contro. 200. num. 4. Merli. d. quæst. 16. num. 5. & tradunt etiam alii Doct. supra proximè adducti, Per ratihabitionem autem pignus confirmatur l. aliena. 20. ff. de pign. actio. Scapuc. de saluia. d. quæst. 12. n. 3. Cardin. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 4.

18 Secundò, quia hypotheca solo consensu contrahitur l. 1 ff. de pigno. act. l. 4. ff. de fide instr. l. contrahitur 4. ff. de pigno. l. si tibi 18. §. de pignore, & ibi Bart. ff. de pact. Ang. cons. 202. n. 2. Scapu. de saluia. d. quæst. 12. num. 3. versiculo Secundò facit, & c. Card. Manti. de tacit. d. tit. 3.
19 nu. 1. † & non solùm ex consensu expresso, sed etiam tacito. l. 3. & 4. ff. quib. mod. pignor. tac. contr. Scapuc. loc. cit. Merli. de pign. lib. 2. quæst. 94. num. 9. sed hæres adeundo hæreditatem consentit, saltem tacitè, hypothecæ contra-
20 ctæ per defunctum, † cum ipse dicatur quasi contrahere cum creditoribus, & legatariis l. apud Iulianum 3. §. fin. ff. quibus ex cau. in posses. catur §. hæres quoq; Inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. Scapuc. d. q. 12. sub num. 3. Phanuc. de inuent. in præfa. sub num. 1. in terminis Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 14. n. 115. D. Andreol. d. contro. 200. num. 4. & seq. meritò &c.

21 Accedat prædictis, quod hæres adeundo hæreditatem obligatur seruare voluntatem defuncti, ita vt illi contrauenire non possit l. cum a matre 14. C. de rei vendi. l. ex qua persona 190. & ibi Deci. ff. de reg. iur. l. si ab eo 7. C. de liber. cau. Bart. & alij in l. more. 8. ff. de aeq. hæred. Mangil. de euict. quæst. 32. num. 5. Aldoui. cons. 58. num. 18. vbi dicit, exceptionem, quod quis non sit audiendus, vt veniat contra factum defuncti, cuius est hæres, impedire litis ingressũ
22 Surd. cons. 73. num. 34. lib. 1. † & testator potest disponere de re hæredis, sicut de re sua ad tex. in l. vnũ ex familia 69. §. si rem ff. de lega. 2. Surd. decis. 11. n. 5. Peregr. de fideic. art. 38. num. 5. Cæph. cons. 326. num. 12. lib. 3. Menoch. cons. 482. in 3. dubio, & cons. 681. num. 32. vbi de communi Fusar. de subst. quæst. 633. num. 10. Card. Manti. de coniect. lib. 9. tit. 8. n. 37. D. Andreol. contro. 200. num. 3.

23 Hinc videmus, quod testator potest legare rem hæredis sicut propriam d. l. vnum ex familia 69. §. si rem & ibi not. glos. Bart. & alij Doct. communiter ff. de lega. 2. Gomez var. resol. tom. 1. cap. 12. num. 14. Crass. de success. §. legatum quæst. 14. num. 7. Surd. decis. 11. n. 5. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 20. n. 294. benè D. Andreol. contro. 200. num. 2. & contro. 220. num. 4. Rot. decis. 331. num. 2. par. 4. rec. tom. 2. & apud Merli. de pigno. decis. 4. num. 4. & seq. & apud Duran. decis. 10. num. 1.

24 Hinc pariter fit, quod testator potest constituere fideicommissum super re, & bonis hæredis l. cum filius 78. §. dominus ff. de lega. 2. Alex. cons. 10. nu. 9. & seq. lib. 3. Craue. cons. 133. num. 3. par. 1. Gabr. cons. 85. nu. 6. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 33. num. 5. Surd. d. decis. 11. num. 5. Paris. cons. 2. num. 47. lib. 3. Cæph. cons. 326. num. 12. & seq. & cons. 416. nu. 21. lib. 3. Menoch. d. cons. 681. num. 32. vbi dicit, hanc esse receptam sententiam, latè Fusar. de substit. quæst. 648. num. 4. & seq. alios adducens ita sentientes, D. Andreol. d. contro. 220. in prin. Rot. d. decis. 331. nu. 2. par. 4. rec. tom. 2. & apud Duran. d. decis. 10. num. 1. & seq. cum aliis similibus, quæ ad prædictorum confirmationem adduci possunt, ex quibus apparet manifestè, hanc esse verissimam, & magis communem Doct. opinionem.

25 Quicquid contrarium tenuerint Cyn. & Sali. in l. assiduis 12. C. qui potio. in pign. habe. Imol.

Castr.

Castr. & Alex. in l. si hæredis seruus 50. ff. ad leg. 1. Negus. de pign. in secundo membr. 2. par. num. 55. & seq. & & alii, quos refert *Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 16. num. 8.* cum contra eos adsit verior, & magis communis Doctorum opinio, de qua supra, vt testatur etiam *Merli. d. quæst. 16. num. 22.* vbi omnibus fundamentis contrariæ sententiæ non minus doctè, quam subtiliter satisfacit.

Neque obstat, quod D. Ioannes Maria Nutus hæres D. Petri Nuti illius hæreditatem adierit cum

26 beneficio legis, & inuentarii, † quo casu cessat conclusio supradicta, quod defunctus, seu testator potest obligare bona hæredis, vt not. *Hond. cons. 3. num. 65. vol. 1. Scapuc. de saluia. lib. 2. quæst. 12. num. 5. Hodier. ad Surd. d. decis. 315.*

27 *num. 5.* † cum inuentarium reddat hæredem securũ ab omnibus damnis, quæ potuisset incurrere ex aditione simpliciter facta *l. fin. §. & si præfatam, & ibi not. Doct. communiter C. de iur. delib. Surd. decis. 255. num. 17. Rola. de inuent. par. 4. in prim. Rot. apud Duran. decis. 1. nu. 30.*

28 *& decis. 135. nu. 3.* † ex eò, quia hæres cum beneficio inuentarii dicitur ab hæreditate se abstinuisse, ita vt dici nõ possit verè hæres *Io. Franc. de Ponte cons. 37. num. 3. lib. 1. Giurb. decis. 43. n. 25. Hodier. ad. Surd. d. decis. 315. num. 6. Georg. alleg. 42. num. 6.*

Quia obiectum euitari potest ex eo, quia inuentarium confectum per D. Ioanuem Mariam est

29 nullum, † quo casu subsistit obligatio facta per defunctum de bonis hæredis, vt tradunt *Affli. decis. 111. nu. 15. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 17. num. 8.* cum paria sint quid non fuisse factum, vel minus legitimè fuisse factum *l. non putauit 8. §. non qua vis, & ibi Bart. ff. de bon. possess. contra tab. l. 1. §. quod autem & ibi. Bald. ff. de offic. Præfec. Vrb. l. quoties 6. & ibi Ias. ff. qui satisd. coga.* cum alijs cumulatis *per Surd. cons. 3. n. 9. & seq. vol. 1. & per Barbo. axiom. 162. num. 5.* & in terminis scribit *Mangil. de euict. quæst. 50. num. 8.*

30 Et conclusio est à Doctoribus communiter recepta, quod inuentarium non ritè confectũ, & non interuenientibus solemnitatibus requisitis nihil prodest hæredi, & non conseruat ei in bonis defuncti iura sua *Bursatt. cons. 2. num. 46. Mangil. de euict. d. quæst. 50. num. 8. & 9. Balth. Tomasi. in d. tract. de inuent. tit. 13. num. 22. Rot. apud Cocci. decis. 59. num. 5. & apud Merli. de pign. decis. 65. num. 5. & decis. 127. num. 54. & decis. 39. num. 1. par. 6. recen.*

31 Quod verò d. inuentarium sit nullũ, apparet manifestè ex facie, & lectura ipsius, cum non contineat bona hæreditaria clarè, & distinctè per pondus, numerum, mensuram, & alias qualitates, sed sit confusum, & incertum, & præsertim cum omnia bona mobilia, animalia, & alia bona fuerint ibi descripta cum dictione *in circa*, & absq; numero certo, & determinato, quo casu inuentarium est omninò nullum, & inualidum, ita vt non possit illud aliquo modo sustineri ad tex. *in l. si quis intra 7. & ibi glos. Cin. Bart. Bald. & aly C. de bon. poss. Rola. cons. 73. num. 49. lib. 2. & in tract. de inuent. par. 3. versiculo Item requiritur &c. nu. 1. & seq.* latè *Natt. cons. 574. & cons. seq. lib. 3.* & benè comprobat *Phanuc. de inuent. par. 3. num. 30. & seq. Surd. decis. 222. num. 3. Hond. cons. 34. nu. 32. & seq. & cons. 53 num. 1. lib. 1.* & latè tradit *Balth. Tomasi. in suis tract. var. tom. 1. in tract. de inuent. tit. 8. nu. 143. Ciriac. contro. 294. nu. 10. Giouang. cons. 21. n. 6. lib. 2. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 2. num. 51. Rota decis. 350. num. 3. par. 1. recen. Addo Caren. d. resolut. 32. num. 3.*

32 Non obstante quacunque consuetudine in contrarium, vti inducente fraudis occasionem, vt post *Natt. in cons. 575. n. 19. lib. 3. & Alba. cons. 253. num. 7. & seq. par. 2.* per eum relatos tradit *D. Andreol. controu. 242. nu. 4.* post hæc scripta visus, & tenuit etiam *Caren. resol. 32 num. 4.* benè comprobans, quicquid in contrarium scripserit *Hond. cons. 53. per tot. vol. 1.* cum quo sentire videtur *Giouagno. cons. 20. nu. 13. lib. 2.* quorum rationibus optimè satisfacit *Caren. vbi supra.*

Aliàs enim sequeretur, quod posset hæres, obscurè apponendo bona in inuentario, fraudare creditores, & legatarios, supponẽdo alias res vilioris pretii, & valoris, quod non est dicendum, quia sicut lex per beneficium inuentarii voluit prouidere hæredibus, ne teneantur creditoribus vltra vires hæreditarias, ita etiam voluit prouidere creditoribus aduersus hæredes, ne ipsi possint malignari, & surripere, seu occultare bona hæreditaria, mandando, quòd inuentarium fiat clarè, distinctè, non autem obscurè, & taliter, quod dolus, & fraus per hæredes committi non possint *Rol. de inuent. par. 3. vers. Omittendum quoque in fin. & Phanuc. de inuent. par. 3. num. 30. & seq.* maximè cum de dicta consuetudine non constet in casu nostro, vt benè comprobat *Caren. loc. cit. num. 4. vers. Præterea &c.*

Quibus eò magis locus esse debet, cum d. inuentarium confectum per D. Ioannem Mariam fuerit declaratum nullum, & inualidum, & ipse fuerit priuatus beneficio inuentarii per sententias conformes latas per Excellentiss. D. Locumtenentem Eugubii, & per Excellentiss. DD. Auditores q. Serenissimi Ducis Vrbini in contradictorio iudicio cum creditoribus hæreditariis, vt apparet ex sententiis in iudicio exhi-

33 bitis † , quæ, vti latæ super statu personæ, faciunt ius quo ad omnes *ad tex. in l. ingenuũ. 25. ff. de stat. homi. Couar. pract. quæst. cap. 15. &c. & seq.*

et seq. Alba. conf. 355. *num.* 5. *Bursat. cons.* 307. *num.* 41. *& seq. D. Andreol. contro.* 134. *n.* 28. *Rota apud Dura. decis.* 8. *num.* 5. *et decis.* 31. *in prin. et decis.* 82. *num.* 12 *apud* Merli. *de pigno.* maximè cum agatur de sententia Senatus, quæ dicitur habere vim legis, *vt post Bursatt. in cons.* 56. *n.* 4. per eum relatum tradit *Franc. Odett. inter consilia Morott. cons.* 45. *num.* 19.

Neque nocet, si replicetur, quod ista exceptio anterioritatis hypothecę pendens a validitate inuentarii confecti per D. Ioannem Mariam, vti consistens in iure dubio, dicatur requirere altio-

34 rem indaginem, † quæ in iudicio Saluiani non admittitur *Pacif. de salui. inspec.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. *& seq.* alios addocens, *Scapuc. in eodem tract. lib.* 2. *quæst.* 1. *per tot. Cenc. de cens. quæst.* 98. *num.* 82.

35 Quia obiectum euitatur ex pluribus, & primò, quia illud procedit, quando exceptio consistit in iure dubio, & perplexo, secus quando illud consistit in iure claro, & de quo constat ex sola apertura librorum, pro vt in casu nostro, in quo omnes Doct. communiter tenent inuentarium, vt supra obscurè confectum, esse nullū, vt ex Doct. adductis supra num. 31. videre est, quia tunc exceptio non dicitur requirere altiorem indaginem, & sic in iudicio saluiani admittitur, vt scribunt *Rola. cons.* 22. *num.* 38. *lib.* 3. *Pacif. de saluia. inspec.* 2. *cap.* 2. *num.* 84. *& seq. Scapuc. de saluia. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 4. *Vannot. I. C. Eugubinus benè eruditus cons. vnic. post controu.* 200. *D. Andreol. num.* 105. Maximè stantibus sententiis conformibus, per quas inuentarium prædictum declaratum fuit nullum, &

36 D. Io. Maria priuatus fuit illius beneficio, † res autem iudicata pro veritate habetur *l. res iudicata* 208. *ff. de reg. iur. d. l. ingenuum* 25. *ff. de stat. homi. cap. diffinitina* 2. *quæst.* 6. *Specul. in tit. de sent. §. fin. num.* 15. *Surd. decis.* 289. *in prin.*

37 Vel saltem nullitas inuentarii dicitur probata in continenti ex dictis sententiis, quo casu exceptio requirens altiorem indaginem admittitur in dicto iudicio *Deci. cons.* 220. *col.* 2. *vers. et in casu isto cte. Gabr. cons.* 38. *num.* 12. *vol.* 2. *Menoch. de adipis. possess. remed. vlt. num.* 4. *Rot. decis.* 281. *num.* 3. *par.* 3. *rec.*

38 Secundò quia, cū vigore Statuti Eugub. *lib.* 2. *rub.* 31. bona per Saluianū adepta possint subhastari, desinit d. iudicium esse merè possessorium, quod est causa, quod non admittantur exceptiones requirētes altiorem indaginem, vt not. *Pacif. de saluia. d. inspec.* 2. *cap.* 2. *n.* 43. latè comprobans, deficiente autem supposito, cessare etiam debet dispositio *l. mancipia* 5. *C. de seru. fugit. Guid. Vbal. Vannot. d. cons. vni. nu.* 99. *Rota decis.* 440. *num.* 2. *par.* 5. *rec. & apud Buratt. decis.* 616. *num.* 24.

39 Quibus omnibus, licèt clarissimis iudicio meo, eò magis locus esse debet, cū in dubio pro reo sit iudicandum *l. Arianus* 46. *ff. de actio. et oblig. cap. inter dilectos* 6. *in fin. de fide instrum. cap. cum sunt partium iura* 11. *de reg. iur. in* 6. *l. fauorabiliores* 167. *et ibi Deci. num.* 4. *ff. de reg. iur. Calnin. de aquit.* post hæc scripta visus *lib.* 2. *cap.* 119. *num.* 32.

Quare &c. saluò &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fin. allegat. sequētis. Laus Deo & c. Virgini Deiparæ etc.

A R G V M E N T V M.

Actio semel extincta per dationem bonorum in solutum factam creditori, bonis euictis, an, & quando reuiuiscat, & an reuiuiscat fauore dotis. Notorium quando sit probandū, vel sufficiat illud tantūm allegare. Priuilegia dotis an sint transitoria ad hæredes mulieris, vel ad filios. Euictio an debeatur, quando illa euenit ex facto emptoris, & illius culpa, & priuilegia personalia an transeant ad hæredes.

S V M M A R I V M.

1 *Actio competens creditori per dationem in solutum bonorum eidem factam extinguitur.*

Si tamen bona data in solutum euincantur, actio reuiuiscit, num. 2.

Contrarium est verius, et magis communiter receptum, quando datur in solutum species pro genere, num. 21.

Quicquid sit, quando datur in solutum genus pro genere, species pro specie, et similia. n. 22.

3 *Actio extincta per dationem in solutum, si bona euincantur, reuiuiscit fauore dotis.*

Quod priuilegium competit etiam filijs hæredibus mulieris. num. 4.

Contrarium tenet authore num. 37. *et seq.*

5 *Notorium non est probandū, sed sufficit allegari.*

Fallit in notorio facti momentanei, et transeuntis, quia illud est probandum. num. 18.

Et idem est in notorio iuris. num. 19.

6 *Creditor potest agere contra nomen debitoris sibi obligati.*

7 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*

8 *Detur si aliquid in solutum creditori volenti, per inde est, ac si res ipsa debita solueretur.*

9 *Solui aliud pro alio potest, consentiēte creditore.*

10 *Actio creditori competens extinguitur per dationē bonorum in solutum ei factam a debitore.*

11 *Datio in solutum habet vim solutionis.*

12 *Fundamentum suæ intentionis quilibet tenetur probare.*

13 *Actore.*

13 *Actore non probante suam intentionem, reus est absoluendus.*

Etiam si reus nihil probauerit pro parte sua. num. 14.

15 *Iudex non potest se mouere ad iudicandum ex ijs, quæ sunt extra processum.*

16 *Scriptura non exhibita in actis parte citata ad dicendum contra nihil probat.*

Et non dicitur exhibita, nisi dimittatur in actis. num. 17.

20 *Notorium vt operetur, super eo debet prius ferri declaratoria sententia.*

23 Lex Si quis aliam ff. de solut. *declaratur, & num. 24*

25 Lex Rescriptum §. 1. ff. de distra. pign. *quando procedat.*

26 Lex Qui res §. arcam. ff. de solut. *continet casum specialem fauore dotis.*

27 *Æquitas, quando non est scripta, & rigor est scriptus, præfertur rigor scriptus.*

28 *Restitutio in integrum debet peti, & Iudex circa illam non potest supplere ex officio.*

29 *Restitutio in integrum non potest peti per viam replicationis, quando actio est extincta.*

30 *Restitutio non datur sinè læsione.*

31 *Actio de euictione non datur, quando illa euenit ex facto, & culpa emptoris.*

32 *Damnum, quod emptor sua culpa sentit à venditore, consequi non debet.*

33 *Inuentarium quo ad damnum vitandum constituit hæredem in statu, ac si non adiuisset.*

34 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs.*

35 *Hæres adiens hæreditatem sinè beneficio inuentarij tenetur de proprio soluere debita defuncti.*

36 *Creditor, cui bona data in solutũ fuerunt euicta, non potest agere primæuis iuribus contra tertiũ possessorem, debitore principali non excusso.*

37 *Priuilegium reuiuiscentiæ actionis competens vxori, quando bona data in solutum sunt euicta, ad filium non transit.*

Contrarium tenet gloss. in l. 1. C. de priu. dot. *quæ declaratur per authorem n. 39.*

38 *Persona conditio vbi facit esse locum beneficio, deficiente persona, deficit beneficium.*

40 *Priuilegium prælationis in tacita hypotheca cõpetens mulieri transit ad filios.*

41 *Specialia plura circa idem concurrere non debet.*

42 *Dos est priuilegiata in casibus tantùm à iure expressis.*

43 *Priuilegium, quod datur mulieri pro dote, datur personæ, vel causa ratione personæ.*

44 *Defunctus potest obligare bona hæredis.*

45 *Instrumentum referens se ad aliud non probat, nisi aliud producatur.*

Etiam si Notarius asserat, se illud vidisse, & legisse. num. 46.

47 *Saluianum non datur sinè hypotheca.*

ALLEGATIO LII.



Xcellentissime Domine. Respondi diebus elapsis, Perillustr. D. Robertum Benamatum de Cantiano reũ conuentum fore, ac esse absoluendum a petitis per D. Bernardinum de Cercauillis de Eugubio in iudicio Saluiani pro eius parte moto super domo, de qua in actis, per iura tunc per me adducta, de quibus in allegatione præcedenti, & præcipuè, quia actio competens D. Io. Mariæ de Nutis pro dotibus maternis contra bona q. D. Pirri Nuti, quam exercere intendit D. Bernardinus eius creditor, vti sibi per D. Io. Mariam obligatã in instrumento societatis officij, fuit per dationem in solutum eidem factam de prædio Montis Piccognolæ sublata, & extincta: secundò, quia D. Robertus est creditor anterior ipso D. Bernardino, & pro vt latiùs habetur in dicta allegatione, contra quæ insurgit modò dubitandi gratia Excellentiss. D. Prætor Ciuitatis Eugubij Iudex causæ sentiens imò, D. Bernardinum actorem, non obstantibus prædictis, in dicto iudicio obtinere debere ex duobus.

1 Et primò quia licèt, actiones, quas D. Io. Maria Nutus habebat pro dotibus maternis contra D. Pirrum Nutum, fuerint extinctę per dationem in solutum eidem factam de dicto prædio in vocabulo Monte Piccognola *Surd. cons. 145. num. 20. vol. 1. Costa de retrotract. cap. 8. casu 27. num. 2. Pacif. de salmian. inspec. 3. cap. 2. num. 370. & seq. n. 548. & seq. Giouagn. cons. 73. nu. 121. lib. 1.* cum datio in solutum habeat vim solutionis *l. solutionis 54. ff. de solut. Pirr. Maur. de solut. cap. 2. §. 9. per tot. Vinc. de Frauch. decis. 50. num. 2.*

Tamen, quia prædium prædictum datum in solutum ipsi D. Io. Mariæ pro satisfactione dotium maternarum ei fuit euictum per Illustriss. DD.

2 de Sacchetis † actiones ipsi competentes reuiuiscunt, & ipse redire potest ad primæua iura *l. deferre 18. in fin. ff. de iure fisc. l. si quis aliam 46. ff. de solut. Afflic. decis. 335. nu. 18. & ibi Vrsill. num. 13. & 14. Thes. Iun. quæst. foren. 88. lib. 2. per tot. Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 29. diffin. 49. & tit. 30. diffin. 20. Merlin. Pignatel. contron. foren. cap. 27. num. 7. & seq.*

Maximè cum agatur de dote, cuius fauore, sequuta euictione, dari reditum ad primæua iura tenent communiter Doct. & præcipuè *Vrsill. ad Afflic. decis. 335. n. 14. Boer. decis. 337. num. 2. Thesar. Iun. d. quæst. foren. 88. nu. 13. Mangil. de euict. quæst. 78. num. 22. & quæst. 144. num. 31. & quæst. 145. n. 37. & 41.* qui alios adducunt *Altogra. d. cons. 16. n. 13.* post hæc scripta visus.

4 Quod priuilegiũ competens mulieri pro dote com-

competit etiam eius filiis hæredibus, & sic D.
Io. Mariæ *l. assiduis* 12. *§. & ideò C. qui pot. in
pign. hab. & tradit glos. in l.* 1. *in verbo ad hæ-
redem C. de priuil. dot.*
5 De qua euictione, vti notoria, quæ sufficit alle-
gari *Caph. cons.* 85. *num.* 23. *lib.* 1. *Surd. cons.*
311. *num.* 39. *vol.* 3. apparere etiam dicitur
ex sententia desuper lata, & ex instrumento ad-
iudicationis, quę semper possunt de actis fieri.
Secundò, quia D. Bernardinus actor est anterior
creditor D. Roberto, quia cum D. Io. Maria
eius debitor habeat obligata bona D. Pitri pro
dotibus maternis ab anno 1600. vt apparet ex
6 instrumento in iudicio producto, † ipse potest
agere contra nomen sui debitoris sibi obligatũ,
& potest vti anterioritate competente D. Io.
Marię eius debitori, & agere vtili hypothecaria,
seù vtili Saluiano interdicto cõtra bona suo de-
bitori hypothecata *Vinc. de Franch. decis.* 75. *n.* 8.
Thoma. decis. Mareb. 44. *num.* 8. *& seq. Adden.
ad Scapuc. de saluia. lib.* 1. *quæst.* 17. *in fin. Rota
decis.* 425. *num.* 3. *par.* 5. *recen. lib.* 2. & sic est
anterior D. Roberto, cuius creditum, & hypo-
theca initium sumpsit ab anno 1622. de mense
Iunij, vt ex instrumento exhibito est videre.
Quibus tamen non obstantibus, prout verè non
obstant, contrarium verius esse arbitror, nempè
actiones D. Io. Mariæ competentes pro doti-
bus maternis contra bona D. Pirri Nuti, per da-
tionem in solutum eidem factam de prædio in
vocabulo Monte Piccognola fuisse extinctas, &
resolutas, neque illas ex causa euictionis exad-
uerso supposite, quatenus etiã de illa appareret,
reuiuiscere posse, neque ei dari reditum ad pri-
7 mæua iura, † cum claram habeamus in iure
conclusionem, quod solutione eius, quod debe-
tur, omnis tollitur obligatio, *§.* 1. *Inst. quib.
mod. toll. oblig. l. nulla* 5. *& l. obsignatione* 9. *C.
de solut. Surd. cons.* 145. *n.* 14. *vol.* 1. *Pir. Maur.
de solut. cap.* 54. *in prin.* alios adducens, *Grass.
de excep. excep.* 25. *nu.* 6. *Gratia. discept. foren.
cap.* 675. *num.* 36. *par.* 4. *Barbos. axiom.* 210. *in
prin.* Rota *decis.* 434. *in prin. par.* 4. *rec.*
8 Quando autem aliquid datur in solutum pro
aliquo debito, perindè est, ac si res ipsa solue-
retur *Aret. in l. singularia* 15. *col. antepen. &
ibi Ias. num.* 37. *Cagnol. num.* 168. *& alij ff. si
cert. pet. Surd. d. cons.* 145. *num.* 15. *Mangil. de
euict. quæst.* 80. *num.* 25. & ideò, sicut soluendo
id, quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt
supra dixi, ita etiam tolli debet, quando aliud
9 soluitur loco eius, quod debetur, † cum aliud
pro alio solui possit, consentiente creditore *l.* 1.
§. an possit ff. de constit. pecun. l. item liberatur 6. *§.
qui paratus ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.*
& tradunt *Doct. in l.* 2. *§. mutui datio. ff. si cert.
pet. Surd. decis.* 224. *num.* 16. *Pir.* Maur. *de so-
lut. cap.* 7. *n.* 1. *& seq.* Rota *apud Duran. decis.* 1.
num. 1. *& seq.* & in terminis not. idem *Surd. d.
cons.* 145. *num.* 15. *&* 16. *& decis.* 113. *num.* 4.
Gozadin. cons. 38. *num.* 8. *& Barbos. d. axiom.*
210. *num.* 8.
10 Et pariter in terminis, quod regulariter per
dationem in solutum factam creditori extin-
guatur actio illi competens contra debitorem,
voluerunt *Deci. cons.* 449. *n.* 38. *Surd. d. cons.*
145. *num.* 20. *Costa de retrotrac. cap.* 8. *casu* 27.
num. 2. *Pir.* Maur. *de solut. cap.* 2. *§.* 9. *per tot.
Pacif. de saluian. inspec.* 3. *cap.* 21 *num.* 370. *&
num.* 548. *& seq.* Neguf. *de pigno. in* 1. *membr.*
6. *par. num.* 43. *Giouagno. cons.* 73. *num.* 121.
lib. 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 766. *num.* 35.
par. 4. alios adducens ita sentientes *Mangil. de
euict. quæst.* 146. *sub num.* 22. Rota *apud Cenc.
de cens. decis.* 307. *num.* 2. *& apud Buratt. decis.*
889. *num.* 1. *& apud Pacif. de saluia. decis.* 207.
num. 3.
11 Cum datio in solutum habeat vim solutionis
l. solutionis 54. *ff. de solut. Paris. cons.* 81. *n.* 35.
vol. 2. *Pir. Maur. de solut. cap.* 2. *§.* 9. *per tot.
Surd. cons.* 413. *num.* 12. *vol.* 3. *Vinc. de Franch.
decis.* 50. *nu.* 2. *Costa de retrotrac. cap.* 8. *casu*
27 *num.* 2. *Rota apud Card. Seraph. decis.* 133.
num. 2. quos pariter adduxi *allegat. praceden.
nu.* 3. vbi etiam probaui, dationem in solutum,
non solùm habere vim solutionis, sed etiam
censeri solutionem, per rationem ibi adductam,
& tradunt *Costa d. casu* 27. *num.* 2. *Franc. Becci.
cons.* 42. *num.* 13. *lib.* 1. *Surd. d. cons.* 413. *nu.*
13. *& Posth.* post hæc scripta visus *in tract. de
subhast. inspec.* 42. *num.* 4.
Neque obstat sententia Doct. de quibus supra *n.* 2.
volentium, quod, re data per debitorem in solu-
tum euicta, actiones creditori competentes re-
uiuiscant, & ipse redire valeat ad primęua iura
ex pluribus, & primò, quia de iusta euictione
sequuta ex actis non cõstat, cum illa, vti in facto
12 consistẽs, debeat probari ex regula, † quod qui-
libet tenetur probare, quod est fundamentum
suæ intentionis *l. actor.* 23. *C. de prob. l. qui ac-
cusare* 4. *C. de eden. & not. Surd. cons.* 24. *n.* 8.
vol. 1. *Hond. cons.* 68. *n.* 7. *lib.* 2. *Cæsar Argel.
de legit. contradic. quæst.* 13. *num.* 64. *cum alijs
apud Barbo. axiom.* 128. *num.* 1.
13 Ita vt actore intentionem suam non proban-
te, reus sit absoluendus *d. l. qui accusare* 4. *C.
de eden. l. extat.* 25. *ff. de iure fisc. l. fin. C. de
rei vendit. Rol. cons.* 60. *num.* 13. *vol.* 1. *Cran.
cons.* 104. *num.* 18. *Mascar. de prob. concl.* 36.
per tot. vol. 1. latè *Pacia. de prob. lib.* 1. *cap.* 67.
per tot. Aldon. cons. 60. *n.* 12. latissimè *Barbo.
axiom.* 10. *num.* 2. *Rot. decis.* 409. *num.* 6. *par.* 1.
14 *recen.* † etiam si reus nihil probauerit *Io. de
Amic. cons.* 65. *num.* 1. *& cons.* 86. *num.* 1. *Soc.
Iun. cons.* 75. *n.* 2. *vol.* 1. *Rolan. cons.* 33. *n.* 16.
& cons. 58. *num.* 7. *vol.* 2. *Mascar. d. concl.* 36.
num. 22.

num. 22. *Barbo. d. axiom.* 10. *num.* 4. cum ius
metiamur ex persona actoris, non ex persona
rei *l.* 1. *in prin. ff. si pars hæred. pet. Roma. cons.*
347. *num.* 4. *Surd. cons.* 326. *n.* 9. *& cons.* 415.
num. 11. *vol.* 3. *& in tract. de alim. tit.* 6. *q.* 4.
num. 9. *Barbos. d. axiom.* 10. *num.* 3.
15 Et Iudex non potest se mouere ad iudican-
dum ex ijs, quæ sunt extra processum *Couar. var.*
resol. lib. 1. *cap.* 1. *num.* 5. *Peregr. in rub. de iu-*
dic. num. 104. vbi testatur de veriori, & magis
communi opinione *Thoma. decis. Mareh.* 78.
num. 6. *Rota decis.* 445. *num.* 8. *par.* 1. *& decis.*
278. *num.* 2. *par.* 4. *diuer. & decis.* 404. *n.* 1.
par. 1. *& decis.* 702. *num.* 1. *par.* 2. *recen. &*
apud Greg. XV. decis. 1. *num.* 5. *& decis.* 224.
num. 5. quæ enim sunt extra acta sunt extra
mundum *Adden. ad Greg. XV. d. decis.* 224. *n.* 6.
Rota in Romana domorum 20. *Iunij* 1640. *coram*
R. P. D. Royas §. iniustitia verò &c. & decis. 600.
num. 11. *par.* 5. *rec. lib.* 2.
Neque euictio prætensa probari dicitur ex quadã
scriptura informi, & sinè subscriptione alicuius
Notarij, quæ exaduerso datur, quia, omisso,
quod caret omnibus solemnitatibus ad essentiã
scripturæ publicæ requisitis, de quibus per *glos.*
16 *in l. generali* 2. *C. de tabul. lib.* 10. † quia, in-
quam, cum illa non fuerit exhibita in actis par-
te citata cum termino ad dicendum contra, non
dicitur esse de actis, & nullam fidem facit; vt
post *Bart. Bald. Alex. Soc. Menoch. & alios*
benè comprobat *Hond. cons.* 21. *num.* 17. *&*
18. *vol.* 1. *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 5.
Thoma. decis. Mareh. 100. *n.* 8. *Rota decis.* 147.
num. 16. *par.* 5. *recen. & apud. Duran. decis.*
409. *num.* 7. *& apud Greg. XV. decis.* 224. *n.* 6.
& ibi Adden. & decis. 600. *num.* 11. *par.* 5. *rec.*
17 *lib.* 2. & non dicitur esse exhibita, nisi dimit-
tatur in actis *Asin. in prac. §.* 22. *cap.* 3. *num.* 4.
Gratian. discep. foren. cap. 981. *num.* 24. *& seq.*
par. 5. *Ciriac. controu.* 540. *num.* 47. & ideò non
venit attendenda, vt tradunt Doct. supra addu-
cti, quibus addo *Rot. d. decis.* 197. *num.* 13.
par. 5. *rec.*
Neque pariter probari dicitur ex eo, quod dicta
euictio sit notoria, & ideò sufficiat, quod alle-
getur, quia respondeo, quod dictum notoriũ,
aut est notorium facti, aut iuris, si est notoriũ
18 facti † cum sit facti momentanei, & transeun-
tis, debet probari, maximè cum tendat ad deci-
sionem causæ, & procedatur ad instantiam par-
tis, *Rolan. cons.* 99. *num.* 16. *lib.* 1. *Minsig singul.*
obseru. cent. 6. *obser.* 3. *n.* 6. vbi hanc dicit esse
receptiorem opinionem, & benè declarat *Ma-*
scar. de prob. concl. 1107. *num.* 7. *& seq. lib.* 2.
alios adducens ita sentientes, *Gratia. discep.*
foren. cap. 312. *num.* 18. *par.* 2. benè *Sperell.*
decis. 48. *nu.* 11. *par.* 1. post hæc scripta visus.
19 Si verò est notorium iuris, & pariter indiget
probatione, cum non possit Iudex in hoc no-
torio iuris, quod est probationis, se fundare,
nisi constito prius de ipsa probatione, hoc est
de actis, sententia, & similibus, vt post *Butr.*
Specul. Abb. Capr. & alios per eum adductos not.
Farinac. de delict. & pæn. quæst. 21. *num.* 90.
aliàs esset in facultate partium, quod sibi pro-
dest pro notorio allegare, quod non est dicen-
dum, cum quotidiè videamus, plura pro noto-
rijs allegari, quæ tamen talia non sunt, vt dicit
Thob. Noni. cons. 89. *num.* 21, & post eum *Ca-*
phal. cons. 201. *num.* 9. *lib.* 2. *& Rolan. cons.* 99.
num. 15. *lib.* 1. vbi propterea dicit, non esse de
facili super notorio faciendam vim, *& cons.* 53.
n. 34. *lib.* 2. latè *Ferret. cons.* 31. *n.* 35. *& seq.*
20 Et ideò super notorio requiri prius declara-
toriam sententiam parte citata, dixerunt *Deci.*
cons. 483. *num.* 27. *Rolan. cons.* 53. *num.* 31.
lib. 2. *Rota apud Card. Seraph. decis.* 376. *n.* 10.
& in Romana de Cupis 14. *Februarij* 1608. *corã*
Card. Laucellotto, quibus addo *Herculan. de prob.*
negat. num. 62.
21 Secundò, quia opinio supradictorum Doct.
volentium, quod, re data in solutũ euicta, actio-
nes reuiuiscant, & detur reditus ad primæua
iura, non est tuta, & contraria opinio est verior,
& magis communis, quando bona, & sic spe-
cies, data fuerunt in solutum pro genere, & pro
pecunia, cum in dicto casu detur tantùm actio
de euictione, vel ex empto ad tex. in *l. eleganter*
24. *& ibi glos. ff. de pign. actio. & l. si prædium*
4. *C. de euict. & in l. libera* 8. *C. de sent. & in-*
terlo. omn. iud. & scripserunt ex Modernioribus
Surd. decis. 113. *num.* 3. *& seq. & decis.* 266.
num. 6. *& seq.* vbi testatur de veriori opinione,
& ita in illo Senatu fuisse iudicatum, & benè
hanc opinionem comprobat *idem Surd. d. cons.*
145. *num.* 17. *& seq. lib.* 1. *Negus. de pigno. in*
1. *membr.* 6. *par. sub num.* 43. *Mart. Medic.*
decis. Senen. examin. 47. *n.* 27. *& seq. Gratia.*
discept. foren. cap. 3. *num.* 14. *& seq.* vbi testa-
tur de veriori, & magis communi opinione
Castill. decis. 5. *num.* 1. *Felicia. de cens. tom.* 2.
lib. 3. *cap.* 5. *num.* 16. *Fab. de Anna cons.* 90.
per tot. Cenc. de cens. quæst. 101. *n.* 15. *& quæst.*
108. *num.* 17. *Marta voto* 109. *num.* 4. *& vot.*
144. *num.* 3. plenè *Hodier. ad Surd. d. decis.* 266.
per tot. Mangil. *de euict. quæst.* 78. *num.* 20. *&*
quæst. 80. *num.* 34. *& quæst.* 145. *num.* 40. *&*
quæst. 146. *num.* 23. *& seq.* vbi testatur de ve-
riori, & magis communi opinione, *Pir. Maur.*
de fideiuss. par. 2. *sect.* 10. *cap.* 6. *num.* 3. *Fon-*
tanell. de pact. nupt. claus. 5. *glos.* 8. *par.* 14.
num. 85. *& seq. Ciriac. controu.* 500. *num.* 12.
& 17. *Capic. Latro decis.* 147. *num* 3. *&* 19.
lib. 2. *Post. de subhast. inspec.* 65. *num.* 1. vbi te-
statur de veriori, & magis communi opinione,
& in addit. ad d. inspec. 65. alios adducens, *Rota*

decis. 509. *in prin. par.* 3. *recen.* vbi dicitur, hanc esse veram conclusionem, *& decis.* 550. *nu.* 7. *par.* 4. *rec. & apud Merli. de pigno. decis.* 115. *num.* 14. post hæc scripta visa, *& decis.* 278. *num.* 21. *par.* 5. *rec.*

22 Quicquid sit, quando soluitur genus pro genere, species pro specie, seù genus pro specie, in quibus casibus, re tradita in solutum euicta, actiones reuiuiscere, & dari reditum ad primæua iura, volunt communiter Doct. & præcipuè *Surd. d. cons.* 145. *num.* 34. *& seq. Hodier. ad Surd. d. decis.* 266. *num.* 7. *& seq. Mangil. de euict. d. quæst.* 144. *num.* 40. *& d. quæst.* 146. *num.* 24. & alii Doct. supra proximè adducti, quæ non possunt adaptari casui nostro, in quo fuit data in solutum species pro quantitate, vt supra, & tradit etiam *Capic. Latro d. decis.* 147. *num.* 19.

Et ratio differentiæ est, quia quando species pro specie est assignata, vel genus pro genere, vt vinum pro vino, pecunia pro pecunia &c. tunc censetur celebratus quidam contractus permutationis, vel contractus innominatus *Do, vt Des* quo casu necesse est, quod tradens faciat rem perfectè fieri accipientis *l.* 1. *ff. de rer. permu.* & nisi transferatur dominium in accipientem, non dicitur perfecta permutatio, & ideò alias non censentur Partes a primo contractu velle recedere, secùs tamen est, quando soluitur species pro genere, quod consistit in pecunia, vt in casu nostro, quia tunc per dictam dationem in solutum dicitur celebrari cõtractus emptionis, & venditionis *l.* 3. *ff. pro empto. l. fin. ff. de bon. auth. iud. possid.* quia sequuta traditione est perfectus, cum venditor non teneatur, nisi rem tradere, non autem emptorem facere dominum *l. emptorem* 12. *ff. de act. empt.* & ideò, sequuta euictione, nõ potest agi ex primo cõtractu, a quo per traditionẽ est sequuta liberatio, sed tantùm ex secundo ex empto, vel de euictione, prout ita distinguunt *glos. in d. l. si prædium* 4. *C. de euict. & in l. libera.* 8. *C. de sent. & inter. omn. iud. Bart. in l. si quis aliam* 46. *num.* 1. *ff. de solut. Cepoll. caut.* 123. *Fab. de Anna d. cons.* 90. latè *Surd. d. cons.* 145. *num.* 37. *Castil. decis.* 5. *num.* 3. *Hodier. ad Surd. d. decis.* 266. *num.* 7. *&* 8. *Fontanel. d. clau.* 5. *glos.* 8. *par.* 14. *n.* 85. *& seq.* & alii Doct. supra adducti, ita vt illa dicatur per Doct. magis communiter recepta, ac etiam verior, & sequenda in iudicando.

23 Neque distinctio prædicta confundi, dici potest per tex *in d. l. si quis aliam* 46. *ff. de solut.* vt dicit Merli. *de pigno. lib.* 4. *quæst.* 150. *n.* 27. post hæc scripta visus, qui contrariam opinionem sequi videtur, nam licèt ex illis verbis ibi, *sed si duos fundos pro debito dederit, euicto altero fundo, remanet integra obligatio*, colligi videatur, quod data in solutum specie pro debito euicta, integra remaneat obligatio, ex verbis tamen subsequentibus ibi, *tunc res pro re soluta liberationem præstat, cum pro solido facta est accipientis*, ex quibus manifestè apparet, fuisse ibi solutam rem pro re, & sic speciem pro specie, non autem speciem pro genere, vt vult *Merli. ibi*, pro vt declarant expresse *in d. l. si quis aliam glos. Bart. Castr. & alij, & Surd. d. cons.* 145. *sub num.* 34. & ita intelligit dictum tex. *Fontanel. in d. par.* 14. *num.* 86. dum illam allegat pro nostra opinione, & ideò nil mirum, si nõ est extincta primæua obligatio, & sic dictus *tex.* non destruit distinctionem, de qua supra.

24 Vel etiam dici potest, ideò *in d. l. si quis aliã* euicto vno ex duobus fundis in solutũ datis, remanere primæuam obligationem, quia creditor non aliter, quàm in totũ, accepisset in solutum, & primitiua causa spectatur, vt declarant *Surd. decis.* 295. *num.* 16. *&* Mangil. *de euic. d. quæst.* 145. *num.* 39. qui alios adducunt.

Neque pariter vis vlla fieri potest pro dicta contraria opinione in dispositione tex. *in l. rescriptum* 12. *§.* 1. ibi, *sed in suspenso haberi liberationem &c. ff. de distrac. pigno.* ponderati *per Merli. Pignatel. d. contron.* 27. *num.* 9. *& seq.* quia, omisso, quod dispositio d. *tex.* cum contineat diuersam materiam, ideò non contrariatur casui nostro, vt benè declarat *Neguſ. de pign. in* 1. *memb.* 6. *par. num.* 42. *&* 43. cuius fundamenta breuitatis gratia non refero, quia, inquã, in dicto *tex.* pretium pignoris venditi a principio non erat effectum creditoris, sed illud restituere obligatus erat in casu euictionis, vt habetur manifestè in dicto tex. ibi *quod si non ita vendidit, vt certum sit omnimodo, apud eum pretium remansurum, verùm obligatus est ad id restituendum*, scilicet *si res euinceretur*, exponit *glos. ibi*, & ideò non est mirũ, si creditori, dum cogitur illud restituere, liceat redire ad primæua iura, & liberatio stet in suspenso ad not. *per Vinc. de Franch.* qui loquitur in terminis nostris *decis.* 200. *n.* 6. *per Mangil. de euict. quæst.* 144. *num.* 26. *& per Rot. apud Pacif. de saluia. decis.* 134. *in prin.*

26 Sicuti etiam nihil in contrarium facit tex. *in l. qui res* 98. *§. aream ff. de solut.* quia ibi est speciale fauore dotis, quod subsistat prima actio, neque tollatur, siuè soluatur genus pro genere, siuè pro specie, siuè aliter detur, vt declarat *Bart. in d. l. si quis aliam* 46. *num.* 2. *in fin. ff. de solut. & Surd. in d. cons.* 145. *num.* 34. *versiculo Quartus casus &c. Fontanel. d. par.* 14. *num.* 85. *& seq.*

Neque allegata æquitas, ne creditor sit in damno, vim habere potest causandi hanc actionum extinctarum reuiuiscentiam, vt videtur sentire *Rota decis.* 373. *num.* 24. *par.* 4. *recen.* cum de damno, nempè creditorem non posse regressũ

habere

habere contra eius debitorem, non constet ex
actis. secundò, quia cum dicta æquitas non sit
scripta, rigor verò sit scriptus, vt *in d. l. elegan-
ter 24. ff. de pigno. actio. & in l. si prædium 4. C.
de euict. & in l. libera 8. C. de sent. & inter. omn.
iud.* præferri debet rigor scriptus *l. prospexit 12.
ff. qui, & a quibus l. 1. & ibi Doct. C. de legi.
Amat. decis. 24. num. 25. Calui. de æquit. lib. 1.
cap. 4. num. 25.*

Nec minus in casu nostro locus esse potest restitu-
tioni in integrum ex clausula generali *si qua
mihi iusta causa*, vt pariter sentit *Rota d. decis.
373. sub num.* 24. ex pluribus, & primò, quia
dicta restitutio per partem aduersam non fuit
28 petita, † & ideò Iudex circa illa non potest sup-
plere ex officio, vt not. *Imol. in cap. cum venis-
set 6. de instit. Zabar. in clem. 1. nu. 2. de restit.
in integr.* Rebuff. *de restit. in integr. art. 1. glo. 3.
num. 27. Roma. singul. 462. in fin. & ibi Adden.*
qui testantur de communi opinione, quam ma-
gis communem dicit *Odd. de restit. in integr.
par. 1. quæst. 31. num. 6. in fin.* licèt ipse distin-
guat, vt ibi per eum.

29 Secundò, quia, quando actio est extincta, vt
in casu nostro, non potest peti restitutio in inte-
grum, nisi principaliter, non autem per viam
replicationis *Specul. in tit. de offic. omn. iud. §.
incidenter sub num. 7. Bald. in l. nam, & postea
9. §. si minor. sub nu. 3. & ibi Castr. sub num. 1.
Alex. sub num. 4. et Ias. sub num. 3. ff. de iureiur.
Decia. cons. 13. num. 86. lib. 2. Odd. de restit.
in integr. q. 33. art. 2. vers. Ego puto, et quæst. 35.
num. 40. par. 1.* quos refert, & sequitur *Ciriac.
controu. 380. num. 53.*

Et ratio est, quia replicatio non fundat cognitio-
nem petitionis, sed illam coadiuuat, & vbi non
est actio, ibi non est replicatio *Bald. in d. §. si
minor. sub num. 3. et in l. petens 27. num. 15. C.
de pact. Castr. in l. sub prætextu 19. et ibi Alex.
num. 2. C. de trans.* & declarat *Ciriac. d. contro.
380. num. 53.*

30 Tertiò, quia non constat de læsione, sinè
qua restitutio non datur *l. nam, et postea 9. §. si
minor ff. de iureiur. l. non omnia 45. et l. quod si
minor. 25. §. 1. ff. de minor. l. minoribus 5. C. de
restit. in integr.* latè *Odd. de restit. in integr. par. 1.
quæst. 4. art. 1. per tot.* plenè *Rota decis. 333.
num. 1. par. 4. rec.* non enim sequitur, creditor
non potest redire ad primæua iura, ergo est læ-
sus, cum dari possit casus, quod dans bona in
solutum sit soluendo, & ideò creditor per actio-
nē de euictione, seù ex empto possit suæ indē-
nitati consulere, & sic intrat regula *l. non hoc 4.
et ibi Ias. C. vnde legit. l. neq. natalis 10. C. de
prob. cap. in præsentia 8. de prob.* cum alijs apud
Barbo. axiom. 191. num. 2.

Tertiò, non potest esse locus prætensæ reuiui-
scentiæ actionis, quia prædium datum in solu-
tum D. Io. Mariæ pro dotibus matris, quatenus
constaret de euictione, constaret etiam, illud
fuisse ablatum per Illustrissimos DD. de Sac-
chettis ex proprio eius debito, non autem ex
facto D. Pirri dantis in solutum, quo casu non
31 dicitur res euicta, neque datur regressus con-
tra venditorem, seù dantem in solutum *l. fun-
dum meum 20. ff. de euict. not. Bart. in l. qui Ro-
mæ 122. §. duo fratres num. 10.* quem sequuntur
ibi *Ang. Castr. Ias Alex.* Rip. *& alij ff. de verb.
oblig. Alex. cons. 21. n. 5. lib. 5.* latè *Mangil. de
euict. quæst. 10. num. 1. & seq. & quæst. 48. n. 9.
& quæst. 115. num. 5. et quæst. 178. num. 13.
32 Surd. cons. 15. n. 24. vol. 1.* † cum damnum, quod
emptor ex suo facto sentit, a venditore consequi
nō debeat *l. fideiussor. in prin. 29. & §. 1. l. idemq.
10. §. generaliter ff. mand.* Rim. Sen. *cons. 274.
num. 23. lib. 2. Mangil. de euict. quæst. 9. n. 11.*
dum ergò D. Io. Mariæ non datur in dicto casu
actio de euictione, quod est minus, multò mi-
nus ei dari debet reuiuiscentia actionis, & re-
ditus ad primæua iura, quod est plus *l. nec in ea
22. ff. ad l. Iul. de adult. authen. multò magis C.
de sacros. Ecclés. cap. si ergò 8. quæst. 1.* cum alijs
relatis per *Barbo. in suis loc. argum. loco 67.
in prin.*

Quod verò dictum prædium D. Io. Mariæ fuerit
ablatum ex facto ipsius, & ex proprio debito,
deducitur, quia licèt DD. de Sacchettis essent
creditores D. Pirri Nuti, non tamen, vti longè
posteriores ipso D. Io. Maria hærede benefi-
ciato D. Pirri, ipsum D. Io. Mariam creditorem
anteriorem pro dotibus matris molestare po-
terant super dicto prędio, stante dicto beneficio
33 inuentarij, † quod, quo ad damnum vitandum,
constituit hæredem in statu, ac si non adiuisset,
vt post Doct. *in l. debitori 7. C. de pactis* tradit
*Rolan. de inuen. par. 4. vers. Decima vtilitas in
prin. Merlin. de pign.* post hæc scripta visus *lib. 5.
quæst. 14. num. 16.* & facit, personam hæredis
censeri distinctam a persona defuncti *l. fin. §.
in computatione C. de iur. delib. Surd. cons. 143.
num. 40. lib. 1. Menoch. cons. 203. num. 27. &
28. lib. 2. Merlin. d. quæst. 14. num. 17.* vndè
DD. de Sacchettis curauerunt inuentarium
D. Io. Mariæ declarari nullum, & successiuè
ipsum obligatū esse satisfacere de proprio cre-
ditoribus D. Pirri, pro vt sententiatum fuit per
conformes, vt patet ex sententijs, de quibus in
actis, quarum vigore acceperunt tenutam d.
prædij, non vti D. Pirri, sed vti ipsius D. Io. Ma-
riæ ex proprio eius debito ob malè confectum
34 inuentarium, † quo casu hæres, cum dicatur
quasi contrahere cum creditoribus, & legata-
rijs *l. apud Iulianum 3. §. fin. ff. ex quibus cau.
in possess. eatur l. ex maleficijs 4. §. hæres ff. de
actio. & oblig. §. hæres Inst. de oblig. quæ ex quas.
contr. Phanuc. de inuent. in præfat. in prin.* ideò

teneтur de proprio creditoribus hæreditarijs satisfacere *l. si te bonis* 10. *C. de iur. delib. Thanuc. loc. cit. Rolan. de inuent. par.* 5. *in prin.* vbi testatur de communi opinione,& sic ipsi D. Io. Mariæ nulla competit actio de euictione in casu prædicto, & multò minus reditus ad primæua iura per rationes supradictas.

Postremò nō potest esse locus reuiuiscentiæ actionis exaduerso prætensæ, & hoc omnem aufert amaritudinem, quia,omissa disputatione, an d. reuiuiscentiæ sit locus, quando agitur,non contra principalem debitorem, sed contra tertium bonorum possessorem titulatum,vt in casu nostro, de qua habetur *per Thesa. d. quæst. foren.* 88. *n.* 9. *& per Merlin. de pign. d. q.* 150. *nu.* 39. *lib.* 4. in hoc tamen omnes conueniunt,

36 † contra d. tertium bonorum possessorem agi nō posse ex primæuis iuribus,nisi excusso prius principali debitore, quod factum non fuit in casu nostro,vt tradunt *Thesa. d. quæst.* 88. *n.* 14. *Merli. Pignatel. d. contr.* 27. *num.* 35. *& Merli. de pignor. d. quæst.* 150. *num.* 41.

Neque obstat, quod saltem actio reuiuiscat fauore dotis, quando res data in solutum fuit euicta, vt tradunt *Vrsill. Boer. Thes. Inn. & Mangil. adducti supra n.* 3. & alij quamplures, quos refert,& sequitur Merlin. *de pigno. lib.* 4. *q.* 150. *num.* 42. ex pluribus, & primò, quia de dicta euictione non constat, vt probaui supra n. 12. *& seq.* secundò, quia illa euenisse dicitur ex proprio debito, & ex facto ipsius D. Io. Mariæ, vt pariter dixi supra num. 33. & seq. quæ breuitatis gratia non repeto, & ex defectu excussionis, vt supra proximè.

Et vlterius, quia d. conclusioni posset esse locus ad fauorem D. Ortensiæ matris D. Io. Mariæ, in quibus terminis loquuntur Doct. exaduerso adducti, non autem ad fauorem ipsius D. Io. Mariæ, in quem d. priuilegium non transit, vt

37 in terminis dicit *Bald. Nouel. de de dote par.* 12. *num.* 32. *& seq.* vbi reddit rationem, quia ratio specialitatis d. priuilegij est, ne vxor aliàs remaneat indotata, quæ ratio cessat, si bona in satisfactionem dotis data post mortem mulieris in solutum eius filijs euincantur, cum tunc fauor dotis amplius non subsit, & non dicatur amplius dos,vt ibi per eum latius hoc comprobantem, & ideò,cum mortua sit mulier, D. Io. Maria filius,recipiendo pro satisfactione dotis bona in solutum, redigitur ad terminos iuris communis, de quibus in *l. inter causas* 26. *§. abesse ff. mand. & not. Bald. Nouel. loc. cit.*

38 Addo pro confirmatione, quod vbi personæ conditio facit esse locum beneficio, deficiente persona,deficit beneficium *l. in omnibus* 68. *& ibi Deci. in prin. ff. de reg. iur. cap. priuilegium de reg. iur. in* 6. *Rolan. conf.* 61. *num.* 10. *lib.* 4. *Barbo. axiom.* 190. *num.* 5. sed priuilegia dotis conceduntur regulariter personæ, & non actioni, quia, si concederentur actioni, transirent ad omnes, ad quos transit actio de dote, cuius contrarium est verius *l.* 1. *C. de priu. dot. §. fuerat Inst. de actio. §.* 1. *Auth. vt exac. inst. dot. §.* 1. *in fin. Auth. vt immob. anteuupt. donat. Fachin. contro. iur. lib.* 10. *cap.* 34. *versiculo Ad hæredes &c. Noal. de transmiss. casu* 23. *sub nu.* 2. meritò, &c.

Neque nocet,quod,licèt priuilegia dotis non transeant ad hæredes mulieris, transeant tamen ad filios, & sic ad D. Io. Mariam, vt voluit *glos. in d. l.* 1. *C. de priu. dot.* quia respondeo,quod

39 dicta glos. opinio non est generaliter vera, sed habet tantùm locum in priuilegio tacitæ hypothecæ, cum prælatione ad tex. per eam adductum in *l. assiduis* 12. *C. qui pot. in pign. hab.* secundùm quem illa venit intelligēda iuxta theoricam *Bart. in l. non solùm* 8. *§. liberationis ff.*

40 *de liber. lega.* † quod priuilegiū prælationis in tacita hypotheca trāsire ad filios, est apud omnes in cōfesso,vt videre est per *Bal. Nouel. Barbo. Neguſ. Card. Mant. Fachin. & alios relatos per Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 47. *num.* 23. & admittit *Rota apud Merli. ibi decis.* 71. *nu.* 10. qui casus *d. l. assiduus*,quod priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione transeat ad filios, est specialis, vt not. *Bald. Nouel. de dote d. par.* 12. *nu.* 68. & ideò dicta specialitas non est trahenda ad alios casus cōtra dispositionem iuris cōmunis, de qua *in d. l.* 1. *C. de priu. dot.* ad tex. *in l. ius singulare* 15. *et in l. quod verò contra.* 13. *ff. de legi.* & tradunt *Neguſ. de pigno. in* 2. *membr.*

41 6. *par. num.* 44. *& Barbo. axiom.* 211. *nu.* 4. † alias circa idem concurrerent plura specialia, quod actio reuiuisceret,& transiret ad filios,cōtra tex. *in l.* 1. *C. de dot. promiss.* & not. *Surd. conf.* 34. *num.* 46. *lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 520. *n.* 10. *par.* 3. *& Barbo. axiom.* 211. *nu.* 1. & daretur etiam multiplicatio priuilegiorum, quod non est dicendum *Deci. conf.* 5. *sub nu.* 2. *Surd. decis.* 255. *num.* 3. *& decis.* 323. *num.* 3. quam distinctionem glos. de transmissione priuilegij dotis ad hæredes suos, & non ad extraneos impugnat etiam *Ruin. conf.* 163. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. negans priuilegium *l. in rebus* 30. *C. de iure dot.* mulieri concessum agendi in subsidiū vtili rei vendicatione pro sua dote, competere filijs, *& Barbo. ad l.* 1. *par.* 5. *nu.* 80. *ff. solu. matr.* quos refert, & sequi videtur *Rota decis.* 590. *num.* 21. *par.* 4. *recen. tom.* 3.

42 Quod eò magis est tenendum,cum causa dotis non sit priuilegiata vniuersaliter, sed tātùm in casibus a iure expressis, & extra illos vtatur iure communi *Bald. conf.* 7. *in fin. lib.* 3. *Marta decis.* 36. *num.* 4. *Soc. Inu. conf.* 12. *nu.* 4. *lib.* 3. *Deci. conf.* 302. *num.* 9. *Ant. Gabr. comm. concl. de legi. concl.* 1. *num.* 11. *Hier. Gabr. conf.* 92. *num.* 21.

num. 21. lib. 2. Giurb. decis. 118. *nu.* 20. alios adducens sectatores, *Surd. decis.* 218. *num.* 4. & latissimè comprobat *Paul. Rub. ad Rotæ decis.* 460. *num.* 1. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 2. quampluribus Doct. authoritatibus, & Rotæ Rom. & aliorum tribunalium decisionibus allatis, ita vt nihil vlterius addi possit, quicquid aliqui cõtrarium senserint, quos toto Cælo errare, probat *Rub. loc. cit.*

43 Nec non etiam cum priuilegium, quod datur mulieri in dote, vt dixi, detur personæ, vel, si detur causæ, detur ratione personę, quia persona est immediata causa concedẽdi priuilegiũ *d. §. fuerat Inst. de actio. d. §. 1. Auth. vt exact. inst. dot. & d. §. 1. in fin. Auth. vt immob. antenup. donat.* & not. *Cin. in l. 1. ff. solu. matr.* quem refert, & sequitur *Bald. Nouel. de dot. d. par.* 12. *num.* 15. *versiculo Ego dico &c.* & ideò non est transitorium ad filios, vel hæredes *d. l. in omnibus 68. & l. priuilegia.* 157. *ff. de reg. iur.* in terminis *Noal. de transmis. casu* 23. *num.* 2. *& seq.* cum aliis supra adductis *num.* 38. & latè firmat *Bald. Nouel. d. par.* 12. *num.* 23. *& seq.* vbi enumerat alia priuilegia doti concessa non transitoria ad filios, & hęredes, vt ibi per eum, vbi ideò dicit, quod est multum fallax doctrina *glos. in d. l. 1. C. de priuil. dot.* quam opinionem censeo veriorem per supradicta, quicquid contrarium scripserit generaliter *Campeg. de dote par.* 1 *quæst.* 81. *sub num.* 7. & voluerit etiam *Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 47. *num.* 45.

Neque pariter obstat vltimum fundamentum, quod cum D. Io. Maria habeat obligatum D. Pirrum ab anno 1600. & D. de Cercauillis posſit vti anterioritate d. D. Io. Mariæ sui debitoris, ideò D. de Cercauillis sit anterior D. Roberto, qui est creditor ipsius D. Pirri de anno 1622. quia admittitur pro parte D. Roberti, quod D. de Cercauillis vti posſit anterioritate ipsius D. Io. Mariæ, sed dicitur, quod in isto iure competente D. Io. Mariæ in bonis D. Pirri vsque ab anno 1600. est anterior D. Robertus ipsi D. de Cercauillis, quia dictum ius fuit generaliter hypothecatũ D. de Cercauillis per D. Io. Mariam de anno 1622. die 2. Iulij, D. verò Roberto fuit hypothecatum d. ius existens in bonis D. Io. Mariæ hæredis D. Pirri per ipsum D. Pirrum de eodem anno 1622. die 24. mensis Iunij, & sic octo diebus antequàm D. Io. Maria contraxerit debitum cum D. de Cercauillis, vt apparet manifestè ex instrumento exhibito sub rogitu D. Tranquilli Scolotij Not. Rom. Curiæ, & sic, licèt D. Io. Maria sit creditor D. Pirri Nuti pro dotibus maternis vsque ab anno 1600. d. tamen creditum fuit prius obligatum per D. Pirrum D. Roberto quàm per D. Io. Mariam D. de Cercauillis, & ideò cessat prętensa anterioritas temporis.

44 Quod verò defunctus posſit obligare bona hæredis, est conclusio per Doct. magis communiter recepta, vt ex *Alex. Afflic. Capic. Cæph. Hond. Surd. Scapuc. Card. Mant. Gratia. Costa, Vinc. de Franch. Giurb. Ciriac. Merlin. Balth. Tomas. Hodier. Fontanel. & Rot. Rom.* latè probaui *in alleg. praced. num.* 16. quæ non repeto.

Addo prędictis pro coronide, quod de hypotheca D. Pirri ad fauorem D. Io. Mariæ pro dotibus matris legitimè non constat, quia licèt D. Lelius obligauerit omnia bona D. Pirri eius fratris pro dotibus D. Ortensiæ matris D. Io. Mariæ, vti Procurator D. Pirri, vt constat ex instrumento exhibito, instrumentum tamen

45 procuræ debet exhiberi, aliàs nihil probat, † cum instrumento referenti se alteri instrumẽto non credatur, nisi instrumentum relatum producatur *Auth. si quis in aliquo, & ibi not. Doct. communiter C. de eden. l. 1. C. de mand. prin l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstr.* & in terminis, quod si in instrumento dicatur talis Procurato Pirri, vt constat ex instrumento &c. non probetur, illum esse procuratorẽ, nisi mandatum exhibeatur post *Curd. in cap. fin. de fide Instrum. Alex. cons.* 81. *num.* 10. *vol.* 3. *Ang. Alberi. Castr. Alex. Curt. Iun. Deci. & alios in d. Auth. si quis in aliquo C. de eden.* tradit *Surd.*

46 *decis.* 236. *num.* 2. *& seq.* vbi dicit, † hoc haberi locum, etiam si Notarius asserat, se vidisse, & legisse, & testatur de communi opinione, cum quo per transeunt *Gratia. discep. foren. cap.* 170. *num.* 17. *par.* 1. *& cap.* 268. *n.* 35. *par.* 2. *Gomez in l.* 1. *Taur. num.* 11. *Rota apud Buratt. decis.* 8. *num.* 5. *& apud Cenc. de cens. decis.* 278. *num.* 6. *et decis.* 535. *num.* 3. *par.* 1. *recen.*

47 Non constito autem de hypotheca D. Pirri, & D. Io. Mariæ, cessat saluianum intentatum per D. de Cercauillis, quod sinè hypotheca non datur *Rolan. cons.* 14. *n.* 13. *lib.* 1. *Scapuc. de saluia. lib.* 1. *quæst.* 25. *num.* 7. *Cenc. de cens. quæst.* 98. *num.* 16. *Rot. apud eum quæst.* 31. *n.* 5. *et decis.* 345. *num.* 1. cum alijs adductis *in allegat. præcedenti in prin.*

Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit ad fauorem D. Roberti per Excellentiſſimum D. Io. Baptistam Vgolinum Vrbamensem Prætorem Eugubij, qui absoluit eum a petitis cum condemnatione expensarum, cuius sententia confirmata fuit per Excellentiſſimum D. Locumtenentem eiusdem Ciuitatis in omnibus, & per omnia. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Statuto pœnali contra damnum dantes in bonis alicuius vt sit locus, an sit necessè docere de dominio bonorum, vel de sola possessione. Testes habentes interesse in causa, quando probēt. Dominium an probetur per testes de auditu, & an ex possessione. Mandatum de manutenendo an sit dandum docenti de antiquiori possessione, & habenti meliores probationes. Possessio iunior an præsumatur vitiosa, & clandestina, & sit manutenenda. Testes de Vniuersitate an sint legitimi testes in causa Vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio est danda docenti de possessione.*
2 *Actore non probante reus absoluitur.*
3 *Quo ad te liberas ædes habeo.*
4 *Statuto pænali contra damnum dantes in bonis alicuius vt sit locus, docendum est de dominio bonorum.*
5 *Genitiuus de sua propria significatione importat dominium.*
Maximè in materia pænali, & odiosa. n. 6.
7 *Verba in materia pænali, & odiosa accipi debēt in propria, & stricta significatione.*
8 *Testes affectatè, & animosè deponentes sunt suspecti.*
9 *Testes familiares, salariati, & manentes ad seruitium Actoris non probant.*
10 *Testes affectionati non dicuntur integri testes.*
11 *Testes habentes interesse in causa non probant.*
12 *Testes deponentes super re, ex qua commodum, seù incommodum reportare possunt, dicuntur deponere in causa propria.*
Et ideò nullam faciunt probationem. nu. 13.
14 *Testes patientes plures defectus nullam faciunt probationem.*
Quod enim vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ benè operantur. num. 15.
16 *Testes de auditu deponentes non probant dominium.*
17 *Testes de auditu vt probent, debent nominare eos, a quibus audierunt.*
Ac etiam illi, a quibus audierunt, debent esse personæ graues, & omni exceptione maiores. num. 18.
19 *Testes de auditu nō probant, si non sunt bonæ famæ, & omni exceptione maiores.*
20 *Testes deponentes de dominio debent reddere causam scientiæ, etiam non interrogati.*
21 *Possessor præsumitur dominus bonorum, quæ possidet.*
22 *Possessio iunior dicitur vitiosa, iniusta, & clandestina. et num. 26. et 34.*
23 *Possessio vitiosa, et clandestina non est sufficiens ad inducendam præsumptionem dominij.*
24 *Statuto pænali contra damnum dantes in bonis alicuius est locus, probata sola possessione, secundum aliquos Doctores.*
25 *Genitiuus accipit interpretationem secundùm subiectam materiam.*
27 *Possessio vitiosa non est possessio.*
28 *Possessio vitiosa, et clandestina non est manutenibilis. et num. 35.*
29 *Testes quando viderunt ea, quæ deponunt, debent esse doli capaces.*
30 *Testes non benè informati de loco differentiæ, et illius confinium non probant possessionem.*
31 *Probatio dubia interpretatur contra probantē.*
32 *Manutentio est concedendā docenti de antiquiori possessione.*
33 *Duo eodem tempore eandem rem in solidum possidere non possunt.*
36 *Manutentio est danda habenti meliores, et validiores probationes.*
37 *Possessionem probans in specie dicitur melius probasse, quàm probans illam in genere.*
Idem est, quando probatur per plures testes. num. 38.
Et per testes magis informatos. num. 39.
Et quando cum depositionibus testium concurrunt adminicula. num. 40.
41 *Dominium dicitur probatum ex possessione quadraginta annorum, etiam sinè titulo.*
42 *Bona Ecclesiæ præscribuntur spatio quadraginta annorum, et cum bona fide.*
43 *Confinia dicuntur probata quando testes conueniunt in duabus demonstrationibus.*
Licèt aliæ demonstrationes non conueniant. num. 44.
45 *Testes de Vniuersitate probant, quando vtilitas tangit eos non vti singulos, sed vti vniuersos.*
Si tamen tangat eos, vti singulos non probant, vbi dantur exempla. num. 47.
46 *Testium Vniuersitatis numerus supplet illorum defectus.*
48 *Testes non repelluntur a testificando ex modica vtilitate.*
49 *Colonus partiarius, seù nummis colens non prohibetur esse testis pro Domino.*

ALLEGATIO LIII.



Llustrissime, & Reuerēdissime Domine. D. Hieronymus Cenciattus de Cantiano, cui reconducta fuerunt ad Depositariam bestiamina ex Montanea eiusdem Terrę in vocabulo Piano di Spineto ad instantiam D. Agentis Ven. Collegii Germanici de Vrbe sub prætextu, quod illa damnum dederint in bonis d. Collegii, & Communitas Cantiani,

tiani, quæ, vti locatrix, seù venditrix bonorum,
de quibus agitur, iudicium in se suscepit, non
solùm sunt absoluendi ab omni pæna prætensa,
1 verùm etiam, cum dicta Communitas plenè do-
cuerit de possessione prati controuersi, in illius
possessione est manutenenda §. retinenda Inst. de
interd. Post. de manut. obser. 11. num. 1. & seq.
Rot. apud Greg. XV. decis. 160. in prin. & decis.
458. n. 1. & decis. 582. in prin. & decis. 49. n. 1.
& 2. & decis. 308. num. 1. par. 7. rec.

Debet, inquam, absolui a pæna damni dati, de
qua in Capitulis, seu Priuilegijs eidem Ven.
Collegio concessis contra damnum dantes in
bonis illius, quia omissa, disputatione, vtrum,
vt sit locus statuto pænali contra damnum dan-
tes in bonis alicuius, sit docendum de dominio
bonorum agentis ad pænam, vel sufficiat solū
docere de possessione eiusdem, de qua habetur
per Bart. Ias. Alex. Ruin. Crot. & alios in rub. ff.
de noui. oper. nunc. & per Fulgin. de iure emphit.
in tit. de diuer. quæst. quæst. 14. per tot. quia siuè
vnam, siuè alteram sequamur opinionem, nul-
lius tamen pænæ solutioni locus esse potest in
casu nostro, cum pro parte Collegij nec de do-
minio, nec de possessione prati controuersi do-
ctum fuerit, saltem legitimè, vt infra demon-
2 strabitur, † & ideò intrat dispositio regulę l. qui
accusare 4. C. de eden. quam latè exornant Farin.
in fragm. crim. litera A. n. 26. & seq. et Barbo.
3 axiom. 7. n. 1. et seq. † & alterius regulæ, quò ad
te liberas ædes habeo, de qua in l. loci corpus
31 Quia, inquam, deficit mora emptoris, sinè qua interesse, maximè non conuentum, non datur *Surd. decis.* 260. *num.* 8. *Houd. cons.* 50. *n.* 39. *lib.* 1. vbi testatur de vera, & communi opinione *Gargiar. Iun. cons.* 19. *num.* 13. *lib.* 2. in terminis nostris *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 4. *sub n.* 2. *Calui. de æquit. d. cap.* 40. *n.* 8. *in fin. Gionagno, cons.* 41. *num.* 43. *lib.* 1. *Thoma. decis. March.* 88. *num.* 56. *Leotard. de vsur. quæst.* 74. *n.* 8. vbi dicit, hoc esse communiter receptum, *& quæst.* 75. *num.* 2. *Ciriac. controu.* 61. *nu.* 15. *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 270. *num.* 5. *& decis.* 324. *n.* 1. *& apud Zacch. de oblig. camer. decis.* 20. *num.* 2. *& decis.* 12. *num.* 2. *par.* 4. *recen. tom.* 2. *& decis.* 622. *num.* 5. *par.* 2. *rec. & in Romana census, seu depositi* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. Bichio S. non etiam &c.*
32 Emptor autem in casu nostro, cum non teneretur soluere pretium, nisi tradita re empta, vel oblata per venditorem *Deci. cons.* 421. *n.* 6. *Rota Genuen. decis.* 190. *num.* 3. *Surd. cons.* 101. *num.* 3. *lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 325. *nu.* 3. *par.* 2. *Mangil. de euict. quæst.* 97. *in prin. Rota decis.* 370. *sub num.* 6. *par.* 3. *recen.* ideò dici non potest esse in mora soluendi pretium, meritò &c.
33 Quicquid contrarium senserit *Hond. cons.* 30. *num.* 24. *vol.* 1. dum scripsit, dictum interesse damni emergentis debitum esse venditori, etiam cessante mora ex *Boccat. in tract. vti possid. cap.* 18. *num.* 70. dicente, hanc esse cõmunem Doct. & Theologorum opinionem, quia ipse loquitur, quando emptor acquisiuit possessionem rei emptæ, & sic retinet rem, & pretium, quod non verificatur in casu nostro, in quo emptor possessionem bonorum venditorũ
34 non habuit, secundò, quia † illius opinionem non credo veram in terminis damni emergentis, cum regulare sit, quod interesse tàm damni emergentis, quàm lucri cessantis non datur sinè mora, vt tradunt *Surd. Hond. Gargiar. Iun. Calui. Gionag. Thoma. Leotar. Ciriac. & Rota in loc. adduct. supra num.* 31. quibus addo *Gratia. discep. foren. cap.* 240. *in prin. par.* 2. *& Gait. de credit. cap.* 2. *quæst.* 4. *num.* 1877. quod cum non reperiatur in iure contrarium dispositum in terminis emptoris non soluentis pretium, quo ad damnum emergens debitum extra re-
35 minos *l. curabit* 5. *C. de act. empt.* † ideò standum est regulæ *l. ab ea parte* 5. *ff. de prob. l. illud* 17. *C. de sacros. Eccles. Caph. cons.* 748. *n.* 5. *lib.* 5. *Hond. cons.* 81. *num.* 19. *vol.* 1. *Surd. decis.* 255. *n.* 2. *Card. Mant. de coniect. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 31. latè *Barbo. axiom.* 198. *in prin.*
36 Et contrariam opinionem censeo magis cõmunem esse, quam tenuerunt *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. *vers. hoc tamen &c.* vbi dicit, contrariam sententiam non esse veram, *Gratia. discep. foren. d. cap.* 911. *num.* 20. *& seq. Caluin. de æquit. d. cap.* 40. *num.* 8. *in fin. Plot. de in litem iur.* §. 11. *num.* 21. latè *Leotar. de vsur. quæst.* 71. *num* 15. alios adducens ita sentientes, *& Rota d. decis.* 12. *n.* 2. *par.* 4. *rec. tom.* 2.
37 Quicquid sit quo ad fructus debitos ex æquitate *d. l. curabit* 5. *C. de act. empt.* qui venditori debentur pro modo, & ad rationem fructuũ perceptorũ per emptorem non soluentem pretium, etiam cessante mora, cum cessatio moræ nõ minuat visum rei, & fructuum perceptionem, super quo fundatur æquitas *d. l. curabit*, vt not. *Bald. in l.* 2. *C. de vsur.* quem communiter approbatum per Doct. dicit *Caguol. in d. l. curabit n.* 23. *Gabr. cons.* 57. *nu.* 3. *lib.* 1. *Hond. cons.* 30. *num.* 29. *lib.* 1. *Surd. decis.* 117. *nu.* 6. *&* 7. *Paitel. ad exped. eiusl.* 58. *sui Patris num.* 30. *Gergiar. Iun. cons.* 62. *num.* 10. *& seq. lib.* 2. benè *Leotard. de vsur. cap.* 27. *n.* 23. vbi testatur de communi opinione, & in istis terminis loquitur *Ciriac. contro.* 535. *in fin.*

Rota

Rota decis.370. in prin. par.3.rec. in quibus terminis saluati posse opinionem *Hond. d.cons.30. num. 24.* crediderim, & non aliter.

Neque obstant prædictis notata supra *num. 20.* quod in contractibus nominatis, qualis est emptio, potest venditor agere ad pretium, etiam re non tradita, nec oblata, cum in eis actio statim nascatur propter solum consensum interuenientem, & sic emptor dicatur esse in mora, quia id habet locum, nisi ex parte emptoris opponatur de re non tradita, quia tunc ipse cogi non potest ad soluendum pretium, nisi re tradita, vel oblata, & sic ante non dicitur esse in mora soluendi pretium, vt declarant *Bart. Bald. Alex. Felin. Deci. Boer. Tiraq. Bertaz. Mangil. & Rota in loc. supra adductis d. num. 20.*

38 Secundò, non tenetur d. emptor ad interesse damni emergētis, admissa etiam mora, & quod venditores retineant pecunias sub vsuris, quia id non est sufficiens ad consequendum d. interesse ab emptore non soluente in tempore, nisi probetur, quod retardata solutio fuit causa immediata illas retinendi, cum possibile sit, id ex alijs causis euenire potuisse, vt tradunt *Hond. cons. 50. num. 30. vol. 1.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione, & dicit, ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, *& cons. 36. n. 33. & seq. lib. 2. Gratia. discep. foren. cap. 829. num. 10.* & in terminis nostris *cap. 911. num. 20. & seq. & cap. 987. num. 15. & seq. par. 5.* vbi dicit, Ruin. & alios cōtrarium tenentes esse communiter reprobatos, quam opinionem latè tuetur *Paitell. ad expedit. ciuil. 100. sui Patris n. 7. & seq.* quam passim sequitur Rota, *vt apud Mobed. decis. 103. aliàs 2. de vsur. & apud Farin. post 2. vol. consil. decis. 325. num. 5. & apud Coccin. decis. 498. n. 2.*
39 *& 3.* vbi aliæ recensentur, & alibi passim, † quicquid contra nouissimè attentauerit *Leotar. d. vsur. quæst. 75. num. 10. & seq.*

Quare &c. saluo semper &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegat. seq.
Laus Deo, & Virgini Deiparæ.

A R G V M E N T V M.

Est resolutio dubiorum in causa præcedenti, in qua disceptatur, an cessio facta sinè numeratione pecuniæ sit nulla *ad tex. in l. per diuersas 22. et in l. seq. C. mand.* & an sit locus rescissioni contractus nominati per viam exceptionis ob non implementum. Defectus Archiuij quando reddat apocam inualidam. Emptori soluenti partē pretij, re non habita, quādo debeantur fructus conpensatiui pro rata *ad tex. in l. curabit 5. C. de act. empt.* & emptor non soluendo pretium rei venditæ an teneatur venditori ad interesse damni emergentis, si venditor retineat pecunias sub vsuris. Promittens accollare tot census an dicatur in mora, non data lista illorum per venditorem.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor tenetur ad consignandum bona vendita emptori actione ex empto.*

2 *Venditor tenetur ad fructus compensatiuos emptori pro rata pretij soluti. & num. 5.*

3 *Remedium* l. curabit 5. C. de act. empt. *est cessibile, & transit in cessionarium.*

4 *Cessio est nulla, quando pro ea nihil solutum fuit cedenti.*

Fallit, quando cessio non est facta mala fide, & animo vexandi tertium. num. 13.

Item quando cessio est facta in coniunctum. num. 17.

Item fallit, quando non cessio, sed positio in locum suum. num. 18.

6 *Qui omne dicit nihil excludit.*

7 *Generalis locutio omnia compræhendit.*

8 *Generalis mentio idem operatur quo ad omnia, quàm specialis quo ad singula.*

9 *Cessionarius succedit in omnibus iuribus cedenti competentibus.*

Et cedentis personam in omnibus, & per omnia repræsentat. num. 10.

11 *Pretium dicitur iustum quo res communiter vēderetur, non autem quanti aliàs fuit vendita.*

12 *Pretium rei minuitur propter dubium litis euentum, propter expensas, & alias circūstantias.*

14 *Cessio iurium est de iure permissa.*

15 *Fraus in actu excluditur ex coniecturis.*

16 *Fraude cessante, cessat dispositio legis, quæ super fraude se fundat.*

19 *Fructus compensatiui ex æquitate* l. curabit *debentur etiam non implenti contractum pro parte sua.*

20 *Contractus nominatus rescinditur ob non implementum per viam exceptionis.*

21 *Exceptio implementi non habet locum, cessante damno, & interesse partis.*

Licèt aliqui contrarium senserint ibi. nu. 22.

23 *Verba officiosa, & vrbanitatis gratia prolata non obligant.*

24 *Obligatio est odiosa, stricti iuris, & ideò reijcienda.*

25 *Pollicitatio non obligat, & ex ea non datur actio, nec de iure ciuili, nec canonico.*

26 *Exceptio implementi non habet locum, quando quis fuit impeditus ab eo, cui est implendum. num. 41.*

27 *Obligatus aliquid facere sinè certa die, non dicitur in mora absque interpellatione.*

28 *Promissio soluendi pretium intelligitur a die traditionis rei venditæ, & num. 55.*

29 *Promissio soluendi pretium, vti facta intuitu bonorum, intelligitur, dummodo bona priùs consignentur.*
30 *Oblatio iudicialis habet vim depositi, & consignationis extra iudicium.*
Et idem operatur, ac realis depositio extrà iudicium. num. 31.
Maximè stante recusatione aduersarij sinè iusta causa. num. 32.
Et sufficit tacita recusatio. num. 33.
34 *Oblatio facta in iudicio antequam sit datum ex aduerso de non implemento, est sufficiens, & admittenda.*
35 *Exceptio implementi obstat, quatenùs a parte opponatur.*
36 *Obligatus soluere pretium pòtest offerre pendente iudicio.*
37 *Exceptio implementi non impedit ortum actionis, sed solùm illius exercitium.*
38 *Promissio in se accollandi census habet in se conditionem, dummodò census ei indicentur.*
39 *Implere quis non tenetur, quando ei per aduersarium est aliquid implendum.*
40 *Venditor non potest dare de non implemento emptori, quando ipse tenetur priùs implere emptore.*
42 *Impletum censetur, quando impedimentum est præstitum ex parte eius, cui est implendum.*
43 *Exceptio implementi non habet locum, quando contractus habuit executionem.*
44 *Clausula constituti transfert veram, & realem possessionem.*
Et per clausulam constituti res habetur pro tradita. num. 45.
Ita vt nihil differat a vera traditione. n.46.
47 *Archiuij bannimenta non comprehendunt apocas longè ante illius erectionem confectas.*
48 *Apoca nulla si confessata sit per partem, ex ea agi potest, cum confessio sanet illius nullitatē.*
49 *Confessio delinquentis sanat nullitatē processus.*
50 *Archiuij defectus non obstat, si ante sententiam non sit datum de illius defectu.*
51 *Emptor non tenetur venditori ad fructus compensatiuos, si non habuit possessionē rei emptæ.*
52 *Emptor, qui promisit in se accollare census, tenetur resarcire damnum passum per venditorem ob non factam accollationem.*
Et interesse probatur ex instrumentis censuum passiuorum. num. 53.
54 *Interesse damni emergentis non debetur sinè mora, maximè si non fit conuentum.*
56 *Contractus ille censetur celebratus, cuius nomen est expressum.*
57 *Contractus qualis est in prima sui figura, talis præsumitur in sui existentia.*
58 *Emptionis contractus censetur celebratus, si fiat mentio de pretio.*
59 *Contractus vnicus in dubio censetur celebratus.*
60 *Interpretatio est facienda, ne cõtrariet actui actu inducatur in continenti.*

ALLEGATIO LV.



Xcellentisſime Domine. Respondi diebus elapsis, & adhuc sum in eadem sententia, respondi, inquam, Benedictum, & D. Franciscam de Villa Clasernæ, qui vendiderunt bona, de quibus agitur, pro pretio flo-
1 renorum mille Andrææ Luchetto, † non solùm obligatos esse ad implendum promissa, & ad consignandum bona vendita D. Andreæ Sauino cessionario Andreæ Luchetti actione ex empto ad tex. *in l. ex empto 11. ff. de act. empt.* & tradūt *Bart. in l. 1. n. 12. & seq. ff. de act. empt. Bald. in l. si traditio 4. num. 1. C. eod. tit. Io. Oinot. in §. actionum in tit. de act. ex empt. in prin. Inst. de act. Mangil. de euict. quæst. 33. num. 10. & 11. & Rot. decis. 137. sub num. 1. par. 2. rec.*
2 Sed etiam ad soluendum ipsi D. Andreæ Sauino cessionario fructus compensatiuos bonorum vēditorum pro rata pretij soluti per Andræam Luchettū emptorem, & cedentem ex æquitate *l. curabit. 5. C. de act. empt.* ne venditores locupletentur cū alterius iactura retinendo rem, & pretium, vt not. *Bald. Cagnol. Hond. Alex. Surd. Patell. Couar. & Rot. in loc. adduc. alleg. praced. num. 22.*
3 Cum remedium *d. l. curabit* sit cessibile, & ideò illud transire in cessionarium, voluerint *Afflic. decis. 91. in fin. Paris. consi. 64. num. 8. & cons. 75. num. 17. lib. 4. Gabr. commu. conclt de empt. & vendit. concl. 4. nu. 13. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. in fin. versic. decimonono &c. Surd. cons. 269. num. 5. & 30. vers. nec refragatur &c. lib. 2. Hond. cons. 30. nu. 47. lib. 1.*
Quibus non obstant doctisſimè exaduerso adducta per Excellentisſimum D. Franciarinum in causa Consultorem, & primò, quod D. Andreæ Sauino cessionario nō debeantur fructus compensatiui a venditoribus pro rata florenorum tercentum solutorum per Andræam Luchettum cedentem ex æquitate *d. l. curabit 5. C. de act. empt.* ex duobus, & primò, quia ei non fuerunt cessi d. fructus per Luchettum emptorem, cum de illis nulla mentio in instrumento reuenditionis, seù cessionis facta fuerit, secundò, quia cesſio
4 fructuum compensatiuorum est nulla, † cum pro eis nihil solutum fuerit per D. Andræam Saninū Luchetto cedenti ad tex. *in l. per diuersas 22. & in l. ab Anastasio 23. C. manda. Mascar. de prob. concl. 1115. num. 22. vol. 2. Rot. apud Greg. XV. decis. 47. in fin.*
Quia, accipiendo primum obiectum non factæ cessionis fructuum compensatiuorum, respondeo, quod

5 quod nulli dubium est. † Andreæ Luchetto emptori, qui soluit florenos tercentum venditoribus ad computum pretij, re non tradita, deberi pro dicta rata fructus compensatiuos ex æquitate d. l. curabit ne venditores fruantur re, & pretio Surd. cons. 52. num. 65. lib. 1. Adden. ad Pascel. exped. ciuil. 58. nu. 45. Rot. apud Greg. XV. decis. 347. num. 7. & ibi Adden. num. 18. & decis. 528. num. 3. par. 2. rec. & alii per me adducti alleg. praeced. n. 22. quibus addo Leotar. de vsur. quaest. 27. n. 55. & seq. post hæc scripta visum.

Sed sic est, quod Luchettus in instrumento reuenditionis, seu cessionis per eum factæ D. Andreæ Sauino, eidem cessit omnia iura sibi competentia occasione d. emptionis contra dictos venditores, vt apparet ex illis verbis ibi *gli dà, e consegna la detta poliza con tutte quelle ragioni, che in essa gli sono state concesse, & hà, e gli competono contro i sudetti venditori, ponendo il detto Sauino in luogo suo proprio, & in tutte le sue ragioni, e come Procuratore irreuocabile, non riseruandosi ragione alcuna &c.* meritò dicendum est, eidem cessisse etiam actionem prædictam, ad consequendum fructus compensatiuos ei
6 competentem ex regula, quod qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus 66. ff. de lega. 3. l. hoc articulo 29. ff. de hered. instit. l. pediculis 34. §. Labeo ff. de aur. & arg. leg. cum alijs relatis per Bertaz. de claus. clau. 4. glos. 3. num. 1. & claus. 21. glo. 3. n. 1. & per Barbo. axiom. 168.
7 in prim. & generalis locutio omnia comprehendit l. cum quaerebatur 240. ff. de verb. signif. Surd. cons. 33. n. 24. lib. 1. Sesse decis. Arago.
8 48. num. 12. Barbo. axiom. 106. num. 3. † ita vt mētio generalis idem operetur quo ad omnia, quàm specialis quo ad singula l. si chorus 77. ff. de lega. 3. Surd. cons. 2. num. 54. vol. 1. Gratia. discept. foren. cap. 656. num. 30. & cap. 766. num. 11. par. 4. Barbo. d. axiom. 106. in fin. & in his terminis tradunt Hond. d. cons. 30. n. 47. Surd. cons. 269. num. 5. & sub num. 30. lib. 2. & Rot. decis. 360. num. 2. par. 5. rec.

Maximè cum non desint Doct. volentes, cessionem non esse stricti iuris, sed illam extendi ad accessoria, & præcipuè Bald. in l. si in solutum 6. num. 1. C. de act. & oblig. Gotofred. in l. haeredem 14. litera M. ff. mand. Odd. in l. 3. quaest. 1. C. de nouat. & cum remedium d. l. curabit sit cessibile, & transeat in cessionarium, vt tradunt Afflic. Paris. Gabr. Couar. Surd. & Hond.
9 adducti supra num. 3. † & cessionarius succedat in omnibus iuribus cedenti cōpetentibus Surd. cons. 22. num. 16. & cons. 82. num. 13. & seq. lib. 1. Cenc. de cens. quaest. 67. num. 5. Grass. de except. in praelud. nu. 221. Gratia. discep. foren. cap. 906. num. 4. & cap. 981. num. 11. par. 5. Rot. decis. 107. num. 3. & decis. 303. num. 7.
10 par. 1. rec. † & cedentis personam in omnibus, & per omnia repræsētet, ita vt censeatur vna, & eadem persona cum cedente Surd. d. cons. 22. num. 16. & cons. 280. num. 14. lib. 2. Grass. in d. praelud. num. 222. Rot. decis. 534. num. 1. par. 3. & decis. 373. n. 30. par. 4. rec. cum alijs per me adductis in alleg. praeced. num. 5. & seq. quos breuitatis gratia non refero.

Neque obstat secundò, quod d. cessio fructuum compensatiuorum sit nulla, cum pro ea nihil solutum fuerit cedenti per D. Andream Sauinum cessionarium d. l. per diuersas 22. & d. l. ab Anastasio 23. C. mand. ex pluribus, & primò, quia negatur, pro cessione dictorum fructuum compensatiuorum nihil solutum fuisse cedenti, quia cum Luchettus emptor reuēdiderit D. Sauino bona controuersa pro florenis mille, prout ipsemet emerat a Benedicto, & D. Francisca venditoribus, & vlterius ei cesserit omnia iura contra venditores sibi competentia, intelligi debet, ipsum tàm bona, quàm iura D. Sauino vendidisse, & cessisse pro d. florenis mille,
11 † cum in considetando pretio attendi debeat quanti res communiter venderetur, non autem quanti fuerit empta ab emptore, vt tradunt Couar. var. resol. lib. 2. cap. 3. sub num. 4. Hond. cons. 31. num. 59. lib. 1. & in his terminis Ciriac. contro. 170. num. 1. Gratia. discept. foren. cap. 7. num. 21. par. 1. & cap. 545. n. 9. par. 3. Posth. de subhast. inspect. 47. nu. 67. Rot. apud Greg. XV. decis. 101. num. 2. & apud Buratt. decis. 471. num. 5.

Quod eò magis est dicendum in casu nostro, in quo propter plures circumstantias bona reuēdita, & cessa D. Sauino longè minùs æstimari debent, quàm fuerint vendita a principio Andreæ Luchetto, nempè propter difficultatem illa consequendi a venditoribus litigiosis, & recusantibus contractum implere non sinè magnis impensis, vt ipsa experientia demonstrat,
12 & propter dubium litis euentum, † quæ pretium bonorum venditorum satis diminuunt, & ideò faciunt cessare dispositionē d. l. per diuersas 22. & d. l. ab Anastasio 23. C. mand. & tradunt Bald. in d. l. per diuersas num. 10. & seq. Gabr. comm. concl. de act. concl. 5. num. 36. Menoch. de praesump. lib. 3. praesump. 129. num. 4. Mangil. de euict. quaest. 79. num. 27. Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 13. num. 16. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. num. 166. latè Giurb. decis. 117. num. 3. Ciriac. contron. 170. num. 27. vbi loquitur in terminis nostris, quando venduntur chirographa, vt ibi per eum Salgad. in laber. cred. par. 1. cap. 13. § 2. num. 25. & seq. Rot. decis. 307. num. 12. par. 1. rec. & chirographa, seu iura vendita, vt in casu nostro, minoris æstimari, quàm bona ipsa vendita, cum minus sit habere ius ad rem, quàm rem ipsam, tenuit

P. Diana resol. moral. par. 1. tract. 8. resol. 49.
& resol. seq.

13 Non obstat secundò dispositio *d. l. per diuersas*
& l. ab Anastasio, quia illa habet locum, quãdo
cessaio fit mala fide, in fraudem, & animo ve-
xandi alium, vt declarant *Gabr. cons. 67. n. 1.*
& seq. lib. 1. Cenc. de cens. quæst. 72. sub nu. 12.
Caucer. var. resol. par. 3. cap. 1. nu. 164. Gratia.
discep. foren. cap. 286. num. 14. par. 2. Costa
remed. subsid. 7. n. 1. Giurb. d. decis. 117. nu. 4.
Salga. d. cap. 13. §. 2. num. 25. & seq. Rota *d.*
decis. 303. num. 10. par. 1. rec. & apud Merli.
de pigno. decis. 21. num. 6.

14 Cum regulariter cessio iurium fit de iure
permissa *l. 3. C. de hared. vel act. vend. l. 1. C. de*
nouat. Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 13. n. 1.
Cenc. d. quæst. 72. sub num. 12. Gratia. discep.
foren. cap. 507. nu. 22. par. 3. Giurb. decis. 112.
num. 2. Leotar. de vsur. quæst. 29. nu. 1. & seq.
Salga. loc. cit. num. 26

Quod non est pręsumendum in casu nostro, stante
modicitate iurium cessorum non excedentium
quãtitatem scutorum triginta circiter, & quod
cessaio fit facta in coniunctum, vt infra dicetur,
& quod fructus compensatiui verè Luchetto
cedenti deberentur, vt fuit supra probatum in
prin. quæ omnia benè fraudis suspicionem ces-
15 sare faciunt, † cum illa excludatur ex coniectu-
ris *Crau. cons. 40. num. 2. & 4. Gratia. discep.*
foren. cap. 362. num. 10. par. 2. Farinac. de pan.
temp. quæst. 89. nu. 44. & seq. & de coniectura
desumpta ex modicitate interesse post *Natt.*
Grat. Menoch. Botta. Ruin. & Alcia. per eum
adductos *Giurb. cons. crim. 16. num. 31. &* Rat.
decis. 243. num. 13. par. 4. rec. tom. 2.

16 Fraude autẽ cessãte, cessare etiã debet dispo-
sitio legum, quæ illam supponunt, vt post *Ia. de*
Amic. Rim. Iun. & Simon. de Prat. per eum
relatos tradit *Cenc. d. q. 72. sub n. 12. Salga. vbi*
supra num. 26. & 27. Rot. apud Crescen. decis.
10. *num. 3. de sent. & re indic.*

Tertiò, non obstat dispositio dictarum legum, cum
cessio fuerit facta per Luchettum D. Andręæ Sa-
uino eius nepoti, & sic in personam coniunctã,
17 † quo casu valere cessionem etiam factam si-
nè pretio, voluerunt *Bald. in l. 2. num. 4. & ibi*
etiam Sali. C. ne lic. poten. Tiraq. de retrac. in
præfat. num. 54. Ruin. cons. 126. col. fin. lib. 3.
quem referendo sequitur *Gabr. comm. concl. de*
actio. concl. 5. num. 34. Rot. decis. 1. circa me-
diam de alien. iud. mut. cau. fact. in nouis.

18 Quartò, cessat dispositio dictarum legum,
cum non simus in simplici cessione, sed in po-
sitione in locum, ibi *ponendo il d. meser Andrea*
Sauino in luogo suo proprio &c. quæ positio in
locum formaliter differt a cessione, licèt non
effectiuè, vt post *Rimi. cons. 57. vol. 1.* per eum
relatum declarat *Costa de ratio. rata quæst. 70.*
num. 9. quando non adest suspicio fraudis, vel
simulationis, vt in casu nostro.

Neque obstat, quod emptori non debeantur fru-
ctus compensatiui ex æquitate *d. l. curabit 5. C.*
de act. empt. pro rata pretij soluti ex eo, quia
pro eius parte non impleuit contractum ex *Ma-*
resc. var. resol. lib. 1. cap. 89. num. 2. quia *Ma-*
resc. ibi hoc non dicit, nec loquitur in his ter-
minis, vt ex eo est videre, neque allegata con-
clusio est vera, quia, admisso etiam, citra veri
præiudicium, quod d. emptor pro eius parte
non impleuerit contractum, cuius contrarium
19 infrà demonstrabitur, adhuc tamen fructus cõ-
pensatiui pro rata pretij soluti, re non habita, ei
debentur ex æquitate *d. l. curabit, vt post Bald.*
Alex. Castr. *Soc. Sen. Anan. & Butr.* per eum
adductos tradit *Gabr. comm. concl. de empt. &*
vend. concl. 4. num. 9. & not. etiam Cagnol. *in*
d. l. curabit num. 31. & seq. vbi testatur de rece-
ptiori opinione, *Surd. cons. 101. num. 23. lib. 1.*
& decis. 117. num. 7. Hond. cons. 30. num. 34.
& cons. 44. num. 13. lib. 1. Mangil. *de euict.*
quæst. 57. n. 15. Pacif. de saluia. inspec. 5. cap.
vni. num. 170. & seq. Gratia. discep. foren. cap.
588. *num. 22. par. 3. Leotar. de vsur. quæst. 27.*
num. 29. Rot. apud Greg. XV. decis. 297. nu. 2.
vbi testatur de receptiori sententia, *& ibi Ad-*
den. num. 12. & decis. 347. num. 10. & decis.
686. *num. 3. par. 2. rec. & in Beneuentana pe-*
cuniaria 15. Iunij 1606. coram Card. Sacrato, *&*
in Romana *Casaletti* 30. *Iunij* 1611. *coram eod.*

Et ratio est, quia per non implementum empto-
ria non minuitur vsus rei venditæ, cuius vsus cõ-
templatione debẽtur illi fructus compensatiui,
ne venditor locupletetur cum alterius iactura,
retinendo rem, & pretium, vt not. *Surd. d. cons.*
101. num. 23. Hond. d. cons. 44. nu. 14. Adden.
ad Greg. XV. d. decis. 297. num. 12. Leotar. *d.*
quæst. 27. num. 29. & Rot. *in d.* Romana *Casalet-*
ti de qua supra.

20 Neque vllo modo locus esse potest prætensæ
rescissioni d. contractus emptionis ex causa nõ
implementi, licèt id allegetur per viã exceptio-
nis ad not. *per Surd. cons. 52. n. 36. & seq. lib. 1.*
per Graff. de except. excep. 13. n. 59. per Gratia.
discep. foren. cap. 307. n. 26. & seq. par. 2. & in
terminis nostris *cap. 748. n. 30. par. 4. Adden.*
ad Gregor. XV. decis. 130. n. 5. ex pluribus.

Et primò, accipiendo prætensum non implemen-
tum ex eo, quia emptor non fecit cassare instru-
mentum census remissi ipsius venditoribus,
prout in apoca, non obstat, inquam, dictum
non implementum, quia post factam d. pro-
missionem, ipsi venditores nõ fuerunt amplius
molestati pro fructibus d. census remissi, nec
vllum damnum passi sunt ex dicta non cassatio-
21 ne, & ex non implemento, † cessante autem
damno, & interesse non potest dari de non im-
plemen-

plemento, vt tennerunt Bald. conſ. 127. lib. 1.
Craue. conſ. 59. num. 2. Cæph. conſ. 80. num. 9.
lib. 1. Surd. d. conſ. 101. num. 24. & deciſ. 265.
num. 39. Adden. ad Paitel. exped. ciuil. 7. n. 28.
Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tuto.
& curat. tit. 19. n. 1794. limi. 64. Poſt. reſol.
33. num. 41. Adden. ad Buratt. deciſ. 571. n. 5.
Rot. apud Greg. XV. deciſ. 75. num. 2. & deciſ.
347. & ibi Adden. litera F. qui aliam addu-
cunt, & apud Zacch. de oblig. camer. deciſ. 127.
num. 3. & in terminis noſtris, quando præten-
dens intereſſe nullã paſſus fuit moleſtiam deciſ.
367. nu. 4. par. 4. diuer. & apud Duran. deciſ. 9.
num. 4. & deciſ. 146. nu. 13. & deciſ. 187. n. 3.
& deciſ. 192. num. 20. par. 5. rec. quam opinio-
nem communem eſſe, & in iudicando ſequen-
dam, negari nullo modo poteſt, maximè pro-
pter authoritatem Rotæ Romanæ.
22 Quicquid contrarium ſenſerit Gratia. diſcep.
foren. cap. 301. nu. 14. par. 2. Mangil. de euict.
quæſt. 91. num. 40. Gait. de cred. ſequendo Gra-
tian. vbi ſupra cap. 3. num. 1076. & eadem Rot.
deciſ. 364. poſt num. 1. par. 4. diuer. a qua Rota
moderna receſſit, vt patet ex deciſ. ſupra pro-
ximè allatis.
Secundò, non poteſt eſſe locus prætenſæ contra-
ctus emptionis reſciſſioni ex capite non imple-
menti, quia emptor prædictus, ſeù illius pro-
curator non ſe obligauit præcisè de faciendo
caſſare dictum inſtrumentum cenſus, ſed tantũ
ſe obtulit id facere quaſi ex vrbanitate quadã,
vt apparet ex verbis Apocæ ibi Eſibẽdoſi il Bor-
23 garucci farli caſſare l'inſtrumento &c. † verba
enim officioſa, & vrbanitatis, & officij gratia
prolata non obligant Laderch. conſ. 101. nu. 2.
Caroc. deciſ. 46. num. 1. & ſeq. P. Sanch. de
matrim. lib. 6. diſput. 25. num. 14. Rot. apud
Merlin. deciſ. 885. num. 20. iuxta Hiſpanum il-
lud adagium Palabres de complimiento nou ob-
ligan, de quo P. Sanch. d. diſput. 25. num. 14.
24 Maximè cum quælibet obligatio ſit odioſa,
ſtricti iuris, & ideò reijcienda l. eius, qui in pro-
uincia 41. & ibi gloſ. ff. ſi cert. pet. l. Arrianus
46. ff. de act. & oblig. Calcan. conſ. 124. nu. 7.
Rim. Iun. conſ. 637. num. 25. lib. 6. Craue. conſ.
929. num. 21. Paitel. exped. ciuil. 19. num. 1.
ita vt omnis alia coniectura ſit ſumenda, ne in-
ducatur obligatio Menoch. conſ. 296. num. 49.
vol. 3. Rim. Iun. conſ. 662. num. 5. lib. 6. Pai-
tel. d. exped. 19. num. 2.
Et in omnem caſum d. verba ſonant in quandam
gratuitam oblationem, & pollicitationem,
25 † quæ non obligat, & ex ea non datur actio nec
de iure ciuili, nec canonico l. 1. §. 1. ff. de pol-
licit. Soc. Iun. in rub. ff de verb. oblig. nu. 100.
& ſeq. vbi teſtatur de magis cõmuni, latè Coſta
in prac. conuen. par. 1. n. 154. et ſeq. vbi teſtatur
de veriori, Couar. in cap. quamuis 2. par. §. 4.
num. 15. alios referens de communi opinione
atteſtantes, etiam quod illa ſit facta præſenti,
quia adhuc dicitur pollicitatio, non autem pa-
ctũ, vt firmant Aret. in l. 2. ff de lega. 1. Bald. in
l. Senium. 3. C. qui teſt. fac. poſſ. Alcia. in rub.
ff. de verb. oblig. num. 3. & ſeq. qui omnibus
contrariis reſpondet, & idem tradit Fachin.
contro. iur. lib. 8. cap. 64. per tot. dicens, con-
trariam opinionem Doct. in d. rub. ff. de verb.
oblig. continere manifeſtum errorem, vt ibi
per eum.
Tertiò, quia, admiſſo etiã, citra veri præiudicium,
quod d. emptor obligatus eſſet caſſare facere
inſtrumentum cenſus, adhuc tamen dari con-
tra eum non poteſt de non implemento, cum
non fuerit in mora adimplẽdi, ſtante quod ante
caſſationem inſtrumenti erant inter partes fa-
cienda computa ſuper fructibus cenſus, vt ap-
paret ex ipſa Apoca, quæ computatio requi-
rit præſentiam vtriuſque partis, videlicet ip-
ſorum venditorum, qui erant debitores fructuũ,
& emptoris, qui erat illorum creditor, vt pa-
tet, vndè cum pro parte venditorum, quorum
intererat inſtrumentum caſſari, nuquam fuerit
procuratum computa fieri, ſequitur, quod non
poſſit dici ſtetiſſe per emptorem, quin inſtru-
mentum caſſaretur, cum illud caſſare non tene-
retur, niſi ſolutis fructibus cenſus, & non factis
computis, ſi qui fructus ſoluendi adeſſent, vt
not. Cenc. de cenſ. quæſt. 111. num. 20. D. An-
dreol. contro. 135. num. 33. Rota apud Cenc.
deciſ. 354. num. 5. & ſeq. ſed potiùs per ipſos
26 venditores, † & ideò non poteſt dari contra
emptorem de non implemento Ludo. concl. 14.
illat. 94. limit. 2. Maſc. de prob. concl. 1394.
num. 65. lib. 3. Graſſ. in d. excep. 13. num. 49.
Gratia diſcep. foren. cap. 301. num. 9. par. 2.
27 Maximè, quia cum in d. oblatione de caſſan-
do inſtrumentum non fuerit appoſita dies, An-
dræas emptor non dicitur fuiſſe in mora abſq;
interpellatione, vt not. Doct. in l. magnam 12.
C. de contr. & comm. ſtipul. Deci. conſ. 2. n. 5.
Gabr. conſ. 139. num. 11. vol. 2. Franc. Becci.
conſ. 105. n. 21. & 22. Cenc. de cenſ. quæſt. 106.
ſub nu. 15. Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 34.
num. 5. & ſeq. benè Pacif. de ſalua. inſpec. 5.
cap. vni. num. 180. & ſeq. vbi alios adducit, &
teſtatur de magis communi Doct. opinione
Rot. deciſ. 192. num. 17. par. 5. rec.
Vel ſaltem quia, cum d. oblatio facta fuerit ſinè
certo tempore, illa veniat intelligenda a die cõ-
ſignationis bonorum venditorũ ad inſtar pro-
28 miſſionis ſoluendi pretium, † quæ facta ſinè
certa die intelligitur facta a die traditionis rei
venditæ, vt tradunt Maſc. de proba. d. concl.
1394. n. 39. Gratia. d. cap. 301. num. 26. benè
Rot. apud Zacchi. de ſociet. deciſ. 5. n. 4. & ſeq.
Neque pariter locus eſſe poteſt prætenſę reſciſſio-
ni di-

ni d., contractus emptionis ex capite non im-
plementi prouenientis ex non solutione flore-
norum septemcentum, seù ex non facta accol-
latione tot censuum pro residuo pretij non so-
29 luti ex pluribus, & primò, quia † cum promis-
sio soluendi florenos septemcentum, seù de ac-
collando tot census fuerit facta intuitu bonorũ
consignandorum, debuit seruari ordo, vt bona
priùs per venditores consignarentur, & postea
solutio fieret per emptorem, & sic cessat datio
de non implemento *Bald. in l. 1. num. 23. vers. cum enim C. de vsur. & fruct. lega. Soc. Sen. cons. 128. sub num. 3. lib. 3. Posti. resol. 33. num. 38.* in terminis *Rot. decis. 136. num. 13. par. 5. rec.*
Secundò, quia D. Sauinus cessionatius in prima
citatione, seù præcepto transmisso venditori-
bus obtulit in iudicio se paratum soluere flore-
nos septemcentum, vel in se accollare tot cen-
sus, requirendo ipsos venditores ad tradendum
listam censuum ad effectum illos in se accollan-
di, vt constat ex actis, & sic benè dicitur im-
30 plenisse pro eius parte, † cum oblatio iudicia-
lis habeat vim depositi, & consignationis ex-
tra iudicium, & patiat liberationem saltem a
mora *Surd. cons. 86. num. 28. & cons. 142. n. 8. lib. 1. & cons. 331. num. 40. & seq. lib. 3. & decis. 262. num. 2. & 3. Costa ad rub. de iudic. n. 18. & remed. subsid. 121. n. 6. & seq.* alios
adducens *Gratia. discep. foren. cap. 38. num. 32. par. 1. & cap. 786. num. 2. par. 4. Cenc. de cens. quæst. 107. num. 36. Paitel. expedit. ciuil. 100. num. 8. Ciriac. contro. 226. num. 35.* alios re-
ferens concordantes *Merlin. de pigno. lib. 4. quæst. 83. num. 25.* Rota *decis. 219. num. 13. par. 5. rec. & apud Merli. de pign. decis. 70. n. 4.*
31 Oblatio enim verbalis facta in iudicio idem
operatur, quod realis depositio facta extra iu-
dicium *Surd. d. decis. 262. n. 3. Cenc. d. q. 107. num. 36. Costa d. remed. 121. n. 6.* Natt. *cons. 631. n. 2.* & alij Doct. supra proximè adducti.
Quod quidem nullam habet difficultatem, stante
32 recusatione venditorum, sinè iusta causa, † quo
casu non solùm sufficit oblatio realis, sed
imò sola verbalis est sufficiens, vt in casu no-
stro, vt post *Bart. Castr. Alex. Aret.* Ruin. *Ne-
gus. Tiraq. Bero. Boer.* Rip. Capi. *Cotta. et Craue.*
per eum relatos scripsit *Surd. d. cons. 86. n. 29. et d. cons. 331. num. 39. Costa d. remed. 121. num. 4. Gratia. discept. foren. cap. 639. num. 21. et cap. 786. in prin. par. 4. Posti. de subhast. inspec. 17. num. 182. Merli. de pigno. lib. 4. quæst. 83. num. 18.* Rot. *decis. 137. num. 1. par. 2. rec. et apud Greg. XV. decis. 214. num. 1. et apud Buratt. decis. 517. nu. 3. et 4. et apud Duran. decis. 108. n. 4. et apud Merli. de pign. decis. 70 nu. 5.*
33 Ita vt sufficiat tacita etiam recusatio, & sola
litis substentatio, & contumacia *Surd. d. cons. 86. num. 30. et d. cons. 331. num. 39. Posti. d. inspec. 17. num. 182.* Rot. *apud Duran. d. decis. 108. num. 5. et apud Merlin. d. decis. 70. nu. 5.* qui alios adducunt, quicquid contrarium dixe-
rit *Costa d. remed. 121. num. 5.*
Cum ergò steterit per venditores, quin solutio fa-
cta fuerit, per inde haberi debet, ac si facta
fuisset *l. iure ciuili 24. ff. de cond. et demo. Surd. d. decis. 262. num. 3. Rota apud Cenc. de cens. decis. 267. in prin.*
Quibus eò magis locus esse debet, cum d. oblatio
fuerit facta in iudicio, vt supra, antequam per
aduersarios datum fuerit de non implemento,
34 † quo casu illa benè admittitur, & habetur ac,
si esset realiter impletũ *Menoch. de arbitr. lib. 2. quæst. 16. num. 6. Caph. cons. 112. num. 17. et seq. lib. 1.* Milan. *decis. 4. num. 10. lib. 2. Graff. d. excep. 13. num. 56. Adden. ad Paitel. exped. ciuil. 7. num. 22. Gratia. discep. foren. cap. 944. num. 27. par. 5. Giurb. decis. 17. num. 4. Vrscl. concl. 50. num. 43. D. Andreol. contro. 234. n. 8.* & in his terminis intelligendus est *Ciriac. con-
tron. 278. num. 22.* dum generaliter dicit, d. ex-
ceptionem non admitti post motum iudicium,
cum Doct. per eum adducti loquantur facta
oppositione de non implemento, *Rota apud Zacch. de oblig. cam. decis. 145. num. 7.*
35 Cum exceptio implementi obstet quatenùs
a parte opponatur *Ludo. concl. 14. illat. 94. ampl. 2. Adden. ad Paitell expedi. ciuil. 39. n. 7. Zacchi. de oblig. cam. quæst. 17. nu. 54. Gratia. discep. foren. cap. 325. nu. 12. par. 2. Mangil. de euict. quæst. 97. num. 7.* Rot. *apud Zacch. de oblig. cam. decis. 145. n. 4. & decis. 310. nu. 6. par. 1. diuer.* licèt aliqui contrarium senserint,
quos sequitur *Graff. d. excep. 13. num. 52.*
36 Et quod obligatus soluere pretium, & sic ad-
implere, possit offerre pendènte iudicio, ita vt
iudicium per eum intentatum reconualescat,
tradunt *Alex. cons. 27. sub. nu. 2. & cons. 78. in fin. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 325. nu. 10. par. 2. Paitel. exped. ciuil. 100. nu. 8. Man-
gil. de euict. quæst. 97. num. 6. Zacchi. de oblig. camer. quæst. 17. num. 51. Pacif. de salui. inspec. 5. cap. vni. num. 193.* Rot. *decis. 476. num. 11. par. 1. diuer. et apud Pacif. de saluia. decis. 168. num. 7.*
37 Et ratio est, quia exceptio implementi non
impedit ortum actionis, & obligationis, sed
tantùm exercitium actionis, & illius executio-
nem *Crau. cons. 151. n. 10. Gratia. decis. Mareb. 26. num. 27.* Rot. *apud Card. Seraph. decis. 377. et apud Pacif. d. decis. 168. nu. 8.* licèt contra-
rium defendi posse, dixerit *D. Andreol contro. 234. nu. 5.* vndè, impedita tantummodò per ex-
ceptionem non implementi executione actio-
nis, d. exceptione cessante per superueniens
implementum, cessabit etiam impedimentum
d. actionis, vt not. *Gratia. et Rota in loc. adduc.*

qui

qui alios adducunt ita ſentientes *Vrſcl. concl.*
50. num. 23.
Tertiò, non poteſt reſcindi d. contractus emptio-
ois ex cauſa nō implementi, vt ſupra, ex eo, quia
emptor non ſoluit d. florenos 700. vel in ſe nō
38 accollauit tot cenſus pro dicta rata; † quia
promiſſio accollandi cenſus habebat in ſe taci-
tam conditionem, dummodò pro parte vendi-
torum indicentur d. cenſus, ſeù detur illorum
liſta, cum emptor non teneatur illos ſcire, vti
factum alienum *l. cum falſum 46. & ibi gloſ. ff.*
de acq. hæred. l. fin. ff. pro ſoci. & in puncto tra-
dit Rot. *decif. 12. nu. 6. et 9. par. 4. rec. tom. 2.*
& ſic emptor non poteſt dici in mora adimplē-
39 di, † cum quis non teneatur implere, quando
aliquid eſt per aduerſarium ſibi implendum.
cum in hoc ordo ſeruandus ſit *Corn. conſ. 245.*
num. 1. lib. 4. Caph. conſ. 407. num. 12. et ſeq.
lib. 3. Ludo. concl. 14. illat. 94. ampl. 5. alios
adducens Rot. *decif. 12. num. 4. et ſeq. par. 4.*
40 *rec. tom. 2.* † & ideò venditores non poſſunt
dare de non implemento *l. Iulianus 14. §. offer-*
ri cum ibi not. ff. de act. empt. & tradunt *Coſta*
de re integ. diſtin. 81. in prin. Ludo. d. ampl. 5.
Theod. Rub. in ſing. Rot. Rom. *tom. 1. ad deciſ.*
Oran. 276. lib. 1. num. 1. & ſeq. Rot. deciſ. 86.
n. 14. par. 4. diuer. & in terminis noſtris *d. deciſ.*
12. num. 4. & ſeq. & apud Zacchi. de oblig. cam.
deciſ. 81. num. 5. addo *Poſti. d. reſol. 33. n. 38.*
& Vrſel. concl. 50. num 30.
Quod quidem eſt certum in caſu noſtro, cum D.
Sauinus in principio cauſæ, & antequam exad-
uerſo datum fuerit de non implemento, requi-
ſierit venditores, quod ei traderent liſtam cen-
ſuum ad effectum illos in ſe accollandi, vt pa-
tet ex actis, quod venditores cum facere recu-
ſauerint, emptor dicitur impeditus à parte, ne
41 poſſit adimplere, † & ideò ceſſat exceptio non
implementi *Maſcar. de prob. concl. 1394. num.*
65. vol. 3. Graſſ. d. execp. 13. num. 49. Gratia.
diſecp. foren. cap. 301. num. 9. par. 2. & in ter-
minis noſtris *cap. 851. num. 2. & ſeq. par. 5.*
Bald. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tuto. et
cura. tit. 19. n. 1794. limit. 64. Hodier. ad Surd.
deciſ. 260. num. 10. Rot. *deciſ. 493. num. 3.*
par. 1. rec. & apud Buratti deciſ. 79. num. 9. &
apud Greg. XV. deciſ. 341. num. 2.
42 Cum implementum habeatur pro præſtito,
quando impedimentū prouenit ex parte illius,
cui erat implendum *l. iure ciuili 24. ff. de cond.*
& dem. l. hæc venditio. 7. ff. de contra. empt.
Gratia. d. cap. 851. in prin. Maſcar. d. concl. 1394.
num. 65. Rot. in Meleuitana antianitatis prima
Iulij 1643. coram R. P. D. Veroſpio poſt prim. &
alij Doct. ſupra adducti.
Quartò, quia non eſt ponere os in Cælum aſſere-
re, non poſſe eſſe locum prætenſæ reſciſſioni
contractus emptionis ob non implementum,
43 † cum dici poſſit, d. contractum habuiſſe exe-
cutionem, vt not. *Bald. in l. inciuile 12. in prin.*
C. de rei vendic. Alex. in l. cum proponas 21. n. 4.
& ibi Deci. num. 3. & 4. C. de pact. Adden. ad
Paitell. expcd. ciuil. 7. num. 35. & Rot. apud
44 *Greg. XV. deciſ. 130. num. 2.* † ſtante autem
clauſula Conſtituti, dicitur translata in empto-
rem vera, & realis poſſeſſio bonorum vendito-
rum *Menoch. conſ. 159. num. 11. & ſeq. lib. 2.*
Gratia. diſcept. foren. cap. 175. num. 3. par. 1.
latè *Barbo. de clauſ. clauſ. 31. num. 2. & ſeq.*
Theod. Rub. in ſing. Rot. Rom. *tom. 2. de clauſ.*
clauſ. 14. §. 6. & clauſ. 217. n. 4. & 39. Adden.
ad Greg. XV. deciſ. 437. nu. 5. Rot. deciſ. 121.
num. 2. apud Merli. de pigno. & apud Zacch. de
oblig. came. deciſ. 31. num. 3. & deciſ. 64. n. 2.
45 & ſic bona vendita fuiſſe tradita, † cum per
conſtitutum, licèt res non tradatur, habeatur
tamen pro tradita *Deci. conſ. 281. ſub num. 4.*
46 *Theod.* Rub. *d. clau. 217. num. 41.* ita vt, data
validitate contractus, nihil differat à vera tradi-
tione *Alex. conſ. 27. ſub num. 2. lib. 1. Gabr.*
conſ. 51. num. 23. lib. 1. Theod. Rub. vbi ſupra
num. 40. & 70. alios adducens concordantes,
maximè ſequuta ratificatione per Luchettum,
de qua in inſtrumento reuenditionis bonorum
emptorum *Gomez. ad leg. 4[illegible] Tauri num. 78. &*
ſeq. Theod. Rub. *d. clauſ. 2[illegible] num. 13. Barboſ.*
d. clauſ. 31. num. 3.
Sequuta autem traditione, contractus dicitur ha-
buiſſe executionem, & non eſt amplius locus il-
lius reſciſſioni, vt tradunt *Bald. Alex. Deci. Pal-*
tel. & Rot. *in loc. adduc. ſup. num. 43.*
Neque obſtat pariter, quod apoca non ſit archi-
uiata ex pluribus, & primò, quia apoca fuit
confecta de anno 1641. vt ex ea eſt videre, Ar-
chiuium verò fuit erectum in Terra Cantiani de
47 anno 1644. † vndè bannimenta Archiuij non
comprehendunt apocas per plures annos ante
illius erectionem confectas, cum legis ſit futu-
ris, non præteritis negocijs prouidere *l. leges 3.*
& ibi Doct. C. de legi. Gail. prac. obſeru. lib. 2.
obſer. 9. num. 3. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13.
n. 4. Farin. in fragm. crim. in verb. Lex n. 25.
& ſeq. latè *Barbo. axiom. 136. num. 22. Rot. in*
puncto deciſ. 109. in fine par. 8. rec.
Secundò, quia cum d. apoca fuerit per venditores
in iudicio recognita, & confeſſata, & recogni-
48 tio, & confeſſio fuerit à parte acceptata, † illa
valet in vim iudicialis confeſſionis, licèt apoca
eſſet nolla, cum confeſſio de per ſe probet, &
ſanet defectum illius circa ſolemnitatē, & pro-
bationem, vt poſt *Innoc. Bald. & Deci.* per eum
relatos tradit *Scacc. de re iudi. lib. 2. cap. 11.*
num. 459. & not. etiam *Gait. de cred. cap. 2.*
num. 2700. & ſeq. volentes, id habere locum
etiam in confeſſione tacita reſultante ex pro-
ductione apocæ, quando nullitas concernit ſo-
lemni-

lemnitatem apocæ,non autem validiratem con-
tractus, vt in casu nostro, vt ibi per eos; cum
nimis indignum sit,quod sua quisque voce pro-
testatus est,id in eum casum infirmare, & pro-
prio testimonio resistere *l. generaliter* 13. *C, de
non num. pecu. Gait. d. cap. 2. num.* 2619. *Genn.
descrip. prin. lib. 2. tit. 1. num.* 8.

94 Hinc videmus, quod confessio delinquen-
tis sanat nullitarem processus,*Clar. in prac. crim.
§. fin. quæst.* 55. *vers. item posset &c. Cartar. de
exequt. sent. cap. 1. num. 34. & cap. fin. n.* 215.
& seq. latè *Farinac. de reo confess. & conuic. quæst.*
81. *num. 66. & seq. Ginrb. cons. crim.* 16. *n.* 3.
qui alios adducunt de communi, & magis com-
muni opinione attestantes.

Tertiò, quia defectus Archiuij non obstat, quan-
do de illius defectu non fuit datum in actis ante
sententiam, vt in casu nostro, cum tunc pars
aduersa videatur apocam, vti validã, agnouisse
Alex. cons. 185. *num.* 4. *lib.* 6. *Surd. decis.* 199.
sub. num. 7. Rota *in Melenitana cambiorum* 14.
Martij 1642. *coram R. P. D. Dunozetto §. quæ
facilius &c.*

51 Neque nocet postremò, quod emptor præ-
dictus si non tenetur venditoribus ad fructus
compensatiuos pro rata florenorum 700. non
solutorum pro residuo pretii ex æquitate *l. cu-
rabit* 5. *C. de act. empt.* ex eo, quia non habue-
rit possessionem bonorum venditorum, & sic
dici non possit retinere rem,& pretium *Cagnol.
in d. l. curabit num.* 27. *et* 28. vbi de communi
*Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 6. Vrsell.
concl. 66. num. 15. Rot. apud Greg. XV. decis.*
347. *num.* 1. *et ibi Adden. n.* 17. *et decis.* 564.
*num. 1. par. 1. rec. et decis. 13. num. 16. par. 5.
rec. et* alii per me adducti *allcg. praced. nu.* 28.
tenetur tamen ad interesse damni emergentis
ipsorum vendirorum retinentium pecunias sub
vsuris,admissa etiam opinione *Rot. apud* Cocci.
decis. 498. *nu.* 2. *et* 3. quod ad consequendum
interesse damni emergentis non sufficiat reti-
nere pecunias sub vsuris, nisi etiam probetur,
quod retardata solutio fuerit causa immediata
illas retinendi, & damni passistante quod em-
ptor teneretur in se accollare tot census pro
52 summa florenorũ 700. pro vt in apoca, † quod
cum non impleuerit, sequitur,illum teneri ad
resarciendum damnum indè passum per ven-
ditores ob non factam accollationem ad not.
*per Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 10. n. 21. per
Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 9. num. 28. &
tit. 32. n. 1. & seq. & per Leotar. de vsur. quæst.*
53 71. *nu.* 2. † quod interesse ex eiusdem instru-
mentis censuum passiuorum probari dicitur,
vt tradunt *Zacch. de societ. offic. nu.* 343. *Cenc.
de cens. quæst. 75. nu. 7. vers. in his autem &c. &
Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis.* 140. *in fin.*
Quia respondeo, vltra adducta *in allcg. præceden.*
n. 28. *& seq.* quæ breuitatis gratia nõ refero, &
omisso etiam, quod emptor non reperitur obli-
gatus præcisè in se accollare tot census, sed sit
in eius facultate census accollare, vel soluere
florenos 700. in pecunia, vt ex apoca apparet,
& sic dici potest debitor pecuniarum, admisso
tamen, quod teneatur accollare tot census, non
tamen tenetur ad interesse damni emergentis
ob non factam accollationem, cum ipse non
fuerit in mora illam faciendi, vt demonstrabi-
54 tur, † sinè autem mora interesse damni emer-
gentis, maximè non conuentum, vt in casu no-
stro, non debetur *Hond. cons. 50. nu. 39. lib.* 1.
vbi testatur de vera, & communi opinione
*Gargiar. Iun. cons. 19. num. 13. lib. 2. Calui. de
æquit. cap. 40. nu. 8. in fin. Gionagno. cons. 41.
num. 43. lib. 1. Thomat. decis.* Marcb. 88. *num.*
56. *Leotar. de vsur. quæst.* 74. *num.* 8. *quæst.* 75.
num. 2. vbi de communi testatur *Ciriac. contro.*
61. *num. 15. Rot. apud Cenc. de cens. decis.* 270.
*num. 5. & decis. 324. num. 1. & apud Zacch. de
oblig. cam. decis. 20. num. 2. & decis. 12. nu. 2.
par. 4. rec. tom. 2. & decis. 622. num. 5. par. 2.
rec. & in Romana census, seù depositi* 27. *Iunij*
1644. *coram R. P. D. Bichio.*

55 Quod verò emptor non fuerit in mora, pro-
batur, quia ipse, cessante die solutioni adiecta,
non tenetur soluere pretium, nec census in se
accollare, nisi re vendita sibi tradita, vel saltem
oblata per venditores *Deci. cons.* 421. *num.* 6.
*Surd. cons. 101. num. 3. lib. 3. Gratia. discep.
foren. cap. 325. num. 3. par. 2.* Mangil. *de euict.
quæst.* 97. *in prin.* Rot. *decis.* 370. *sub n. 6. par.* 3.
rec. quos retuli etiam *allcg. præced. nu.* 32. &
sic cessar mora.

Neq; valet dici, quod venditores nõ promiserunt
tradete bona vendita, sed solùm illorũ fructus,
& ideò eis sufficiat tradere d. fructus bonorum,
ita vt non tradendo bona, non dicatur non im-
pleuisse pro illorum parte, quia imò venditores
expressè promiserunt tradere ipsa bona ven-
dita, vt apparet ex verbis apocæ ibi, *e con effet-
to, danno, e vendono i beni infrascritti*, ex quibus
verbis colligitur, dictas partes voluisse celebra-
re contractum emptionis, non autem locatio-
56 nis, † cum ille contractus celebratus censeatur,
cuius nomen est expressũ *Bart. in l. idemque* 10.
§. si quis Titio ff. mand. in terminis *Card. Manti.
de tacit. lib. 14. tit. 11. n. 17. & lib. 22. tit. 8.
num. 17. Surd. decis. 326. num. 8. Gargiar. Iun.
cons. 95. num. 3. lib. 2. Rot. decis. 672. num 2.
par. 2. rec. & decis. 737. n. 5. par. 4. rec. tom.* 2.
57 † & contractus qualis est in prima sui figura,
talis præsumitur in sui existentia *Alex. cons.* 3.
col. 2. lib. 1. Craue. cons. 20. in prin. Menoch.
*de præsump. lib. 3. præsump. 22. nu. 33. Paitel.
exped. ciuil. 76. n. 6. & exped. 87. n. 27. D. Andreol.
contro. 189. num. 2. Aldon. cons. 39. num.* 2.

Maxi-

58 Maximè cùm fuerit facta mentio de pretio florenorum mille, ex qua clara insurgit coniectura, fuisse celebratum contractum emptionis & venditionis *Rip. in l. 2. num. 31. ff. si cert. pet. latè Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 19 num. 51. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 74. num. 1. Franc. Becci. cons. 41. num. 13. lib. 1.* Rot. decis. 116. num. 8. par. 7. rec.

59 Et cum in dubio vnus tantùm contractus cēseatur celebratus *l. 2. §. vlt. ff. loca. §. item quæritur Inst. eod. tit. Soc. Iun. in rub. ff. de verb. oblig. num. 242. Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 11. n. 22. Ciriac. contro. 278. n. 13.* & dicta verba *E detto Benedetto si obliga a suo tēpo darli il frutto delle terre*, intelliguntur, qnatenùs esset in mora tradendi bona vendita, hoc est pro rata pretij soluti per emptorem, iuxta dispositionem *d. l. curabit 5. C. de act. empt.* ne alias, celebrato contractu emptionis, vt supra, partes dicerentur transiuisse ad alium contractum,

60 † & induceretur correctio in continenti *Rot. apud Zacch. de societ. decis. 78. num. 4. & apud* Merli. *de pign. decis. 142. num. 40. addo Surd. cons. 10. num. 6. lib. 1.*

Secundò, emptor non dicitur fuisse in mora, quia, vt dixi *supra num.* 38. promissio accollandi tot census habebat in se tacitā conditionem, dummodò pro parte venditorum indicentur census accollandi, vel detur illorum lista emptori, cum ipse non posset illos scire, vti factum alienum, vt ibi probaui, & in puncto tradit *Rot. d. decis. 12. n. 4. & seq. par. 4. rec. tom. 2.* quod cum non fuerit factū per venditores, meritò emptor non potest dici esse in mora, vt dixi *supra num. 38. & seq.* & sic non potest esse locus consequutioni interesse damni emergentis, vt probaui *sup. num. 54. & seq.*

Quare, &c. saluo semper &c.

Subscriptio Excellentissimi D. Fabij Bartolini Aduocati Vrbinatensis.

Quod supra per Excellentissimum D. Consalentem optimis iuribus, & rationibus dilucidè fuit conclusum, atque ab eruditissimo viro nunc huius Ciuitatis Vrbini Prætore integerrimo doctissimè comprobatum, ego quoque infrascriptus, qui pluries illius singularem in iure peritiam præcipuè in disputationibus causarū, & illarum decisione expertus sum, in iure verissimum esse arbitror; quo circa cum de sola subscriptione fuerim requisitus, & cum certè nihil aliud addi posse videatur præter ea, quæ superiùs, non tàm luculenter, & copiosè, quàm doctè per ipsum scripta sunt, ideò illius sententiæ omninò adstipulor, & illi libentissimè subscribo.

Ego Fabius Bartolinus Patritius, & Aduocatus Vrbinas, & Rota Collegialis eiusdem Ciuitatis Iudex ordinarius.

De exitu huius causæ fit mentio in fino allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Continet materiam duarum allegat. præceden. Notorium an sit probandum, vel Iudex possit de eo se informare in Camera, maximè post cōclusum in causa. Iudex in summarijs an possit sententiam ferre super probatis, licèt non petitis in libello. Contractus de consensu partiū resolutus an indigeat cassatione instrumenti. Oblatio debiti an possit fieri a quocumque, & quando non operetur, quia non sit integra. Iudex an possit se intromittere in causis ciuilibus ad commodum partis, nemine petente. Interesse an probetur ex coniecturis, & an plures requirantur, & an debeatur sinè mora quando est conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Doct. volentes remedium* l. curabit 5. C. de act. *empt. transire in cessionarium, generaliter loquuntur, tàm de fructibus præteritis, quàm futuris.*

2 *Emptori debentur fructus compensatiui pro rata pretij soluti, si rem non habeat. & num. 5.*

3 *Verba in contractibus non debent stare sinè aliqua virtute operandi.*

4 *Interpretatio in dubio facienda est ad fauorem emptoris.*

6 *Notorium non est probandum, sed Iudex potest de eo se informare in Camera.*

Maximè in notorio facti permanentis. n. 8.

Etiam si ab eo pendeat decisio causæ. n. 9.

Quicquid sit quò ad notorium facti transeuntis, quod est omninò probandum. num. 10.

Contrarium tenent plures Doct. ibi num. 11.

7 *Iudex in notorijs potest se mouere ad indicandum etiam extra acta.*

12 *Conclusio in causa facta, vt partes dicantur renunciasse probationibus.*

13 *Index, etiam post conclusum in causa, potest ex officio se informare ad fundandam partis intentionem.*

14 *Conclusionem in causa Iudex potest tacitè, & expressè reuocare.*

Maximè in summarijs. num. 15.

16 *Actor in causis summarijs potest obtinere super probatis, licèt in libello non deductis.*

17 *Exceptio implementi habet locum, etiam si pars nullum damnum passa fuerit.*

Contrarium est verius, vt num. 18.

19 *Census extinguitur per compensationem.*

20 *Compensatio habet vim solutionis, & actus retrosi-*

trosimilis quo ad extinctintionem census.

31 *Fructus ex censu extincto non debentur.*

32 *Contractus quando est resolutus, perindè est, ac si non fuisset celebratus.*

23 *Cassatio instrumenti non est necessaria ad resolutionem contractus.*

24 *Creditor non cogitur mutare personã debitoris.*

25 *Accollans censum non tenetur illum extinguere, cessante conuentione.*

26 *Census debitor non tenetur illum extinguere inuitus.*

27 *Cessionarius dicitur eadem persona cum cedente.*

28 *Cessionarius dicitur Procurator cedentis.*

29 *Oblatio de soluendo potest fieri a quocumq; etiã extraneo.*

Maximè quãdo tertius habet interesse.n.31.

30 *Solutio potest fieri a quocumque, etiam inuitis creditore, & debitore.*

32 *Oblatio non operatur, quando non est integra, vt quia non sint oblati fructus.*

Procedit, quando fructus verè sunt debiti, aliàs secùs. num. 33.

Item procedit, quando creditor oblationi non acquieuit, aliàs secùs. num. 34.

35 *Interesse potest liquidari post sententiam.*

Procedit, quando interesse petitur accessoriè, secùs si principaliter, & de per se n. 36.

37 *Iudex non potest se intromittere in causis ciuilibus, nemine petente.*

38 *Iudex non potest supplere in facto.*

39 *Iudex fatuus dicitur, quãdo iudicat vltra petita.*

40 *Sententia lata, nemine instante, est ipso iure nulla.*

41 *Iudex potest condemnare ad fructus, licèt nõ sint petiti.*

Procedit, quando actor petijt rem principaliter, in cuius consequentiam veniunt fructus, aliàs secùs. num. 42.

43 *Interesse damni emergentis non probatur ex eo, quia quis retineat census passiuos.*

44 Rota apud Card. Seraph. decis. 935. *declaratur.*

45 *Interesse probatur ex coniecturis.*

Procedit, quando fuit probatum interesse, sed non quantitas. num. 46.

Item concurrentibus pluribus coniecturis, non autem vna tantùm. num. 47.

48 *Iudicandum quando est ex coniecturis, plures requiruntur.*

49 *Interesse conuentum debetur sinè mora.*

50 *Clausula* aliàs teneri voluit &c. *facit euadere interesse legale in conuentionalem.*

51 *Venditor promittens pretium soluere, aliàs ad damna, & interesse, censetur se obligare ad interesse, quod venit ex natura contractus.*

Et quatenùs sit in mora soluendi pretium. num. 52.

ALLEGATIO LVI.



Xcellentiss. Domine. Fructus recõpensatiuos ex æquitate *l. curabit 5. C. de act. empt.* deberi D. Andreæ Sauino cessionario Andreæ Luchetti pro rata pretij soluti iuxta aliàs adducta *in alleg. praeced.* non est dubitandum, non obstantibus iterum in contrariũ deductis per Excellentiss. Dominum meum in causa Consultorem, quod Doct. per me adducti volentes, quod in cessionarium transeat remedium *d. l. curabit*, & quod cessionario debeantur fructus recompensatiui, loquantur in fructibus decurrendis post cessionem, non autẽ
1 ante, quia, † imò illi generaliter loquuntur, & præcipuè *Paris. in cons. 75. nu. 17. lib. 4. Gabr. comm. concl. de empt. & vend. concl. 4. nu. 13. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. in fin. Hond. cons. 30. num. 47. vol. 1.* vndè generaliter debent intelligi *l. de pretio 10. ff. de publi. in rem act. l. in fraudem 16. §. fin. ff. de milit. testam. l. 1. §. generaliter ff. de lega. praest. l. fin. in fin. & ibi. Ang. C. de dot. promis.* imò *Afflic. decis. 91. in fin. & Surd. cons. 269. sub nu. 30. vol. 2.* loquuntur de fructibus præteritis, vt ex eis est videre, & cum d. ius sit cessibile, vt volunt Doct. supradicti, & alii adducti *in alleg. præced. n. 3.* nescio videre in fructibus debitis ex æquitate *d. l. curabit* rationem differentiæ, cur cedi possint fructus futuri, non autem præteriti, quicquid sit quo ad fructus dotis, vt per *Surd. d. cons. 269. num. 30. & per Leotar. de vsur. quæst. 29. num. 18.*

Maximè attentis verbis reuenditionis, & cessionis factæ per Andræam Luchettum D. Andreæ Sauino ibi *gli dà, e cõsegna detta poliza con tutte quelle ragioni, che in essa gli sono state concesse, & hà, e gli competono, ponendo detto Sauino in luogo suo proprio, e come Procuratore irreuocabile, e non riseruandosi cosa alcuna*, quæ verba ità generalia important cessionem omnium iurium Andreæ Luchetto competentium contra venditores, vt latè probaui *in allegat. praeced. num. 5. & seq.* quæ breuitatis gratia non repeto, *addo Rotam decis. 208. nu. 3. par. 4. rec.*

Quibus non obstant considerationes exaduerso factę, quod dicta verba cessionis iurium restringi debeant ad terras venditas tantũmodò, non autem ad fructus compensatiuos, ex duobus, &
2 primò, quia, vt aliàs dixi, † cum Andreæ Luchetto emptori, & cedenti deberentur fructus compensatiui ex æquitate *d. l. curabit* pro rata pretij soluti per eum, ne venditores fruerentur re, & pretio, vt tradunt *Bald. Cagnol. Alex. Hond. Surd. Paitel. Couar. Leotar. & Rot. in loc.*

per me

per me adductis allegat. praeced. videlicèt vna num. 22. & alia num. 5. & ipse cesserit omnia iura sibi competentia, vt supra, sequitur, quod cesserit etiam ius ad consequendum fructus cōpensatiuos ex regula, qui omne dicit nihil excludit *l. Iulianus 66. ff. de lega. 3.* cum alijs adductis *alleg. praeced. num. 6.* & ex alia, quod generalis locutio omnia compræhendit *l. cū quærebatur 240. ff. de verb. signif.* & tradunt *Surd. Sesse, & Barbo. in loc. adduc. d. alleg. praeced. num. 7.* maximè cum mentio generalis idem operetur quo ad omnia, quàm specialis, quo ad singula *l. si chorus 77. ff. de lega. 3.* & latiùs probaui *d. alleg. praeced. nu.* 8. quæ pariter hìc breuitatis studio non recenseo.

Quod eò magis est dicendum, quia cum Andræas Luchettus emptor reuendiderit D. Andtææ Sauino bona per eum empta a dictis venditoribus, prout in apoca, ad esentiam contractus reuenditionis non erat necessaria dicta cessio
3 verbis ram generalibus facta, vt patet, † vndè, ne illa sint superflua, & aliquid operentur, intelligi debent, vt compræhendant etiā fructus cōpeusatiuos eidem debitos *Alex. cons. 12. num. 11. lib. 2.* Rom. *cons. 180. num. 4. in fin. et ibi Adden. litera E. Rolan. cons. 55. nu. 45. lib. 3. Barbo. axiom. 122. n. 13. Rota decis. 381. num. 30. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 194. num. 25. par. 5. rec.*

Secundò, quia Andręas Luchettus cessit D. Andrææ Sauino apocam venditionis cum omnibus iuribus sibi in ea concessis, & quæ habet, & sibi competunt, vt supra, sed venditores in dicta apoca ei promiserunt respondere de fructibus bonorum venditorum, quæ promissio non potest intelligi, nisi de fructibus compensatitiis, vt probaui *in alleg. praeced. nu. 55. & seq.* meritò etiam fructus compensatiuos, vti in apoca ei promissos, cessos per eum fuisse, dicendum est, vt in his ferè terminis tradūt *Hond. d. cons. 30. num. 47. lib. 1. Surd. d. cons. 269. num. 5. & num. 30. vers. nec refragatur &c. lib. 2. &* Rota *decis. 360. num. 2. par. 6. recen.*

4 Maximè cum interpretatio in dubio facienda sit ad fauorem emptoris *l. Labeo 21. l. cum in lege 33. l. ea, qua 43. §. fin. ff. de contrah. empt. Rom. cons. 5. nu. 2. Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 9. n. 1. & 2.* Rub. *in sing. Rot.* Rom. *tom. II ad Seraph. decis. 123.*

Neque nocet, quod cessio fructuum dicatur nulla, vti facta sinè pretio ad tex. *in l. per diuersas 22. & in l. ab Anastasio 23. C. mand.* quia adhuc subsistunt plures responsiones datæ ad dictas leges *in alleg. praeced.* & præcipuè, quod tunc est locus dispositioni illarum, quando cessio est facta mala fide, & animo vexandi, vt tradunt *Gabr. Cene. Io. Fran. de Ponte, Gratian. Caucer. Costa, Giurb. &* Rot. *Rom. per me adducti alleg. praeced. nu. 13.* quibus addo eandem *Rot. decis. 153. num. 4. par. 3. recen.* quæ non concurrunt in casu nostro, vt ibi probaui, & quod ius Luchetti cedentis ad dictos fructus sit indubitatū, est ita clarum, quàm clarissimum, cum nemò neget, quod emptori soluenti pretiū debeantur fructus compensatiui pro rata pretii soluti, re non habita, ne creditor locupletetur cum emptoris iactura retinendo rem, & pretium ad tex. *in d. l. curabit 5. C. de act. empt.* & tradunt *Bald. Caguol. Hond. Alex. Surd. Paitell. Couar. &* Rot. *in loc. per me adductis supra allegat. ab hinc secunda n. 22.* cum quibus pertransit *Leotar. de vsur. quaest. 27. n. 55. & seq.* post hæc scripta visus, nec video ex motiuis, dictam conclusionē reddi dubiam, vt ex aduerso asseritur, meritò &c.

Subsistit etiam secunda responsio, quod dispositio dictarum legum non habet locum, quando cessio fit in coniunctum ex *Bald. Salic. Tiraq.* Ruin. *Gabr. &* Rot. *in loc. adduc. allega. praeced. num. 17.* quibus non obstat, quod ex actis non appareat, D. Andræam Sauinum esse nepotem, & sic coniunctum Andrææ Lucherti cedentis,
6 cum id sit notorium, † in quo sufficit sola allegatio, & de eo potest Iudex se extraiudicialiter informare in Camera, & ex officio *Felin. in cap. pastoralis 28. num. 23. vers. limita primo de offic. delega. Boer. decis. 40. num. 7. Afflic. decis. 50. num. 5. Surd. decis. 326. n. 83 Grass. de excep. excep. 5. num. 8. & seq. Osasch. decis. 177. num. 12. Caph. cons. 108. num. 17. lib. 1. D. Andreol. contro. 79 nu. 29. Caren. resol. 21. num. 10.* Rot. *decis. 18. num. 18. par. 4. recen. tom. 2. & apud Coccin. decis. 100. num. 3.*

7 Cum in notorijs Iudex possit se mouere etiam extra acta *Gratia. discep. foren. cap. 442. nu. 8. par. 3. Adden. ad Greg. XV. decis. 224. num. 7. D. Andreol. d. contro. 79. num. 29.* Rota *decis. 278. nu. 2. par. 4. diuer. & decis. 770. sub n. 3. par. 2. recen.*

8 Maximè cum simus in notorio facti permanentis, hoc est D. Andræam esse nepotem carnalem Andrææ cedentis, quod non est necesse probare, vt supra *Nouell. reg. 113. in 2. fallen. Ludo. decis. Perus. 67. num. 16. & seq.* quamplures adducens ita sentientes *Rolan. cons. 68. num. 22. lib. 2. Menoch. de praes. lib. 1. quaest. 67. in fin. Mascard. de prob. concl. 1107. nu. 7. & seq. vol. 2. Farina. de delict. & paen. quaest. 21. num. 88. Gratia. discep. foren. cap. 312. n. 18. par. 2. & cap. 870. num. 4. par. 5.*

9 Etiam quod ab eo pendeat decisio causę *Hercul. de prob. negat. num. 61. in fin. Farinac. dict. quaest. 21. num. 98. vers. in ciuilibus autem &c. Mascard d. concl. 1107. num. 13. Rota in Eugubina dotis 14. Februarij 1642. coram R. P. D. Carillo §. quarta posita &c.* vbi dicitur, Iudicem posse se informare de valore monetæ, vti no-

torio, quod respicit decisionem causæ, & idem tenuit eadem Rot. *in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Februarij* 1650. *coram Reuerendiss. Dnuozet. Decano* §. *non enim &c.* post hæc scripta visa.

10 Quicquid sit, quando notorium est facti trãseuntis, quod esse probandum, & Iudicem non posse de eo se extraiudicialiter informare, voluerunt Doct. quos refert, & sequitur *Farinac. d. quæst.* 21. *num.* 97. vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, præcipuè in criminalibus *Menoch. d. quæst.* 67. *num.* 3. *Mascard. d. concl.* 1107. *num.* 7. *Mising. prac. obser. cent.* 6. *obser.* 3. *num.* 6.

11 Licèt contrarium etiã in hoc notorio tenuerint *Bald. Aret. Soc. Iun. & Cæph.* relati per *D. Andreol. d. contro.* 79. *n.* 29. & alij relati per *Farina. d. q.* 21. *n.* 96. cum quibus pertransire *Rot. apud Cocci. d. decis.* 100. *n.* 3; dicit *D. Andreol. vbi supra.*

12 Neque prædictis obstat conclusio in causa, per quam dicitur renunciatum probationibus *Hond. cons.* 24. *num.* 74. *& seq. lib.* 2. *Scacc. de*
13 *iudic. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 16. † quia illa non impedit, quin Iudex ex officio possit informationem capere, etiam ad fundandam partis intentionem *cap. cum Ioannes* 10. *& ibi Felin. nu.* 11. *de fide instr. l. vbicumq;* 22. *& ibi Bart. n.* 7. *ff. de inter. actio. Neuiza. cons.* 5. *num.* 27. *Gail. pract. obser. lib.* 10. *obser.* 107. *num.* 5. *&* 6. vbi dicit, passim id in Camera obseruari *Farina. de testi. quæst.* 75. *num.* 266. *& seq.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione, & reprobat *Surd. in cons.* 8. *lib.* 1. contrarium tenentem, & in terminis de notorio tradunt *Innoc. in cap. fraternitatis* 6. *nu.* 5. *de frigid. & malefic. Grat. cons.* 83. *nu.* 7. *par.* 1. *Ludo. d. decis. Perus.* 67. *nu.* 19. *& Grass. d. except.* 5. *num.* 11. qui alios adducunt concordantes.

14 Cum conclusionem in causa possit Iudex tacitè, & expressè reuocare, & illi non obsit, cum sit mera interlocutoria *Alex. in cons.* 72. *nu.* 7. *vol.* 3. *Afflict. decis.* 115. *num.* 2. *Crau. cons.* 23. *num.* 7. *& cons.* 144. *num.* 20. *Scacc. de indic. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 29. *Gratia. discept. forcu. cap.* 156. *num.* 27. *& seq. par.* 1. *Rota decis.* 8. *de indic. in antiq. & apud Greg. XV. decis.* 140. *num.* 8. *& ibi Adden. num.* 16. *&* 17. *& decis.*
15 227. *n.* 2. *par.* 1. *rec.* † maximè in summarijs, vt nos sumus vigore decreti de abbreuiatione litium in principio, vt docent *Maran. in prac. par.* 6. *de conclus. in caus n.* 7. *Roma. cons.* 176. *sub n.* 12. *Mascar. de prob. concl.* 925. *n.* 20. *vol.* 2.

Subsistit etiam quarta responsio, quod cessat dispositio *d. l. per diuersas*, cum D. Sauinus positus fuerit in locum Luchetti *ex Rimi. d. cons.* 57. *vol.* 1. cum quo non solùm non dissenserit *Costa d. quæst.* 70. *de ratio. rata*, imò illum sequitur, quando cessat fraus, & simulatio, vt in casu nostro, in quo de nulla apparet fraude, vel simulatione, imò adsunt coniecturæ illã excludentes, vt probaui *in alleg. praced. num.* 15. *& sic Costa* probat intentionem nostram ad fauorem D. Sauini.

Non obstat etiam, quod fructus compensatiui non fuerint in libello petiti per D. Andræam
16 actorem, sed tantùm in progressu causæ, † quia cũ nos simus in causa summaria, in qua vigore Decreti sola facti veritate inspecta proceditur, actor potest obtinere etiam super non deductis in libello, si tamen de eis liqueat in processu, & actis, vt in casu nostro, cum tunc non attẽdatur quid actor petierit, sed quod appareat illi deberi *Alex. cons.* 114. *n.* 6. *lib.* 6. *Ruin. cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 4. *Houd. cons.* 22. *num.* 1. *lib.* 1. *Rola. cons.* 53. *num.* 11. *lib.* 2. *Maran. in pract. par.* 4. *dist.* 9. *n.* 33. *Hodier. ad Surd. decis.* 284. *num.* 6. *Cala de modo artic. glos.* 4. *num.* 45. *& seq.* latè *Scapuc. de Saluia. lib.* 1. *quæst.* 21. *n.* 6. *& quæst.* 22. *per tot. D. Andreol. contro.* 241. *n.* 22. vbi testatur de magis communi opinione *Adden. ad Buratt. decis.* 86. *num.* 6. *Prac. Ridol. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 42 *Surd. cons.* 273. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 2. *Ricci. collect.* 699. *effec.* 3. *Barbo. de clans. clau.* 173. *n.* 11. Rota *apud Greg. XV. decis.* 176. *num.* 2. *& decis.* 270. *n.* 6. *& decis.* 611. *num.* 5. *par.* 1. *rec. & decis.* 123. *num.* 1. *par.* 2. *rec. & in Naruien hæredit.* 16. *Nouembris* 1629. *coram R. P. D. Ghisilerio §. non obstat &c. & apud Merlin. de pigno. decis.* 30. *n.* 3. *&* 4. quicquid distinguat *Cancer. & Doct. per eum adducti var. resol. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 262.

Quò verò ad prætensam rescissionem contractus ex capite implementi nõ sequuti pro parte Andræe Luchetti dixi, illi non esse locum ex pluribus, & capiendo prætensum non implementũ ex eo, quod non fecerit cassare instrumentum census florenorum quinquaginta, dixi, inquam, d. non implementum non obstare, cum venditores nullum damnum passi fuerint, sine quo non obstat exceptio non impleméti ex iuribus, & authoritatibus adductis *in alleg. praced. n.* 21. quibus non obstant nouiter deducta, & primò,
17 quod † exceptioni non implementi sit locus, etiam si pars nullum damnum passa fuerit, cum dicta exceptio detur ex causa violatæ fidei *ex Gratia. discep. foren. cap.* 301. *nu.* 14. *&* 15. *par.* 2. *& Gail.* qui sequutus fuit *Gratia. de cred.*
18 *cap.* 3. *num.* 1076. † quia opinio *Gratia.* non est vera, cum contrarium teneant Doct. numero plures, & authoritate grauiores, & præcipuè *Bald. Crauet. Caph. Surd. Paitel. Balib. Tomas. & Rota* sæpius in loc. adductis *allegat. praceden. num.* 21. vndè cum habeamus authoritates tot Doct. & Rotæ Romanæ, quæ pluries hanc opinionem firmauit, contrarium tenentium, & qui

faciunt

faciunt sinè dubio communem opinionem, pa-tùm est curandum de opinione *Gratia. & Gait.* in contrarium adductorum.

Neque vllam potest fieri fundamentũ In eo,quod, licèt ex non cassatione instrumenti census venditores adhuc nullum passi fuerint damnum, illud tamen pati possint in futurum, quia cum census prædictus fuerit excomputatus per Andræam Luchettum illius dominum, & emptorem in partem pretij bonorum emptorũ, & sic

19 † per compensationem voluntariè factam inter partes ille fuerit extinctus, & resolutus, vt tradunt *Feliciai de cens. tom. 2. lib. 2. cap. vni. num. 13.* & post *Nauar. Boccac. Molin. & Rebel. per eum adductos Cenc. de ceuf. quæst. 108. n. 4. Auendan. de censi. cap. 102. num. 8. & Rota apud Cenc. decis. 516. n. 2. & decis. 528. n. 8.* etiam non interueniente aliqua disdicta, cum compensatio de consensu partium fuerit facta, vt in terminis not. *Boccac. de cens. par. 2. n. 94. & Rota d. decis. 516. num. 4.*

20 Cum compensatio habeat vim solutionis, & faciat actum retrosimilem quo ad census extinctionem, *Cenc. d. quæst. 108. num. 4. & seq.*

21 *Rota d. decis. 516. num. 3.* † ita vt fructus ex dicto censu extincto, & resoluto ampliùs non debeantur, latè *Cenc. de cens. quæst. 119. num. 2. Rota apud eum decis. 270. num. 4. & decis. 336. num. 1. & decis. 404. n. 1. & decis. 505. n. 6. & decis. 540. num. 1. & decis. 546. in prin. & apud*

22 *Merlin. de pigno. decis. 153. num. 5.* † cum resoluto contractu perinde fit, ac si retrò factus non fuisset *Graff. de except. excep. 31. nu. 2. Morot. cons. 22. num. 6. Aldoui. cons. 40. n. 28. Costa de re integ. dist. 34. num. 2. Engeu. cons. 64. nu 40. lib. 1. Giurb. decis. 24. num. 11. Rota apud*

23 *Merli. de pigno. d. decis. 153. num. 6.* † etiamsi instrumentum non sit cassum *l. nihil interest 4. & ibi Bald. in summario C. de solut.*

Ideò nescio videre, quomodo venditores prædicti in futurum damnum, seù molestiam recipere possint occasione d. census, semper enim venditores Andrææ Luchetto, seù eius hæredibus agentibus contra eos ad solutionem fructuum illius, dare poterunt de illius extinctione, & resolutione facta mutuo consensu, vt supra, etiã instrumento census non casso, nec cancellato, cum illius non cancellatio non operetur, quin census sit extinctus, vt dixi, & dicitur expressè in *d. l. nihil interest 4. & ibi Bald. not. in summario C. de solut.* cessante autem damno, & interesse venditorum, cessare debet etiam exceptio non implementi, quam sinè eo non dari, volunt *Doct. & Rot. in loc. sup. adductis num. 18.*

Quò verò ad aliud caput non implementi, ex eo, quia Andræas Luchettus emptor non soluit, vel non accollauit in se florenos septemcentum pro residuo pretij, subsistit etiam responsio aliàs data, quod cum D. Andræas Sauinus in iudicio obtulerit se pararum dictos florenos septemcẽtos in se accollare, benè dicatur impleuisse, cum liceat implere etiam pendẽte iudicio antedatum per partem de non implemento ex *Menoch. Caph. Milan. Ludo. Graff. Paitel. Costa, Lancell. Gratia. Giurb. D. Andrel. & Rot. in loc. adductis allegat. præced. num. 34.*

Quibus non obstant exaduerso adducta per Excellentiss. Dominũ meum Consultorem, quod Andræas Luchettus, facta accollatione, tenebatur

24 census extinguere, † & quod venditores non tenebantur mutare personã debitoris ex *Grati. discep. foren. cap. 204. num. 37. par. 2.* & ideò non tenebatur acceptare oblationem factam per D. Andræam Sauinum cessionarium, quia obiectũ euitatur ex pluribus, & primò quia non est verum, quod Andreas Luchettus emptor teneretur cẽsus accollãdos extinguere, & sic esset

25 debitor pecuniarum ipsis venditoribus, † quia accollans census non tenetur illos extinguere, cessante pacto, cum ipse teneatur eo modo, & forma, quo tenebatur ille, qui cẽsum imposuit, vt not. *Cenc. de cens. quæst. 73. n. 16.* Rota apud

26 eũ *decis. 337. n. 2. & decis. 310. in prin.* † debitor verò census non tenetur illum extinguere inuitus vigore Bullæ Pij Papę V. super forma creãdi census, ita vt non valeat pactum in contrarium, vt post *Nauar. Gabr. Sotum, Lopez, Turret. Gail. Couar. Lup. Card. Mauti. Salon. Gratia. Feder. Mart. Intrigl. Auend. Giurb. & Rot.* per eum adductos tradit *Cenc. de cens. q. 60. in prin.* vbi testatur, hanc esse communem Theologorũ sententiã, & post eum *Caluin. de equit. lib. 1. cap. 23. num 2. & cap. 50. nu. 34. & 47.* ergò neque accollans, cum accollatio non excedat terminos obligationis *l. quicquid adstringendæ 99. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 117. num. 6. & seq. lib. 1. Surd. 452. num. 12. & 13. lib. 3.* in puncto *Rot. apud Cenc. d. decis. 510. n. 1. & 6.*

27 Secundò quia D. Andræas Sauinus cessionarius Andrææ Luchetti dicitur eadem persona cum Luchetto cedente *Surd. cons. 205. num. 4. & cons. 280. num. 14. vol. 2. Paitel. ad exped. 42. sui Patris num. 31. Rota. decis. 534. nu. 1. par. 3. & decis. 373. nu. 30. par. 4. rec.* & ante eos scripsit *Graff. de except. in pralud. nu. 185.* & illius personam in omnibus, & per omnia repræsentat *l. emptor. 5. & ibi. Bald. in primo not. C. de hæred. vel. act. vend. Thob. Noni. cons. 84. in prin. Surd. cons. 322. num. 3. & cons. 424. n. 22. lib. 3. Cenc. de cens. q. 67. n. 4. D. Andreol. contro. 158. n. 4. Rota decis. 534. n. 1. par. 3. rec.*

Imò dicitur Procurator ipsius Luchetti cedentis, vt apparet ex verbis apocæ ibi *Constituendolo*

28 *Procuratore irreuocabile come in cosa propria*, † qualis est etiam omnis cessionarius *l. 3. & ibi glo. fin. ff. famil. ercisc. l. si in solutum 6. C. de act. &*

act. & oblig. Iacob. de Aren. de cessio. iur. num. 75. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. glo. 2. num. 256. Ciriac. contr. 84. n. 25. Leotard. de vsur. quaest. 29. n. 24. & sic non potest dici, fuisse mutatam personam debitoris, cum D. Sauinus egerit vti cessionatius, & Procurator Luchetti, maximè cum ipsorum venditorum nihil interfit stantibus notoriis diuitiis D. Andraeae Sauini, vt sentit *Pir. Maur. de solut. cap. 25. num. 16.*

Dixi etiam, D. Andraeam Sauinum fuisse impeditũ facto venditorum in se accollare censꝰ, dum non curauerunt, imò requisiti recusauerunt tradere listam illorum, vndè ipsis venit imputandũ ex iuribus allegatis, & praecipuè ex *Rota decis. 12. par. 4. recen. tom. 2. per totam*, quibus non obstat responsio, quod venditores nõ tenebantur tradere listam censuum, cum non cogerentur mutare personam debitoris, vt supra, quia iam fuit supra responsum, praedicta non habere locum quò ad D. Andraeam Sauinum cessionarium, qui cum dicatur eadem persona cum Luchetto, & illius personam in omnibus, & per omnia repraesentet, & sic ab eo constitutus Procurator in rem propriam ex iuribus supra proximè allegatis, quae hic iterùm referre non placet, ideò non potest dici, fuisse mutatam personam debitoris, vt supra.

Imò, admisso etiam, citra veri praeiudicium, quod venditores non tenerentur mutare personam Luchetti emptoris, adhuc tamen non potest esse locus praetensę rescissioni contractus ex dicta causa non implementi, ex eo, quia Luchettus in se non accollauit census, de quibus supra, quia cum neque ipse haberet scientiam censuum accollandorum, vti de re facti alieni, non potest dici in mora accollandi, nisi priùs per venditores traderetur lista ipsorum censuum, vt latiùs probani *in allega. praeced. num. 38. & seq.* & tenuit expresse *Rota d. decis. 12. par. 4. rec. tom. 2.* quae hic breuitatis studio iterum repetenda non duxi.

Cessant postremò quae dicuntur exaduerso, quod venditores non tenebantur acceptare oblationem factam per D. Andraeam Sauinum, cum non tenerentur mutare personã debitoris, quia D. Sauinus cessionarius obtulit in iudicio, non solùm in se accollare census, de quibus supra, requirendo venditores, quod ei traderent illorum listam ad d. effectum, verùm etiam antequam exaduerso datum sit de non implemento, obtulit soluere dictos florenos 700. in pecunia numerata, quam oblationem nullo modo ven-

29 ditores recusare potuerunt, † cum oblatio de soluendo possit fieri a quocunque, etiam extraneo, & ipso creditore inuito *Neguf. de pigno. in 3. membr. 5. par. n. 39. Rolan. conf. 14. nu. 9. & 10. lib. 1. Surd. decis. 174. num. 17. Grattas decis. Match. 215. num. 5. & ibi Adden. nu. 2. Hond. conf. 19. num. 9. lib. 1. Scapnc. de saluia. lib. 2. quaest. 3. n. 3. & 4. Cartar. decis. Genuen. 61. num. 5. Posth. de subhast. inspec. 18. n. 257. Giurb. decis. 91. num. 2. Merlin. de pign. lib. 4. quaest. 76. num. 3.*

30 Ad similitudinem solutionis, quae pariter fieri potest a quocunque, etiam inuitis creditore, & debitore *l. soluendo 41. ff. de negot. gest. l. solutionem 23. & l. soluere 53. ff. de solut. Pir. Maur. de solut. cap. 25. n. 1. & seq. Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 31. nu. 3. Hond. d. conf. 19. num. 8. Surd. d. decis. 174. num. 27. Pacif. de saluia. inspec. 5. cap. 1. num. 13. Adden. ad Gregor. XV. decis. 111. num 8. Merlin. de pigno. lib. 4. quaest. 76. num. 1.* cum creditoris non intersit, si a vero debitore, seù ab alio ei satisfiat *Pir. Maur. de solut. d. cap. 25. num. 3. Surd. d. decis. 174. num. 27. Scapnc. de saluia. d. lib. 2. quaest. 3. num. 3. Pacif. d. inspec. 5. cap. 1. n. 13.* qui alias referunt Doct. authoritates.

31 Maximè, quando tertius habet aliquod interesse, vt in casu nostro *Costa d. remed. subsid. 121. num. 10. Corbol. de iure emphyt. in tit. de. cans. prin. ob non solut. can. limit. 7. num. 4.* & de cessionatio offerente, vt in casu nostro *Posth. de subhast. inspec. 17. num. 194. Giurb. d. decis. 91. num. 6.* alios adducens.

Neq; venit attendendum, quod exaduerso dicitur, oblationem praedictam nullius esse momenti,

32 nec esse attendendam, † cum non sit integra, & de toto debito ex eo, quia non fuerunt oblati fructus compensatiui, quos consequi praetendunt venditores pro tata florenorum 700. non solutorũ ex aequitate *l. curabit 5. C. de act. empt. ad tex. in l. tutor. 41. §. Lucius ff. de vsur. & in §. acceptam 19. C. eod. tit. & in l. obligatione 9. C. de solut.* & tradunt *Negus. de pigno. par. 5. prin. membr. 3. par. 2. num. 17. Costa de ratio. ratae quaest. 121. num. 9. Morot. de iur. offeren. num. 68. Pir. Maur. de oblat. num. 16. Merlin. de pigno. lib. 4. quaest. 83. num. 79. vel sic. quindum requisitum &c.* alios adducens.

Quia obiectum euitatur multipliciter, & primò, quia oblatio, seù depositum, tunc est facienda etiam de fructibus ad hoc, vt dicatur integra,

33 quando fructus verè sunt debiti, † secùs tamen est, si illi non debeantur, vt in casu nostro, vt infra dicetur, quia tunc illi non sunt offerendi, vt voluit *Posth. de subhast. inspec. 17. num. 204. & seq. & Rota apud Greg. XV. decis. 480. post num. 2.*

Quod verò fructus non debeantur dictis venditoribus, patet, quia aut illos praetendunt vti eis debitos ex aequitate *d. l. curabit 5. C. de act. empt.* & illos praetendere non valent, cum emptor non habuerit possessionem bonorum venditorum, sed illa sit penes ipsos venditores, vt tradunt *Cagnol. Couar. Paitel. & Rot. in loc. ad-*

dnctis

ductis supra in allegat. ab hac secunda num. 28. & allegat. praced. num. 51. aut illos prætendunt, vti interesse damni emergentis ex eo, quia retineant pecunias sub vsuris, & neque illud consequi valent, cum deficiant mora, & alia requisita ad consequendum interesse prædictum necessaria, vt latè probaui supra in d. alleg. ab hac secunda nu. 29. vsque ad finem, et allega. præced. num. 53. et seq. quæ hic breuitatis gratia non refero, & dicam etiam infra, & not. in terminis Posth. de subhast. dict. inspec. 17. num. 204. et seq.

Secundò, quia venditores dictę oblationi acquieue-
34 runt, † quo casu licèt oblatio non sit integra,
vel aliàs nulla, operatur tamen effectum suum,
cum videatur per partem acceptata Crauc. cons.
106. nu. 2. Surd. cons. 86. in fin. vol. 1. Adden.
ad Greg. XV. decis. 480. num. 7. Balth. Tomas.
in suis tract. var. tom. 2. in tract. de tuto. & cura.
tit. 19. num. 322. vers. deposito autem &c. vbi
dicit, ita fuisse indicatum in Rota Lucana de
anno 1635. & ita tenuit etiam Rota Roman. in
Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram R. P. D.
Manzanedo relata per Adden. vbi supra.

Quod verò dicitur, fuisse celebratos duos contractus, vnus venditionis, & alter locationis, expressè negatur, & contrarium fuit per me probatum allegat. praced. num. 56. et seq. per iura, & rationes ibi adductas, quas iterùm hic referre nimis longũ esset, & quod interuenerit traditio bonorum venditorum, facit pro D. Andræa actore, quia tunc contractus diceretur habuisse executionem suã, & non posset amplius dari exaduerso de non implemento, vt tradunt Bald. Alex. Deci. Paitel. et Rot. in loc. adductis allegat. praced. num. 43. et seq.

Quo verò ad interesse damni emergentis præten-
35 sum per venditores, † quod illud possit liqui-
dari post sententiam, cum dicatur constare de
illius substantia ad not. per Osasch. decis. Pedem.
129. nu. 10. et seq. et per Rotam apud Greg. XV.
decis. 220. num. 1. non recedendo a suprà alle-
36 gatis num. 28. respondeo, † id habere locum,
quando interesse petitur accessoriè, & quando
sumus in accessoriis, quia tunc non requiritur
liquidatio ante sententiam, sed fieri potest post
illam, secùs tamen est, si illud prętendatur prin-
cipaliter, & de per se, vt in casu nostro, quia tunc
illud venit liquidandũ antę sententiam, vt tra-
dunt Specul. Bart. Bal. Imol. Angel. & alij, quos
referendo sequitur Natt. cons. 569. n. 12. quem
pariter refert, & sequitur Osasch. d. decis. Pedem.
129. ante fin. Ias. in §. curare n. 54. Inst. de actio.
Paitell. exped. ciuil. 1. n. 73. Surd. cons. 293. n. 22.
vol. 2. aliàs sententiam non sustinetur Ruin.
cons. 87. n. 4. vol. 4. & cons. 35. n. 5. vol. 5. quem
referendo sequuntur Surd. d. cons. 293. num. 22.
& Paitel. d. exped. 1. num. 73.

Imò cum ex actis nullibi appareat, dictum interes-
se fuisse petitum per ipsos venditores, nescio
videre, quomodò Iudex modò possit super eo
37 se intromittere, & iudicare, † cum Iudex non se
intromittat in causis ciuilibus ad cõmodũ par-
tis, nemine petente l. 4. §. hoc autem iudicium
& ibi Bart. ff. de dam. infect. l. vni. & ibi not
Doct. C. vt quæ desunt aduo. Bart. Alex. & alij
in l. 1. C. de error. aduoc. Ancar. cons. 36. col. 2.
& cons. 167. col. 2. versic. secundò principali-
ter &c. Vant. de nullit. ex defec. proc. num. 98.
alios adducens Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 68. in
prin. Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 22. n. 37.
38 Et Iudex non possit supplere in facto Bald. in
d. l. vnica num. 12. C. vt quæ desunt aduo. Alex.
in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 1. & seq. ff.
de damn. infec. Bart. in l. ampliorem 37. num. 2.
C. de appell. & in auth. qui semel num. 21. C.
quom. & quan. Iud. Bellame. cons. 10. num. 21.
quos refert, & sequitur Graff. de excepe. excep.
10. num. 6. Scacc. de iudic. glo. 10. num. 8.

Sed intret regula Nihil petenti nihil impartitur,
de qua per Scacc. d. cap. 68. in prin. & per Rot.
39 decis. 297. num. 2. par. 3. rec. † ita vt fatuus
dicatur Iudex, qui vltra petita iudicat l. vt fun-
dus 18. ff. comm. diuid. l. fin. C. de fideic. libert.
Alex. cons. 163. n. 5. & seq. lib. 2. Petr. Barbo.
in l. si cum dotem 23. n. 44. ff. solut. matr. Au-
gust. Barbos. axiom. 131. num. 1. alios adducens
concordantes, Salgad. vbi supra.
40 Et sententia lata, parte non instante, sit ipso
iure nulla Ias. in l. properandum 11. §. & si qui-
dem num. 5. C. de iudic. Ripa in l. 4. §. hoc au-
tem iudicium num. 75. ff. de damn. infec. Vant.
de nullit. in tit. de nullit. ex defec. proc. num. 98.
alios adducens Gratia. discept. foren. cap. 40.
num. 23. par. 1. Caph. cons. 304. nu. 30. lib. 3.
Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 1. nu. 9. Rota apud
Cæsar. de Graff. decis. 9. num. 4. de caus. possess.
et propriet.
41 Quibus non obstat, quod Iudex potest
partẽ condemnare ad fructus, etiam si non sint
petiti Guid. Pap. decis. 405. n. 1. & 2. Pereg.
42 in rub. de indic. num. 57. † quia id potest habe-
re locum, quando actor petit rem principalem
in iudicio, non facta mẽtione de fructibus, quia
petendo rem principalem censetur etiam pete-
re fructus illi annexos, aliàs Iudex non potest
super illis se intromittere, vt in casu nostro, in
quibus terminis loquuntur Guid. Pap. d. decis.
405. Couar. var. resol. l. 1. cap. 3. n. 1. circa finẽ
Gratia. decis. Marcb. 208 num. 14. & declarant
Scapuc. de saluia. lib. 1. cap. 8. num. 1. 2. & 3.
quæ cessant quo ad fructus compensatiuos de-
bitos D. Andrææ Sanino cessionario, cum illi
fuerint in actis pluries petiti, vt ex eis est videre.
43 Neq; est verum, quod interesse damni emer-
gentis probetur ex censibus passiuis, cum alia
requi-

requirantur, & præcipuè probandum sit, quod retardata solutio fuerit causa immediata illos retinendi, cum possibile sit, illud ex alia causa euenire posse, cum quotidiè videamus habentes census passiuos, si habeāt pecunias præ manibus, illos non extinguere, sed pecuniam in emptionem stabilium, & in alias causas erogare, aliàs daretur occasio committendi vsuras, vt benè comprobant *Hond. cons. 50. n. 30. vol. 1.* vbi testatur, hanc esse magis cōmunem opiniōnē, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, *& cons. 36. n. 33. & seq. lib. 2. Gratia. discep. foren. cap. 829. num. 10. & cap. 911. num. 20. & seq. & cap. 987. num. 15. & seq. par. 5.* vbi dicit, Doct. contrarium tenentes esse communiter reprobatos *Paitel. ad exped. ciuil. 100. sui Patris num. 7. & seq.* quam opinionem sequitur passim *Rota, vt apud Mohed. decis. 103. aliàs 2. de vsur. & apud Farinac. post 2. vol. consil. decis. 325. num. 5. & apud Cocci. decis. 498. num. 2. & 3.* vbi aliæ recensentur, & dicitur, ita per Rotam seruari, vndè ab ea nullo pacto est recedendum, vt latè admonet *Paul. Rub. in præfat. ad stud. in prin. 7. par. decis. rec. num. 245. & seq.* quicquid contra prædicta attentauerit nouissimè *Leotard. de vsur. quæst. 75. num. 10. & seq.* vt dixi etiam *allegat. praceden. in fin.*

Neque obstant *decis. 935. & decis. 1240. & decis. 1427. apud Card. Seraph.* quia *decis. 1240. & decis. 1427.* contrarium expressè dicunt, & firmant opinionem nostram, dum Rota ibi dicit, interesse damni emergentis esse probandum, iuxta Doctrinam *Castren. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loc. decis. verò 935. num. 4.* quæ dicit, damna probari per alia instrumenta societatis exhibita, & ita per Rotam seruari, non loquitur

44 in terminis nostris, † sed quando damna, & interesse fuerunt promissa fideiussori, vel alteri reficienda, qui necesse habuit pecunias accipere ad censum, vel ad societatem officij ad se liberandum ab obligatione, qui probat damna, & interesse ex eisdem contractibus censuum, seù societatum ad effectū illa repetendi a promittente, in quibus terminis *d. decis. 935. Card. Seraph.* adducit *Cenc. de cens. quæst. 75. sub n. 7. vers. in bis autem casibus,* quod quidem est longè diuersum a casu nostro.

45 Neque venit attendendum, quod exaduerso dicitur, nempè interesse probari ex coniecturis, & Iudicem posse illud arbitrari ex coniecturis *Grama. decis. 103. num. 94. Mascard. de prob. concl. 929. num. 2. vol. 2. Paitel. exped. ciuil. 100. in fin.* coniectura autem sumatur in casu nostro ex venditione facta per dictos Benedictum, & D. Franciscam ad effectum extinguendi debita, quia respondeo multipliciter, &

46 primò, quod prædicta habent locum, quando interesse fuit probatum, sed non quantitas, quia tunc Iudex ex coniecturis potest illud arbitrari *Ias. in l. fin. num. 3. ff. de eo, quod cer. loc. Cagnol. in l. quatenus 24. num. 23. ff. de reg. iur. Lup. in l. curabit 5. comment. 1. §. 6. num. 128. C. de act. empti Surd. de alim. tit. 1. quæst. 45. num. 45. & seq. & cons. 327. num. 55. lib. 3. Paitell. exped. ciuil. 1. num. 70.* alios adducens ita sentientes, quæ non possunt verificari in casu, de quo agitur, per iura adducta in *allegat. præced. in fine.*

47 Secundò, quia conclusio supra allata potest habere locum, concurrentibus pluribus coniecturis, non vna tantùm, vt in casu nostro, in quibus terminis loquuntur *Grama. Mascar. & Paitell. in loc. supra proximè adductis, & Doct. adductis per eos,*

48 † & est regulare, quod quoties ex coniecturis iudicandum est, plures requiruntur *l. procula 26. ff. de prob. l. instrumenta 5. C. eod. tit. l. fin. C. de prob. l. librorum 50. §. quod tamen & l. prædijs 86. §. balnca ff. de lega. 3. Ciriac. contr. 35.* quæm refert, & sequitur nouissimè *Leotar. de vsur. quæst. 9. num. 11.*

Maximè cum non sequatur, venditores bona vendiderunt ad effectum extinguendi debita, ergò illa extinxissent, & solutio eis non facta fuit causa immediata damni, cum potuerit esse, quod, si solutio eis facta fuisset, non tamen fuissent census extincturi, vel quia pecuniæ fuissent per eos implicatę in solutionem fructuum cēsuum, quibus venditores grauati erant in magna quātitate, & sinè quorum solutione creditores censuum illos retrouendere non tenebantur, vel in alimoniam familiæ, vel in alias causas, prout quotidiè videmus, & ideò *Rot. Rom.* cōsultissimè agendo, vt semper solet, maximè in materia vsurarum, ex sola retentione censuum passiuorum interesse damni emergentis concedere non cōsueuit, vt patet ex decisionibus supra adductis, & præcipuè apud *Coccin. d. decis. 498.* nisi alia probentur, quæ non concurrunt in casu, de quo agitur, meritò &c.

49 Neque obstat postremò, quod interesse debetur siuè mora, quando est cōuentum ex *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. nu. 5.* & traduut etiam *Gratia. discep. foren. cap. 387. num. 4. & 23. par. 2. & Leotar. de vsur. quæst. 74. n. 21.* alios adducens, quia de ista conuentione in casu, de quo agitur, non apparet, vt ex ipsamet apoca in iudicio producta videre est, meritò &c.

50 Neque contrarium suadere videtur, † clausula *aliàs teneri voluit ad omnia damna &c.* per quàm interesse legale sit conuentionale *Bald. in l. ad probationem 21. sub num. 1. C. de proba. Osasch. decis. Pedem. 129. sub nu. 12. Marta de clauf. par. 1. clau. 6. Giurb. decis. 114. num. 3.* alios adducens *Rota decis. 315. num. 56. par. 4. recen. tom. 2.*

Quia

51 Quia dicta promissio, vel accipienda est de damnis, & interesse, ad quæ emptor tenetur ex natura contractus, & sic ad vsuras tantùm pro modo, & ratione fructus, iuxta dispositionem *l. curabit* 5. *C. de act. empt.* vt latè comprobat *Siluan. cons.* 10 *n.*41. *& seq.* cuius fundamenta hìc transferrè non est conueniens, sed sufficiat
52 ad illum remittere, † vel intelligitur quatenùs emptor sit in mora soluendi, & adimplendi, vt declarauit idem *Silua. d. cons.* 10. *num.* 41. *& seq. & Leotard. de vsur. quæst.* 71. *nu.*16. *& seq.* quæ mora non concurrit in casu nostro, vt fuit latè demonstratū in duabus allegationibus præcedentibus, meritò &c.

Quod verò contractus ex clausula Constituti dicatur habuisse executionem, & ideò non sit locus illius rescissioni ex capite non implementi, etiā per viam exceptionis, puto verissimum, vt tradunt *Bald. Alex. Deci. Paitel. & Rota in loc. adduct. allegat. præced. num.* 43. & latiùs ibi comprobaui, nec *Adden. ad Greg. XV. decis.* 130. *num.* 5. exaduerso adductus obstat, quia ipse solùm ponit limitationem ad regulā, quod contractus nominati non rescinduntur, ob non implementum, sed agendum est ad interesse, vt non habeat locum ex capite non implementi excipiendo, non autem loquitur, quando contractus habuit executionem, vt sunt termini casus nostri, in quo rescissioni contractus non est locus, vt dixi supra, & Doct. ab eo adducti de hoc nō loquūtur, vt ex eis est videre, meritò &c.

Quare &c. saluo &c.

Causa supradicta non fuit per sententiam terminata, quia pars aduersa animaduertens ius non fouere cessit liti, & se cum actore concordauit de anno 1647. *Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.*

A R G V M E N T V M.

Notarius committendo errorem in Instrumento quando teneatur parti ad interesse. De aliqua pecuniarum summa quando apparent diuersæ confessiones factæ diuerso tempore, an plures probentur solutiones. Et quid, si plures confessiones sint factæ eadem die, an vnica, vel plures præsumantur solutiones. Et quid, si concurrant coniecturæ pro vnica solutione, quarum aliquæ recensentur.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius propter errorem in Instrumento commissum tenetur parti ad interesse.*
Actio tamen, quæ datur damnum passo, est subsidiaria. num. 2.
3 *Agens in iudicio sinè actione non potest in eo obtinere.*
4 *Confessiones diuersæ quando apparent de aliqua pecuniarum summa diuerso tempore factæ, diuersæ præsumuntur solutiones.*
Secùs tamen est, si sint factæ eodem tempore. num. 5.
6 *Solutio an fuerit vna, vel plures, attenduntur coniecturæ.*
7 *Solutiones plures fuisse factas eadem die a viro decocto, non est verisimile.*
8 *Solutio anticipata non est verisimilis.*
9 *Soluunt homines malè libenter eorum debita etiam in tempore debito.*
10 *Personarum qualitas attendi debet per Iudicem in negocijs diudicandis.*
11 *Solutio si constet per Instrumentum, verisimile est, quod etiam de alia confectum fuisset Instrumentum.*
12 *Verisimilitudo multùm attenditur in materia solutionum.*
13 *Interpretatio est sumenda, per quam euitatur superfluitas.*
14 *Pluralitas actuum non præsumitur, etiam si plura adsint Instrumenta.*
15 *Pluralitas solutionum non præsumitur ex pluralitate scripturarum.*
16 *Solutio vna, vel plures an sint in pluribus apocis contentæ, remittitur arbitrio Iudicis.*
17 *Summarum diuersitas diuersitatem solutionum demonstrat.*
Procedit, quando diuersitas est notabilis, aliàs secùs. num. 18.
19 *Modicum, & nihil æquiparantur.*
20 *Diuersitas modica in testibus non infringit testimonium.*
21 *Error præsumitur in Notario affirmāte se errasse.*
22 *Instrumenti vna pars declarat aliam.*
23 *Iudicandum est in dubio ad fauorem rei cōuenti.*

ALLEGATIO LVII

EXcellentiss. Domine. D. Io. Baptista Romeus Notarius Vrbinas est absoluendus a petitis pro parte Francisci Mariæ Vrbinelli Pistoris de eodem ex pluribus, & primò, quia,
1 † licèt Notarius propter errorem per eum cōmissum in instrumento teneatur parti resarcire damna, & interesse *Bart. in l. Imperator* 8. *num.* 4. *& ibi Bald. in prim. lect. nu.* 5. *& in secunda lect. ante fin. & Angel n.* 1. *col.* 2. *ff. de stat. homin.* & tradit latè *Farinac. de falsit. & simil. quæst.* 155. *num.* 97. *Bajar. ad Clar. in* §. *falsum num.* 152. *Ludou. decis. Lucen.* 33. *n.* 1. *& seq. Mascar. de prob. concl.* 1099 *num.* 22.
Actio tamen, quæ datur damnum passo contra

Notarium, cum sit actio in factum, non est ordinaria, sed subsidiaria, ita vt illa non detur, nisi in casu, quo damnum alia via reparari non possit *Arct. in §. quadam actiones in fin. Inst. de actio.* benè *Costa remed. subsid.* 5 t. *num.* 6. ad iustar Notarij recipientis fideiussorem non idoneum, qui tenetur pariter tantummodò in subsidium *Farinac. de carce. & carcer. quæst.* 33. *num.* 91. *in fin. Guazzi. ad defen. reo. defen.* 6. *cap.* 2. *n.* 8.

In casu verò, de quo agitur, non cõstat, Franciscum
Mariã actorem aliquod damnum dicta de causa
adhuc passum fuisse, nec aliquas diligentias fe-
cisse, ne solueret scuta viginti quinque, quæ
Notarius omisit in Instrumento cuinam fue-
rint soluta, nec contra aliquam personam egis-
3 se pro illorum recuperatione, † meritò illum, vti
sine actione contra Notarium agentẽ, obtinere
non posse, satis manifestè apparere dicitur *l. si
pupillus* 6. *§. videamus, & ibi Bart. Bald. & alij ff.
de negot. gest. l. quoties* 10. *§. si temporali ff. de ad-
min. tuto. Crau. cons.* 191. *n.* 1. *Decia. cons.* 2. *n.* 47.
lib. 1. latè *Giurb. ad constit. Messan. par.* 1. *cap.* 7.
glos. 10. *num.* 1. *& seq. Altogra. cons.* 20. *n.* 1.
lib. 2. *Rot. decis.* 149. *nu.* 1. *par.* 9. *rec. tom.* 1.

Secundò, quia Francisus Maria actor non solùm ex omissione, cuinam fuerint soluta scuta viginti quinque, de qua in instrumento D. Romei Notarij, non recepit aliquod damnum, & ideò non potest obtinere contra Notarium, vt supra, verùm neque illud potest cum effectu recipere, quia ipse vnicam tantùm fecit solutionem, & pecunia recepta eadem die a D. Francisco Maria Fabretto Vrbinate Capserio Annonæ frumentariæ d. Ciuitatis præsumitur esse illamet, quæ enunciatur in instrumento confecto per D. Romeum.

4 Quod quidem clarè demonstratur, † quia, licèt quãdo de aliqua pecuniarum summa apparent diuersæ confessiones, diuerso tempore factæ, diuersæ etiam probentur solutiones, cum diuersitas temporis, diuersitatem solutionũ inducat, vt adnotarunt *Bald. in l. ne casu* 2. *num.* 2. per illum tex. *C. de discuss. lib.* 10. *& in l. Sempronius* 48. *ff. de lega.* 2. *Alex. cons.* 4. *nu.* 3. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. casu* 213. *nu.* 19 *Surd. cons.* 80. *num.* 12. *&* 13. *vol.* 1. *Paitel. expedit. ciuil.* 13. *n.* 1. *Vermigl. cons.* 395. *num.* 2. *&* 4.

5 Secùs tamen est, quando confessiones factæ fuerunt eodem tempore, vt in casu nostro, quia tunc illę probant vnitatem rei, & vnicam tantùm factam fuisse solutionem, non plures, vt tradunt *Bald. in d. l. Sempronius* 48. *nu.* 2. *ff. de lega.* 2. quem refert, & sequitur *Surd. d. cons.* 80. *n.* 13. *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 2. *de tuto. & curat. tit.* 35. *num.* 51. *in fin. Alex. d. cons.* 4. *sub num.* 4. *Rota apud Buratt. decis.* 257. *num.* 2. *vers. sed requiritur &c. & post* 1. *vol. consil. Farinac. decis.* 98. *num.* 3.

6 Quod quidem redditur magis certum in casu, de quo agitur, stantibus coniecturis idẽ suadentibus, per quas vnitatem solutionis ostendi, tenent *Surd. d. cons.* 80. *num.* 12. *Menoch. d. casu* 213. *num.* 4. *& Balth. Tomas. d. tit.* 35. *nu.* 51. *Rot. d. decis.* 98. *per tot.*

Primam autem, & quidem satis vrgentem, facit
coniecturam notoria paupertas, & decoctio d.
7 Francisci Mariæ, † qua stante, non est vllo modo
verisimile, quod ipse eadem die duas fecerit
notabilis summæ solutiones, vt in simili not.
Menoch. de præsump. lib. 3. *præsump.* 13. *nu.* 16.
& tradit *Rota apud Buratt. decis.* 108. *n.* 7. *vers.
secundò considerabatur &c.*

Secunda desumitur coniectura ex dilatione, quam
habebat Franciscus Maria ad soluendum, vt pa-
8 tet ex instrumento D. Romei, † qua stante, non
est pariter verisimile, factam fuisse solutionem
anticipatam *Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 58.
num. 44. *Rot. apud Buratt. decis.* 108. *num.* 10.
supra proximè adducta, *& in Perusina laudi* 23.
Ianuarij 1619. *coram Eminentiss. Card. Verospio,*
9 *& apud Merli. de pigno. decis.* 44. *nu.* 5. † cum
experientia doceat, homines malè libenter sol-
uere, etiam in tempore debito *Bald. in l. potuit.*
5. *in decima quæst. C. de iur. delib. Pir. Maur. de
solut. cap.* 19. *num.* 5. quæ eò magis habent lo-
cum in viro obęrato, & decocto, vt in casu no-
stro, per iura supra proximè adducta.

Tertia elicitur coniectura ex qualitate personæ ip-
siusmet Francisci Mariæ, qui est admodum du-
rus, & difficilis ad soluendum, vt patet ex in-
strumento D. Romei, in quo apparet debitor
Annonæ frumentariæ plurium annorum, & pro
tali habetur in Ciuitate Vrbini, & egomet noui,
dum per plures annos officium Prætoris, & po-
10 stea Locumtenentis in d. Ciuitate exercui, † in
negocijs autem dijudicandis Iudex maximè at-
tendere debet qualitatem personarum, vt ad-
monent *Leotar. de vsur. q.* 9. *n.* 8. *Decia. cons.* 2.
n. 83. *lib.* 1. *Rot. apud Cenc. de cens. decis.* 10. *n.* 7.

Quarta est coniectura, quia, cum appareat solutio
facta per Franciscum Mariam scutorum vigin-
ti quinque per instumentum D. Romei, vt ipse-
11 met Franciscus Maria asserit, † si alia scuta
viginti quinque eadem die fuissent soluta, de il-
lis etiam appareret pariter instrumentum, &
non fuisset contentus simplici apoca *Gratia.
discep. foren. cap.* 570. *num.* 31. *par.* 3. & post
Crauc. Rotã Bononien. & Camill. Larath. per eum
relatos tradit *D. Andreol. contro.* 135. *num.* 7.

Maximè quia, si Franciscus Maria prædictas duas
diuersarum pecuniarum quantitates eadem
die soluere voluisset, ad quid superfluè partem
per instrumentum, & partem mediante apoca
soluisset, dum vnico instrumento contentus be-
12 nè esse poterat? † verisimilitudo autem multũ
attendi debet per Iudicẽ in materia solutionum

Gratia.

Gratia. disceп. foren. cap. 224. *num.* 95. *par.* 2. in terminis *Balth. Tomaſ. d. tit.* 35. *num.* 51. *in*
13 *fin.* Rota apud Merli. *de pigno. deciſ.* 75. *in fin.*† & omnis alia interpretatio eſt facienda ad euitandam ſuperfluitatem *Surd. conſ.* 294. *nu.* 28. *& ſeq. vol.* 2. *& deciſ.* 272. *num.* 36. *Rota in Spoletana ſucceſſionis* 17. *Februarij* 1642. *coram R. P. D. Pentingerio §. quibus addebatur &c.*

14 Et eò magis hoc eſt tenendum,† cum pluralitas actuum non præſumatur, etiam ſi plura reperiantur inſtrumenta, cum de eadem re plura poſſint fieri inſtrumenta, *Craue. conſ.* 198. *n.* 1. *verſ. ſed vltra &c. Maſcar. de probat. concl. mihi*
15 1180. *nu.* 35. *lib.* 3. † & in terminis noſtris, quod ex pluralitate ſcripturarum non præſumatur pluralitas ſummarum, & ſolutionum poſt *Purpu. Burſatt. Menoch. & Pedroch.* per eum adductos, ſcripſit *Altogra. conſ.* 24. *nu.* 33. vbi dicit, hoc eſſe verum, etiam ſi adeſſet aliqua diuerſitas ſummarum, vt infra dicetur *lib.* 1. *Rot. d. deciſ.* 98. *num.* 7. *poſt* 1. *vol. conſ. Fatin.* intelligendo tamen, vt ſupra.

16 Et ideò prudens Iudex, cuius arbitrio remittitur diiudicandum, an vna, vel duæ ſint pecuniarum quantitates in pluribus apocis contentæ, vt dixerunt *Alcia. in l. triticum* 94. *in fin. ff. de verb. oblig.* & poſt eum *Menoch. de arbitr. d. caſu* 213. *num.* 4. *Ciriac. contro.* 523. *num.* 57. attentis coniecturis ſupradictis, nempè confeſſionibus ſactis eadem die, notoria paupertate, & decoctione ſoluentis, quod ſolutio aliàs diceretur facta pendente dilatione ad ſoluendum, & ſic anticipatè, ac alijs ſupra deductis, abſque dubio arbitrabitur, vnicam eſſe pecuniarum ſummam in duabus ſcripturis, videlicet inſtrumento, & apoca contentam, & ſic Notarium, cum nullum damnum dicto actori intulerit in ſuo inſtrumento, eſſe a petitis per actorem abſoluendum per iura ſupra adducta in prin.

Neque prædictis obſtat diuerſitas ſummarũ, cum in inſtrumento D. Romei agatur de ſcutis 25. &
17 in apoca D. Fabretti de ſcutis 26. † quæ facit præſumere diuerſitatem ſolutionum, *Surd. d. conſ.* 80. *num.* 14. *lib.* 1. *Ciriac. d. contro.* 523. *num.* 56. *Caren. reſol.* 76. *num.* 6.

18 Quia id procedit, quando diuerſitas ſummarum eſt notabilis, & magnæ quantitatis, & in iſtis terminis loquuntur Doct. allegati *per Surd. d. conſ.* 80. *num.* 14. *& per Menoch. de arbitr. d. caſu* 213. *num.* 11. ſecùs tamen eſt, quando diuerſitas eſt modica, vt in caſu noſtro, in quo agitur de diuerſitate quantitatis quinque, vel ſex paulorum tantùm, quia ſumma modica non conſtituit diuerſitatem actuum, tex. eſt *in l. plerique* 33. *& ibi not. Bart. & Bald. in lect. antiqua ff. de ritu nupt.* vbi in terminis noſtris ſubiungit *Bald.* quod propter celeritatem actuum præſumitur idem, & vnum factum, vt ibi per eum, & ſic vna tantùm ſolutio, vti facta eadem die, & tradunt in terminis *Pedroc. conſ.* 3. *n.* 79. *& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Altogra. conſ.* 24. *num.* 33. *lib.* 1.

19 Modicum enim, & nihil æquipatantur *Maſcar. de prob. concl.* 44. *num.* 39. *lib.* 1. *Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib.* 1. *§.* 7. *n.* 35. *& ſeq. Buttiglie. de ſucceſſ. cap.* 2. *theore.* 64. *nu.* 24. *in fin.* vbi quamplures faciunt illationes, & eſt tex. *in l. quamuis* 32. *ff. de condit. & demonſtr. & in cap. de multa* 18. *de praben.*

20 Hinc videmus, quod modica diuerſitas in teſtibus, non dicitur diuerſitas, & non infrigit teſtimonium, vt poſt *Ant. de Butr. Iaſ. Alex. Deci. & alios* per eum relatos latè comprobat *Tiraq. in tract. de iudi. in reb. exig. feren. verſ. vigeſimo octauo &c.* & poſt eum *Farinac. de teſti. quæſt.* 66. *num.* 39. identitatem autem ſummæ illius duplicationem excludere, tradit *Caren. d. reſol.* 76. *num.* 8.

Et eò magis hoc eſt dicendum, cum id potiùs per errorem D. Romei Notarij contigiſſe credendum ſit, qui ſicut errauit in non apponendo, cuiuam fuerit facta ſolutio d. ſcutorum 25. ita credendum eſt erraſſe quo ad quantitatem præciſam pecuniarum ſolutarum, maximè in tàm modica quantitate, vt ſentit etiam *Pedroc. d.*
21 *conſ.* 3. *nu.* 79. *& ſeq.* † cum error præſumatur pro Notario affirmante, ſe erraſſe, vt in terminis noſtris poſt *Soci. Deci. Maluaſ.* per eum relatos firmat *Coſta d. remed. ſubſid.* 51. *num.* 7. ex vna enim parte inſtrumenti deſumitur declaratio ad aliam, ad tex. *in l.* 1. *ff. de reb. dub.* & dicit *Rot. deciſ.* 711. *n.* 2. *par.* 2 *rec. & deciſ.* 4. *num.* 4. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& deciſ.* 150. *num.* 11. *par.* 8. *rec.*

Quibus eò magis locus eſse debet, cum in dubio pro reo ſit pronunciandũ *l. fauorabiliores* 168. *ff. de reg. iur. Barbo. axiom.* 204. *in prin. Calui de aquit. cap.* 119. *num.* 32. *lib.* 2.

Quare &c. ſaluo ſemper &c.

Et ſecundùm prædicta ſententiatum fuit in Ciuitate Vrbini per Excellentiſs. D. Locumtenentem d. Ciuitatis, abſoluendo Notarium a petitis, vt mihi renunciatum fuit de anno 1656. *Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.*

ARGVMENTVM.

Immunitas ab oneribus vt cócedatur Patri, an ſufficiat numerus duodecim filiorum, vel requiratur ſexdecim. Artifex quis dicatur, & quis Mercator. In dicto numero filiorum an computetur qui eſt in vtero. Immunitas prædicta an dicatur beneficium, vel priuilegium, & an latè veniat interpretanda.

SVMMARIVM.

1 *Pater ob numerum filiorum habet immunitatem ab oneribus.*
Et sufficit numerus duodecim filiorum, non autem sexdecim. num. 2.
3 *Immunitas concessa a Principe non extenditur ad ea, quæ comparantur ex causa Mercaturæ.*
4 *Artifex dicitur, qui emit lignamina, & mutata illorum forma, illa reuendit.*
5 Mercator *verò dicitur, qui reuendit res emptas, non mutata illarum forma.*
6 *Artificio vbi est admixta negociatio, tota dicitur negociatio.*
7 *Artifex, seù* Mercator *dicitur ille, quem talem vulgus appellat.*
8 *Fabri lignarij appellantur artifices* in l. 1. C. de excus. artif. lib. 10.
9 *Artificem a Mercatore non distinguit venditio, sed modus vendendi.*
10 *Immunitas ob numerum duodecim filiorum conceditur fauore Reipublicæ.*
Et ideò dicitur fauorabilis, & est latè interpretanda. num. 11.
12 *Immunitas ob numerum duodecim filiorum dicitur beneficium, non priuilegium.*
13 *Beneficium dicitur, quod secundùm leges conceditur, priuilegium verò, quod contra legem.*
14 *Beneficium Principis est latè interpretandum.*
15 *Immunitatibus per Principem reuocatis, non cõprabenditur immunitas ob numerum filiorum.*
Imò illam non posse reuocari, tenent aliqui Doct. ibi. num. 16.
17 *Existens in vtero computatur in numero duodecim liberorum ad consequendam immunitatem.*
Contrarium tenent aliqui Doct. ibi. n. 18.
19 *Gabellæ quod non sit locus, in dubio est pronunciandum.*
20 *Gabella est odiosa, & strictè interpretanda.*
21 *Immunitas quando est fauorabilis, eò magis est pronunciandum contra gabellam.*
22 *Immunitatis fauore in dubio est pronunciandum.*

ALLEGATIO LVIII.



Llustrissime, & Reuerendissime Domine. Magister Lucas Vandinus de Cantiano Faber lignarius, cum reperiretur habere duodecim filios ex diuersis vxoribus susceptos, instetit in Cam. Apost. sibi concedi immunitatẽ ob d. numerũ duodecim filiorum,
1 & exemptionem a gabellis, & oneribus † iuxta
dispositionem tex. in *l. si quis decurio 24. C. de decur. lib. 10. & tot. tit. C. de his, qui num. filio. se excus. eod. lib.* 10. & iuxta tradita per Doct.
& præcipuè, relictis antiquioribus, per Rolan. *cons. 52. num. 3. & seq. vol. 2.* vbi probat, d. solum numerum duodecim filiorum sufficere Patri ad obtinendam immunitatem ab oneribus, tàm personalibus, quàm patrimonialibus, non autem requiri numerum sexdecim filiorũ, vt videtur dicere tex. in *l. semper 5. §. demonstratur ff. de iur. immun.* attestans, hanc esse magis communem, Doctorum opinionem, & per *Gabr. cons. 161. num. 1. & 2. vol. 2. per Surd. decis. 123. in prin. & per Thesa. decis. Pedem. 267. num. 4.* vbi post *Bart. Angel. Bald. Ancar. Alex. Guid. Pap. Salic. Dec. Fulgo.* Ruin. *Anan. Bologn. Alcia.* Rolan. *Natt. Purpu. Panem. Osasch.*
2 & alios per eum relatos pariter probat, † d.
numerum duodecim filiorũ præstare Patri immunitatem, non autem sexdecim filiorum, tàm si Pater sit Decurio, quàm priuatus, attestans, hanc esse veriorem, magis receptam, imò receptissimam, verissimam, & æquissimam opinionem, & quod secundùm illam iudicauit semper *Senatus Pedemontanus*, vt ibi per eum, cum quo pertransit eius filius in additione ibi litera A, quam etiam opinionem, vti veriorem, & magis receptam, tàm in Decurione, quàm in priuato sequitur *Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 4. nu. 8. & seq.* alios adducens ita sentientes, quibus addo *Io Bapt. Gargiar. cons. 61. per tot. vol. 1. &* Rot. *decis. 45. num. 18. par. 7. rec. Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 50. num. 68.*

Quam immunitatem d. Magister Lucas seruatis seruandis obtinuit in Camera Apostolica iuxta petita, & ei fuit expeditum Breue in forma consueta, declarando illum immunem, & exemptum a solutione cuiuscumque gabellæ, onerum, & similium præterquam ex causa Mercaturæ, iuxta fortalse dispositionem iuris com-
3 munis, † quò immunitatem concessam a Prin-
cipe, vel lege non extendi ad ea, quæ causa negociationis comparantur, scripserunt *Felin. in cap. Ecclesia* S. *Mariæ* 10. *num.* 105. *& 106. de constit. Boer. decis. 246. sub num. 4. Natt. cons. 139. per tot.* Rolan. *cons. 71. n. 10. lib. 4.* & ita fuisse iudicatum per Senatum Pedemontanum, dicit *Adden. filius ad Thesa. d. decis. 257. litera G.* licèt ipse contrarium teneat, & dicat, re iterum proposita, contrarium fuisse iudicatum, vt ibi per eum.

Modò d. Magister Lucas, vti faber lignarius, pro sustẽtatione sui, & familię non solùm exercet d. artem in Terra Cantiani conficiendo scabella, fulmenta lectaria, scamna, & his similia ad eius artem spectantia, verùm etiam persæpè prędicta defert, ad effectum illa vendendi, ad vicinas Ciuitates, nempè Eugubium, Callium, Vrbinum, & ad alia loca, quorum delationis occasione gabellarius Calliensis prætendit d. Magistrum Lucam cogere ad soluendam gabellam

tran-

transitus per d. Ciuitatem Callij cum reous supradictis, sub quæ fico colore, quod ipse emendo lignamina, & cóficiendo ex eis scabella, mensas, scamna, & similia, illaq; deferendo ad vendendum, vt supra, dicatur Mercator, & eius ars sit mercatura, quæ in supradicto Breui ei concesso a Reu. Cam. Apostolica reperitur expressè excepta.

Iniusta tamen, & sinè aliquo iuridico fundamento reperitur prætensio Gabellarij prædicti, quia dictus Magister Lucas, vti faber lignarius, licèt emat lignamina ad effectum conficiendi scam-
4 na, scabella, fulmenta lectaria, & similia, † tamen, cum d. lignamina ipse non reuendat in eadem forma, qua fuerunt empta, sed, manibus operando, illa reducat in aliam formam conficiendo, vt dixi, ex d. rudi materia, & lignaminibus emptis scamna, mensas, scabella, & similia, ipse non dicitur Mercator, sed Artifex *cap. eijciens 88. dist.* & tradunt *Alex. & Iaf. in l. cætera 43. §. sed, & si quis ff. de lega. 1. Alcia. in l. mercis appellatio. 66. vers. indè enim, & in l. mercis appellatione 207. num 1. & 13. ff. de verb. signif. Butr. Abb. Imol. & alij in cap. fin. de vita, & honest. cler. Federi. de Sen. conf. 207. col. 1. vers. nam negociari*, vbi recensetur ita fuisse in facto iudicatum per ipsum, & alios Doct. de quibus ibi per eum *Abb. conf. 6. in fin. par. 1.* latè *Strac. de mercat. in prin. nu. 23.* alios adducens concordantes *Rola. conf. 71. num. 12. lib. 4. Prac. Archiep. Neap. cap. 63. num. 2. & seq. Farina. in fragm. crim. litera C. num. 167.* alios referens, & exemplificans in emente vimina, vt faciat canistra, in emente cartam, vt faciat libros, in emente filum, vt faciat retia, in emente trabes, vt faciat domum, & similia, & latè comprobat *Surd. decis. 313. per tot. & ibi Hodier. num. 2.* & dixit *Rota decis. 194. n. 7. par. 4. rec. tom. 2.* vbi tenet, prohibita Hæbreis mercatura, non censeri illis prohibitum conficere indumenta ex noua materia, & illa vendere, quibus addo *Barb.* post hæc scripta visum *de appellat. verb. signif. appell. 149. num. 4.* ita vt meritò dicta conclusio dici possit communiter recepta per Doctores.

5 Mercator verò dicitur, qui emit aliquas res, puta, lanam, ceram, piper, mel, & similia, & non mutata illarum forma, carius, seu aliàs illas reuendit, vt tradunt *Federic. de Sen. in d. consf. 207. loc. supra cit. Abb. in d. conf. 6. in fin. Strac. vbi supra num. & 23. Alciat. in d. l. mercis appellatio 66. circa medium, & in d. l. mercis appellatione 207. in prin. Tract. Archiep. Neap. d. cap. 63. n. 2. & seq. Farinac. in d. fragm. crim. litera C. num. 167. Surd. d. decis. 313. num. 1. & seq. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quasi. 5. nu. 1067.* cum quibus pertransire videtur *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 10. num. 13.*

6 Neque veniunt attendenda notata *per Ancar. ind. cap. fin. n. 10. & per Imol. ibi num. 13. de vita, & honest. cleri.* dum volunt, quod vbi cum artificio est admixta negociatio, tota dicatur negociatio, & ideò cum dicto artificio lignaminum sit admixta illorum venditio, d. faber lignarius dici possit Negociator, siuè Mercator, quia dictum obiectum tollitur ex communi vsu
7 loquendi, & ex publica hominum opinione, † cum ille dicatur propriè Mercator, vel Artifex, quem vulgus appellat talem, scilicet Mercatorem, vel Artificem *l. sciendum 19. §. illud ff. de edili. edict. Bart. in proem. ff. num. 10. vers. item fallit &c. Abb. in cap. 1. nu. 38. in fin. de iudi. Strac. de mercat. in prin. num. 11. & seq. Surd. d. decis. 313. num. 5.* sed fabri lignarij in Terra Cantiani, & in toto Statu Vrbini non habentur pro Mercatoribus, sed communiter nuncupantur sub nomine Artificum vulgò *Artigiani*, & cum nomine *magistri*, vulgò *mastro Luca, mastro Piero*, quo nomine soli Artifices vocantur, non autem Mercatores, vt omnibus notissimũ est, meritò pro Artificibus debent reputari, & non pro Mercatoribus, vt benè declarat *Surd. d. decis. 313. num. 5. & seq.*

8 Secundò habemus tex. ad literam *in l. 1. C. de excus. artif. lib. 10.* in quo fabri lignarij appellantur *Artifices*, & illos in puncto *Artifices* vocant *Alcia. in l. ferri 235. §. fabros nu. 3. & 4. ff. de verb. signif. Petr. Greg. Tolos. in suo syntag. lib. 18. cap. 22. n. 10. Tiraq. de nobil. cap. 34. nu. 40.* vndè cum vltra prædictos Doct. habeamus casũ legis, non est vlterius quærendum *l. ancillæ 12. & ibi glos. C. de furt. l. illam 19. & ibi Doct. nu. 1. C. de collat. Rota decis. 183. n. 11. par. 7. rec.* & aliàs si vera esset d. opinio *Ancar. & Imol.* omnes ferè Artifices numerati *in d. l. 1. C. de excus. arti. lib. 10.* videlicet Lecticarij, Quadrigarij, Fabri lignarij, Fusores, Figuli, Aurifices, Vitrarij, qui omnes solent em ere aliquam materiam rudem eorum exercitio congruentem, & mutata illius forma, illam vendere, non dicerẽtur Artifices, sed Mercatores con-
9 tra literam d. tex. quod non est dicendum, † cum non venditio distinguat Artificem a Mercatore, sed modus vendendi, quia si res venditur mutata forma, dicitur Artificiũ, si verò non mutata forma, dicitur Mercatura, vt est tex. clarus *in d. cap. eijciens 88. disti.* & declarant *Alex. Iaf. Alcia. Abb. Feder. de Sen. Tract. Archiep. Neap. Farina. Strac. Surd. & Rot.* relati *supra n. 4.* quorum sententia cum dici possit communiter recepta, vt supra dixi, parùm est curandũ quicquid dixerint *Ancar. & Imol. in d. cap. fin.*

Cum ergò d. Magister Lucas emendo lignamina, & mutata illorum forma, conficiat ex eis scamna, tabulas, & similia, non dicatur Mercator, sed Artifex, vt supra probaui, licèt illa ad alia loca

loca deferat ad effectum vendendi pro sui, & suæ familiæ subsentatione, nullo modo ab eo exigi potest aliqua gabella, iuxta concessionẽ, immunitatis eidem factam per Reu. Cam. Apostolicã ob numerum duodecim liberorum, vt in eius Breui continetur, per iura supra adducta.

10 Quod quidem eò magis est dicendum, cum d. immunitas ob numerum duodecim filiorum concedatur fauore Reipublicæ, cuius maximè interest, Ciuitatem liberis hominibus repleri *Ripa in l. ex facto 43. num. 13. ff. de vulg. & pupil. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 36. num. 2.* Rola. *cons. 52. num. 10. & seq. lib. 2. Menoch. cons. 486. num. 6. & seq. Surd. decis. 123. num. 5. Thesa. decis. 267. in fin. num. 4. Gargiar. Iun. d. cons. 61. num. 6. vol. 1. Cirac. contro. 204. num. 94.*

11 Et ideò d. immunitas est fauorabilis, &, vti talis, venit latissimè interpretanda *Ripa in d. l. ex facto 43. n. 13. Gabr. cons. 161. in prin. lib. 2. Menoch. cons. 297. num. 19. Surd. d. decis. 123. num. 6. Gargiar. Iun. d. cons. 61. num. 7. Rimi. cons. 219. num. 21. Thesa. d. decis. 267. num. 4. in fin. & ibi Adden. litera B. circa medium, & Gratia. discep. foren. cap. 17. num. 18. par. 1.*

12 Cum immunitas ob numerum duodecim filiorum dicatur beneficium, non autem priuilegium *Io. de Ann. cons. 105. in prin. Barba. cons. 44. num. 13. lib. 2,* Menoch. *d. cons. 486. n. 2.* quos refert, & sequitur *Surd. d. decis. 123. n. 6. Gabr. d. cons. 161. n. 1. & 2. Adden. ad Thesa. d. decis. 267. litera B. circa medium,* & tradit etiam *Cobel.* post hæc scripta visus *ad Bull. boni regim. cap. 50. num. 85.*

13 Et ratio est, quia quicquid secundùm leges conceditur, dicitur beneficium, priuilegium autem quod contra legem datur *l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub. Bart. in l. 1. n. 12. & 13. C. de iur. & facti ignor.* latè *Ias. in l. fin. num. 27. ff. de const. pecun. Abb. in cap. olim tibi 16. post nu. 7. de verb. signif. Alex. cons. 160. nu. 5. vol. 2.* Surd. *d. decis. 123. num. 6.*

14 Beneficium autem Principis est latè, imò latissimè interpretandum *d. l. fin. & ibi not. Doct. ff. de const. Princ.* Surd. *loc. cit. Crauc. cons. 273. num. 12. Alciat. cons. 22. num. 11. lib. 1. idem Surd. cons. 140. num. 48. & seq. lib. 1. Ciriac. contro. 291. num. 46.* in puncto *Cobel. ad Bull. bon. regim d. cap. 50. nu. 86.* ita vt nulli fræno debeat esse subiectum *Oldra. cons. 252. sub n. 6. Caph. cons. 369. num. 68. lib. 3.* Rosental. *de feud. cap. 6. concl. 74. num. 3. Ciriac. d. contro. 291. n. 47.* alios adducens concordantes, quicquid sit, quando essemus in priuilegio mero, vel in concessione contra ius cõmune, & odiosa, quæ venit strictè interpretanda ad not. plenè per *Surd. d. cons. 140. num. 48. & seq. lib. 1. per Ciriac. contro. 141. & contro. 469. per tot. & per Illustriss. Sperell. decis. 41. n. 11. par. 1.*

15 Ita vt scripserit *Alba cons. 794. num. 5. & 6.* quod, reuocatis per Principem quibuscunque immunitatibus, non censeatur reuocata immunitas ob numerũ duodecim liberorum, vti clausa in corpore iuris, cum quo concordant *Cauagnol. ad Decret. Montisferrati 72. quæst. 12. nu.*
16 *11. Gargiar. Iun. cons. 61. nu. 3. vol. 1.* † imò Principem non posse illam reuocare, cum esset auferre ius tertij a iure communi quæsitum, quod Princeps de potestate ordinaria, & sinè euidenti necessitate publica auferre non potest, scripsit *Thesa. Iun. ad d. decis. 267. vers. amplia decimo,* vbi dicit, ita per illum Senatum fuisse iudicatum.

17 Et adeò immunitas prædicta censetur fauorabilis, vt in numero duodecim filiorum computetur, etiam qui adhuc est in vtero matris, dummodò sit animatus, vt voluerunt *Turret. cons. 99. n. 69. vol. 1. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 1. glos. 4. n. 88. vers. tùm etiam &c. Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 4. n. 14. vers. filius etiam &c* vbi dicit, in dicto numero computari etiam filium natum in octauo mense, vt ibi per eum *num. 19.* qui plures adducit *Costa de retrotrac. cap 2. num. 4.* & ita seruari in Statu Mediolani, dicit Bossi. *in pract. crim. in tit. de Princ. & priuil. eius num. 155. in fin.* dummodò partus sit propè natiuitatem, vt ibi per eum, quem sequitur *Alex. Trentacinq. variar. resol. lib. 1 de iure immun. resol. 1.* cum quibus pertransire videtur *Hodier. ad Surd. d. decis. 123.*
18 *num. 7. & Cobel. in d. cap. 50. num. 84. in fin.* † licèt contrarium quo ad existentem in vtero tenuerint Rolan. *d. cons. 52. num. 6. lib. 2.* alios adducẽs antiquiores, cum quo pertransit *Thes. d. decis. 267. num. 8. in fin.* dicens, apud eos ita seruari in practica.

19 Quæ omnia tantò magis locum habere debeut, quia in dubio pronunciandum est contra prætendentem gabellam *Laderch. cons. 38. n. 7.* alios referens, & post *Bart. Anear. Ang. Corn. Ias. & Deci.* per eum adductos tradit *Crau. cons. 234. nu. 17. Gratia. discep. foren. cap. 17. n. 17. & seq. par. 1.*

20 Cum gabella sit odiosa, & ideò strictè interpretanda, vt tradunt *Bald. in l. contractus 16. post num. 1. C. de fid. instru. Ias. in l. 1. num. 7. ff. si ex. noxal. cau. aga. Deci. cons. 457. num. 7. & 8.* Roln. *cons. 42. nu. 25. vol. 3.* latè *Ludou. concl. 15. vers. sed ista nec videntur &c. Laderch. d. cons. 38. num. 7. Surd. decis. 305. num. 4. Crauc. d. cons. 231. in fin. Bossi. in prac. in tit. de vectigal. num. 10. Caroc. decis. 99. in fin. Gratia. d. cap. 17. num. 18. & seq.* vbi testatur, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, quicquid olim de illa dubitaretur, & idem tradit *cap. 777. in fin. par. 4.* & latè comprobat

Paitelli.

Paitell. ad expedit. ciuil. sui Patris 49. *num.* 16. *& seq.* Vbi testatur, hodiè hanc esse communem opinionem *Marese, var. resol. lib.* 2. *cap.* 108. *in fin. Merlin. de pign. lib.* 4. *quæst.* 168. *num.* 4. quicquid contrarium tenuerit *Rimo Iun. conf.* 72. *num.* 34. *& seq.* de quo non parùm miratur *Surd. d. decis.* 305. *num.* 45.

21 Quod quidem redditur manifestum in casu nostro, in quo d. immunitas ob numerum duodecim filiorum est fauorabilis, vt probaui *supra num.* 11. quo casu in dubio esse pronunciandum contra prætendentem gabellam, indubitati iuris esse, scripserunt Bart. *in l. si pupillus* 21. *num.* 3. *ff. ad leg. falci. Deci. conf.* 457. *num.* 7. *&* 8. Becc. *conf.* 96. *num.* 19. *Surd. decis.* 305. *num.* 44. *& conf.* 307. *num.* 21. *vol.* 3. qui loquuntur in omni immunitate, *Ciriac.* alios adducens *contro.* 141. *num.* 58. † & pro immunitate esse sententiandum, tradunt *Osasch. decis.* 95. *nu.* 18 *Adden. ad Thesau. decis.* 267. *litera B. circa medium Grat. conf.* 61. *num.* 55. *lib.* 1. *Pancirol. conf.* 158. *n.* 13. cum alijs, quos refert, & sequitur *Ciriac. d. contro.* 141. *num.* 59. *& contro.* 222. *num.* 17.

22

Quare &c. saluo semper &c.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D.D. Thesaurarius Generalis, visa hac allegatione, mandauit, dictum Magistrum Lucam pro dicta gabella non molestari per gabellarium Calliensem. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Causa si sit commissa cum clausula *si quid exequendum*, antequam ad executionem deueniatur, an prius sit cognoscendum, an executioni sit locus, & an id debeat cognosci ex eisdem actis. Vniuersitas, vel Annona quando obligetur ex facto alterius. Mandatum relaxatum contra nō obligatum, vel in vim viæ excutiuæ, dum agendum erat ordinariè, vel pro summa indebita, quando sit nullum, & non exequibile. Officialis contrahens ratione officij quando teneatur de proprio, & possit exequi contra eum pro debito Vniuersitatis. Exceptio implementi quando obstet in contractu vltrò, citròque obligatorio, & obligatio conditionalis quando obliget ante conditionis implementum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* si quid exequendum *licèt præseruet viā executiuam, illam tamen suspendit, ita vt, quatenùs executioni sit locus, illa sit decernenda per Iudicem ad quem.*

Cum dicta clausula habeat implicitam conditionem, quatenùs de iure sit exequendū. n. 2.

Vndè nec mirùm, si prius cognoscendum sit, an executioni sit locus. num. 3.

4 *Clausula* si quid exequēdum *stante, prius cognoscendum est super exceptionibus oppositis.*

5 *Clausula* si quid exequendū *stante, potest ad impediendam executionem doceri de iniustitia sententiæ ex nouiter deducendis.*

Quod procedit ex parte Rei, quia Actor non potest iustificare sententiam ex nouiter deducēdis. num. 6.

Nisi tamen nouæ fierent probationes per reum num. 7.

8 *Officiali attestanti de pertinentibus ad eius officium est omninò standum.*

9 *Libris publicis fides est adhibenda.*

10 *Sigillo publico creditur.*

11 *Nemo potest obligari ex facto alterius.*

12 *Vniuersitati non potest præiudicium fieri per particulares.*

13 *Vniuersitas aliud est, aliud singuli de Vniuersitate.*

14 *Factum vnius alteri nocere non debet.*

15 *Actio non datur contra eum, cum quo nullus contractus, vel quasi celebratus fuit.*

16 *Mandatum relaxatum contra non obligatum est nullum, spoliatiuum, & non exequibile.*

17 *Officialis quando possit obligare Annonam remissiuè.*

18 *Via executiua non datur contra non nominatos in instrumento.*

Maximè non probato, illos esse tales, puta, hæredes, successores &c. num. 19.

20 *Mandatum est nullum, & non exequibile, si sit actum executiuè, & agendum erat ordinariè.*

21 *Via executiua non datur vigore obligationis cameralis, illa non extensa.*

22 *Executio pro debito Vniuersitatis non est facienda cōtra illius Administratores, nisi in subsidiū quatenùs sint morosi in soluendo de bonis Vniuersitatis, vel in imponendo collectam.*

23 *Officialis contrahens sub nomine officij non tenetur soluere de proprio.*

24 *Minister nudus non debet sentire commodum, neque incommodum.*

25 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

26 *Officialis in dubio censetur contraxisse nomine officij.*

27 *Exceptio non implementi impedit exercitium actionis, & illius exequutionem.*

28 *Agens ex contractu vltrò, citròque obligatorio tenetur probare, se prius impleuisse pro eius parte.*

29 *Exceptio implementi habet locum etiam stante iuramento.*

Et stante obligatione camerali num. 30.

Et stante statuto tollente omnes exceptiones num. 31.

Cum

Cum illa nunqnam censeatur sublata. n. 32.

33 *Mandatnm relaxatum pro illo, qni tenetur implere, non docto de implemento, est nnllum, & non exeqnibile.*

34 *Implementi probandi onus spectat agenti.*

35 *Promissio qnælibet continet conditionem, si sibi obseruetur fides.*

36 *Intimatio facta coram Iudice incompetenti est nulla ex defectu iurisdictionis.*

37 *Fornm sortitur ratione contractus ibi, si inueniatur, & non aliter.*

38 *Citatio, quando agitur de re granis præiudicij, est facienda personaliter, non autem domi.*

39 *Exceptio implementi obstat, etiam si in minimo quis deficiat.*

40 *Adimplere non dicitur, qui non adimplet formaliter.*

41 *Mandatum relaxatum pro indebito, vti excessiuũ, est nullum in totum.*

42 *Oblatio verbalis non suffragatur, sed debet esse realis.*

43 *Facto vbi opus est, verba non sufficinnt.*

44 *Conditionalis promissio non obligat ante aducntum conditionis.*

45 *Conditionis implementum probandum est per agentem ex contractu conditionali.*

46 *Executiuè agi nõ potest ex contractu cõditionali.*

47 *Mandatum relaxatum pro obligatione conditionali, non impleta conditione, non est exeqnibile.*

48 *Conditionalis contractus executio fieri non potest, nisi liqneat Iudici de purificata conditione.*

ALLEGATIO LIX.



Xcellentissimi Domini. In causa Annonæ Terræ Cantiani in gradu appellationis commissa DD. VV. Excellentiss. cum Clausula *si quid exeqnendum* &c. † antequam ad
1 aliquam executionem faciendam procedi valeat, priùs cognoscendum est, an executioni relaxatæ sit locus, nec ne, cum d. clausula *si quid exequendum*, licèt prælcruet viam executiuam, illam tamen suspendat, ita vt quatenùs executioni sit locus, sit illa decernenda per Indicem ad quem, vt docuernnt *Gratia. discep. foren. cap. 41. n. 20. & seq. par. 1. & cap. 958. n. 3. par. 5. Posti. de manut. obser. 12. n. 145. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 121. n. 17.* latè *Adden. ad Buratt. decis. 231.* litera *A. & decis. 650. litera A. Barbo. de claus. claus. 169. num. 2. et seq. Theod. Rnb. in sing. Rot. Rom. tom. 2. de claus. claus. 775. n. 11.* Rota *apud Cenc. de cens. decis. 79. num. 2. & decis. 87. num. 1. & apnd Zacchi. de oblig. camer. decis. 54. nu. 3. & apud Bnratt. decis. 650. n. 2. et apnd Coccin. decis. 216. num. 3.* & alibi passim.

2 Cum d. clausula habeat implicitam conditionem, quatenùs de iure aliquid sit exequendum
Ias. in l. causas 16. num. 7. C. de transact. Pacif.
de salnia. inspec. 4. cap. 4. nu. 7. Barbo. d. clau.
169. nu. 5. Marescot. d. cap. 121. n. 18. Thed.
Rube. *d. claus. 775. num. 7. Adden. ad Buratt.*
d. decis. 650. litera A. Rot. *apud Pacif. de salnia.*
3 *decis. 16. nn. 1. 2. & seq.* † & ideò nec mirum,
si priùs cognoscendum sit, an executioni sit locus, antequam ad illa procedatur *Lancell. de*
atten. par. 3. cap. 30. num. 34. & seq. Hond.
cons. 29. num. 24. lib. 2. Barbo. d. clau. 169.
nu. 5. Adden. ad Buratt. d. decis. 650. litera A.
Rota decis. 487. num. 7. & decis. 423. num. 1.
4 *par. 3. diuer.* † ac etiam cognoscendum sit priùs
super exceptionibus oppositis *Hond. d. cons. 29.*
num. 24. Marescot. *d. cap. 121. nu. 18. Adden.*
ad Buratt. d. decis. 231. litera A. Pacif. de salnia.
d. inspec. 4. cap. 4. num. 9. Rota *d. decis. 487.*
num. 7. & benè prædicta declarat eadem Rota
in Romana *pecuniaria* 23. *Martij* 1648. *coram*
R. *P. D. Meltio. post prin.*

5 Ita vt pro parte d. Annonæ possit, ad effectum impediendi d. executionem, doceri de iniustitia d. sententiæ non solùm ex eisdem actis, sed etiã ex nouiter deducendis, vt benè declarant *Marescot. d. cap. 121. num. 21.* vbi plures adducit Rotæ decisiones *Adden. ad Buratt. d. decis. 231. litera A. & d. decis. 650. litera A. Barbo. d. clau. 169. num. 8. in fin. Pacif. de salnia. d. inspect. 4. cap. 4. nn. 11. Rota apud Pacif. de salnia. decis. 64. num. 3. & decis. 260. num. 5. & apud Cocci. decis. 56. num. 5. & in dicta* Romana *pecuniaria §. qnia de contrario &c.*

6 Licèt id non liceat actori, qui petendo executionẽ sententiæ tenetur iustificare illius iustitiam ex eisdem actis tantùm, vt tradunt *Marescot. d. cap. 121. num. 20. Adden. ad Buratt. d. decis. 231. & d. decis. 650. Barbo. d. clau. 169. num. 8. & seq. Pacif. d. cap. 4. num. 10. Theod. Rnb. d. claus. 775. num. 2. & claus. 95. §. 5.* Rota *apnd Pacif. de salnia. decis. 64. num. 1. & seq. & decis. 162. num. 1. & decis. 260. num. 4. & apud Zacchi. de oblig. cam. decis. 136. nu. 1. & seq. & apnd Card. Caualer. decis. 165. nu. 4. & decis. 173. num. 1. & decis. 414. num. 1. & decis. 142. num. 1. par. 1. & decis. 287. num. 6. par. 2. recen.*

7 Nisi tamen nouę fierent etiam per Reũ probationes, quia tunc non denegatur actori vti nouis iuribus ad elidendum d. probationes iam factas, vt benè declarant *Adden. ad Buratt. d. decis. 231. in fin. & d. decis. 650. pariter in fin. & Adden. ad Greg. XV. decis. 581. nu. 12.* qui alios cumnlant ita sentientes *Theod.* Rube. *d. claus. 775. num. 4. & 5.* Rota *apud Zacchi. de oblig. camer. decis. 145. num. 11.*

In casu autem, de quo agitur, clari iuris est, executioni

tioni relaxatæ non esse locum ex pluribus, & primò, quia instrumentum emptionis frumenti exaduerso in iudicio exhibitum fuit celebratum per q. D. Iosephum Pacium, qui de anno 1651. & sic tempore celebrati instrumenti non erat Præfectus Annonæ, nec officialis ipsius Annonæ, vt constat apertè ex attestatione Cancellarii Communitatis d. Terræ in iudicio pro-
8 ducta, † cui attestanti de his, quæ ad eius officium spectant, omninò est standum *Bart. in l. 2. C. de ponder. & aur. illat. lib. 10. Ruin. cons. 56. num. 5. vol. 1. Tomat. decis. Marcb. 55. num. 26. Ciriac. contro. 418. num. 16. Rota decis. 525. n. 5 par. 2. recen. & decis. 64. num. 10. par. 6. & decis. 98. num. 6. & 7. par. 7. recen. & apud Duran. decis. 196. num. 6. & in Bononien. aggregationis ad Collegia. 13. Nouembris 1641. corā Reuerendiss. D. Merlino Decano §. non obstāte &c.*
9 Maximè cum d. attestatio sit extracta ex libris publicis, quibus regulariter fides adhibetur, vt post *Bart. & alios in l. quadam 9. §. nummularios in fin. ff. de eden. & Crau. cons. 549. num. 2.* per eum relatos scribit *Genn. de scrip. priu. lib. 4.*
10 *de libro Ciuitat. in prin.* † & munita sit sigillo d. Vniuersitatis, cui vti, publico fides est adhibenda *Bald. in l. si qua per calumniam 22. in fin. C. de Episc. & Cleri. Mascar. de probat. concl. 990. num. 2. vol. 2. & concl. 1309. num. 44. versiculo sexto &c. vol. 3. Menoch. de arbitr. casu 113. n. 8. Paitell. exped. ciuil. 42. n. 4. & 5.*
Ex quo sequitur, quod d. D. Pacius non potuerit obligare d. Abbundantiam, siuè Annonam, cum regula sit vulgaris, quod nemo possit obligari ex facto alterius *l. si vnus 28. §. ante om-*
11 *nia ff. de pact. l. si quis in suo 33. §. legis C. de inoff. testam. Capb. cons. 334. num. 44. lib. 3. Michal. de fratr. par. 2. cap. 48. num. 24.* latè *Cartar. de pæn. innocen. art. 1. num. 46. & seq.*
12 † Nec a particularibus possit præiudicium fieri Communitati *l. sicut 7. §. 1. ff. quod cuiusq. vniuer. nom. Felin. in cap. cum te 7. num. 38. de rescript. Cartar. d. art. 1. num. 60 Gratia. decis. Marcb. 93. num. 13. Paitell. ad exped. 53. sui Patris nu. 35. Rota apud Card. Manti. decis. 17. num. 15. & apud Buratt. decis. 285. num. 4. & ibi Adden. & decis. 312. num. 10. & decis. 762. in fin. par. 3. recen.* cum quibus pertransit *Post. de manut. obser. 26. num. 19.*
13 Cum aliud sit Vniuersitas, aliud singuli de Vniuersitate *d. l. sicut 7. ff. quod cuiusq. vniuer. nomi.* & tradunt *Gabr. comm. concl. quod cuiusq. vniuer. nomi. concl. 1. num. 6. Post. de manut. d. obser. 36. num. 18. Paitell. ad d. exped. 53. sui Patris n. 15. Rota apud Buratt. d. decis. 285. num. 4. & apud Merlin. de pigno. decis. 18. in prin.* & aliud sit factum singulorum de Vniuersitate, aliud autem sit factum ipsius Vniuersitatis *Federic. de Sen. cons. 15. in prin. Gabr. d. concl. 1. n. 6. & seq. Rota decis. 762. in fin. par. 3. rec.*
14 Factum autem vnius alteri nocere non debet, argumento *l. id quod nostrum 11. ff. de reg. iur. & not. Surd. cons. 12. num. 29. vol. 1. & decis. 102. num. 1. Barbo. axiom. 93. num. 21. Rota decis. 394. num. 21. par. 5. recen. & decis. 431. num. 9. par. 5. rec. lib. 2.* & facto alterius nemo debet prægrauari *d. l. si quis in suo 33. §. legis C. de inoff. testam. Surd. cons. 173. n. 84. vol. 2. Barbo. d. axiom. 193. num. 21.*
15 Et ideò actio non datur contra eum, cum quo nullus contractus, vel quasi celebratus fuit *Gabr. cons. 146. num. 1. & cons. 155. num. 9. vol. 1. Rota decis. 205. num. 3. par. 1. & decis. 77. nu. 5. par. 6. recen. & apud Merli. de pigno. decis. 99. n. 26. & apud Zacch. de oblig. camer. decis. 81. in prin.* quibus addo *Rot. Gennen. Mercat. decis. 14. num. 31. & Aldoni. cons. 75. num. 1. & seq.*
16 Mandatum autem relaxatum contra non obligatum est nullum, spoliatiuum, & non exequibile *Posti. de subhast. inspec. 50. num. 9. & inspec. 61. n. 20. Rota decis. 323. in prin. par. 5. & decis. 229. num. 15. par. 7. recen. & apud Merlin. de pigno decis. 130. n. 5. & 6. & apud Posti. de subhast. decis. 69. num. 40.*
Secundò, quia supposito, citra veri præiudicium, quod d. D. Pacius fuisset Præfectus Annonæ, prout verè non erat de tempore celebrationis instrumenti emptionis frumenti cum d. D. Fœ-
17 lice, vt supra probaui, † ac etiam, quod, vti talis, potuerit obligare d. Annonam, quod tamen non transit sinè difficultate ad not. *per Gratia. decis. Marcb. 93. nu. 1. & seq.* & præcipuè *nu. 11. & discep. foren. cap. 279. num. 6. par. 2. & per Paitell. ad exped. ciuil. sui Patris 53. n. 34. & per Rot. apud Posti. de manut. decis. 331. n. 3. & 4.* maximè absente suo Collega, vt aduertit idem *Gratia. d. decis. 93. num. 18. & 19.* tamen cum ipse in d. instrumento emptionis frumenti promiserit pro se, & Collega in officio tantùm, vt ex eodemmet instrumento est videre, & successores in officio non nominauerit, non potuit D. Fœlix aduersarius agere contra Præfectos
18 Annonæ successores via executiua, † quæ nō datur contra non nominatos in instrumento, pro vt ipse fecit, petendo executionem d. instrumenti contra eos, sed agendum erat ordinariè *Afflic. de execut. instrum. §. 1. cap. 72. num. 1. Achill. Person. de adipisc. possess. num. 408. vers. neq; ratione &c.* quos refert, & sequitur *Cenc. de cens. quæst. 92. num. 22. Zacch. de oblig. cam. quæst. 5. n. 14.* vbi loquitur de obligatione camerali latè *Graff. de except. in prælud. n. 215.* quamplures referens ita sentientes *Caroc. de excuss. par. 1. quæst. 10. decima quæst. prin. nu. 35. Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis. 81. in prin. & decis. 136. num. 6. & apud Cenc. de cens. decis. 254. num. 2.*

num. 2. & apud Buratt. decis. 574. num. 2. & ibi Adden.

19 Maximè non liquidato, illos esse tales, vt in simili de hæredibus tradunt Boer. decis. 10. n. 2. Rolan. conf. 20. num. 15. & seq. vol. 1. Foller. in pract. censual. in verbo tanquam num. 14. Cenc. de cens. quæst. 95. num. 13. & quæst. 96. num. 5. Gallef. de oblig. camer. quæst. 4. in fin. & ibi etiā Zacch. num. 4. Rota. decis. 939. n. 4. par. 6. rec.

20 Quando autem est actum via executiua, & agendum erat ordinariè, iudicium est nullum, & mandatum non est exequibile Mangil. de subhast. quæst. 195. num. 4. Posti. in eod. tract. de subhast. inspect. 61. nu. 2. & in tract. de manut. obseru. 12. num. 77. Rota decis. 56. n. 4. par. 2. recen. & apud Merlin. de pigno. decis. 96. num. 9. & apud Posti. de manut. decis. 54. num. 11. & decis. 618. num. 5.

Neque obstat, quod vigore obligationis Cameralis videatur, quod possit agi executiuè, etiam contra successores, vt habetur in nouella formula obligationi cameralis, de qua per Zacch. in dicto tract. de oblig. cam. in prin. quia, quicquid de

21 prædictis dici possit, † certum est, viam executiuam non dari vigore obligationis cameralis, illa non extensa, quod non fuit factum in casu nostro Amat. decis. 91. n. 23. Gallef. de oblig. camer. quæst. 34. num. 2. & ibi Zacch. num. 3. Marches. de commiss. appell. a camer. oblig. cap. 16. num. 74. Salust. in pract. A. C. lib. 1. cap. 29. Rota apud Zacch. de oblig. camer. decis. 39. in prin. & in Regien. seu Salernitana bonorum 13. Iunij 1642. coram R. P. D. Peutingerio §. patet autem &c. & ante eos scripsit Gratia. discept. foren. cap. 68. num. 41. par. 1.

Tertiò d. mandatum executiuum est nullum, spoliatiuum, & non exequibile, cum illud fuerit relaxatum simpliciter contra personas dd. Præfectorum Annonæ in officio successorum, & eorum bona propria, contra quos relaxari non poterat, etiam si ipsi contraxissent cum d. Ad-

22 uersario, & competeret via executiua, † cū pro delicto Vniuersitatis, siuè Annonæ executio non sit facienda contra illius Administratores, nisi in subsidium, & per viam grauatoriæ, quatenus ipsi sint morosi in soluendo de bonis Vniuersitatis, & Annonæ, vel in imponendo Collectam ad d. effectum soluendi, assignato eis ad id faciendum competenti termino, & non aliàs, vt voluerunt Bald. in l. etiam 5. num. 19. C. de execut. rei iudi. Garzi. de expen. & melior. cap. 20. n. 4. Mansou. de caus. execut. ampl. 3. n. 29. Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 7. defin. 5. n. 2. Bobadil. in sua Politi. tom. 2. lib. 2. cap. 8. n. 78. quos referunt, & sequuntur Adden. ad Buratt. decis. 916. n. 10. & seq. & Rota decis. 143. n. 15. & seq. par. 6. recen. & decis. 276. per tot. apud Post. de manut. & decis. 117. num. 2. & seq. apud eodem Posti. de subhast. & ante eos latè tuetur Felicia. de cens. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 8. versiculo. Ego verò &c.

23 Officialis enim, & Administrator Vniuersitatis, vel Annonæ contrahens sub nomine officii non obligatur, nec tenetur soluere de proprio, sed tantùm de bonis Vniuersitatis, vel Annonæ, & similium Doct. in l. procurator qui 67. ff. de procur. Bart. in l. 1. num. 1. C. credit. euict. pign. non debe. Paris. cons. 78. num. 34. & seq. vol. 1. Boer. decis. 80. n. 3. & 5. latè Surd. eo. cons. 19. num. 11. lib. 1. & cons. 183. num. 48. vol. 2. Pattell. expedit. 99. num. 9. Card. Mant. de tacit lib. 3. tit. 10. n. 28. 29. & seq. Mangil. de euict. quæst. 188. num. 8. latè Balth. Tomas. in suis tract. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 19. cap. 63. num. 4369. & num. 4397. Rota decis. 323. & decis. 392. num. 36. par. 5. recen.

24 Et nudus Minister, prout est Præfectus Annonæ, non debet sentire neq. com nodum, neque incommodum l. si quis Titio 17. in prin. & l. si quis putans 6. §. siuè autem ff. commu. diuid. Gratia. discep. foren. cap. 543. in fin. par. 3. Ciriac. contro. 545. num. 48.

25 Cum officium suum nemini debeat esse damnosum l. sed, & si quis ex signatorib. 7. ff. quemad. testam. aper. l. inter officium 55. ff. de rei vendic. l. post legatum 5. §. Aduocatum ff. de his quibus, vt indign. l. videlicet 29. ff. ex quibus caus. maio. cum alijs relatis per Surd. d. cons. 19. n. 12. & per Pattell. d. expedit. 99. num. 11. & tradit etiam Thoma. decis. Marcb. 14. n. 28. nec non Barbo. axioma. 167. in prin. & in puncto tradit Felic. d. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 8. vers. secundò si administratores &c.

26 Prout in dubio ratione officij præsumitur quis contraxisse. Anear. cons. 22. num. 2. Surd. cons. 19. num. 24. Ladereb. cons. 36. num. 10. Balth. Tomas. d. cap. 63. num. 4370. Mangil. de euict. quæst. 188. n. 2. & 13. et Rot. dict. decis. 323. num. 8 viden.

Quartò, quia d. D. Fœlix venditor promisit, d. frumentū prius conducere suis sumptibus ad Terram Peegulæ, vt appaeet ex ipso Instrumento ibi Conductum ad Terram Pergulæ sumptibus ipsius venditoris, & cursus ibi Conuengono, che il grano sia condotto alla Pergola, vndè d. venditor, vt posset obtinere in iudicio per eum moto contra dd. Præfectos Annonæ Terræ Cāstiani, tenebatur probare d. implementum ex parte sua, aliàs ei obstat exceptio implementi

27 non sequuti, † quæ impedit exercitium actionis, & illius executionem l. Iulianus 14. §. offerri ff. de actio. empt. Crauet. cons. 151. sub n. 10. Pattell. ad exped. ciuil. 7. sui Patris in prin. Gratia. discep. foren. cap. 307. num. 25. par. 2. & cap. 725. in prin. par. 4. & cap. 851. in prin. par. 5. Graff. de except. except. 13. n. 47. Mangil. de euict.

de euict. quæst. 91. num. 26. & 27. D. Andreol. Contro. 234. n. 5. Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis. 145. num. 8. & decis. 85. num. 11. & seq. par. 4 recen. tom. 2. & apud Buratt. decis. 286. num. 2. & decis. 400. num. 2. & apud Cenc. de cens. decis. 479. num. 7. & decis. 136. num. 12. par. 5. recen. Rota *March. in d. Fanen. prædij 22. Aprilis 1637. coram R. P. D. Centofloreno in prin.* & in puncto, quod antequam emptor ad aliquid teneatur, debeat priùs præcedere conductio frumenti in loco destinato post *Rot Genuen. decis. 144. num. 13.* per eam relatam tenuit explicitè Rota *in* Romana *graui 13. Nouembris 1641. coram R. P. D. Cerro §. eòque minus &c.* omninò videnda.

28 In contractibus enim vltrò, citròque obligatoriis ille, qui prius agit, tenetur probare, se ex parte sua impleuisse omnia per eum ad implenda *d. l. Iulianus 14. §. offerri, & ibi not. Bart. & alij ff. de actio empt. l. quæro 54. §. inter locatorem,* & ibi not. pariter *Bart. num. 1. ff. loca. Alex. cons. 49. nu. 4. lib. 2. Ceph. cons. 407. nu. 18. lib. 3. Crauet. cons. 151. n. 8. & seq.* Mascar. *de prob. concl. 1394. n. 7. lib. 3. Gratia. discep. foren. cap. 301. n. 8. & seq. par. 2. & cap. 725. in prin. par. 4. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 1070.* latè *Ciriac.* in terminis nostris *contron. 546. nu. 39.* Rota *apud Cenc. de cens. decis. 262. num. 2. & apud Duran. decis. 146. num. 1.*

29 Quæ exceptio implementi non sequuti habet locum, etiam stante iuramento in contractu apposito *Rolan. cons. 6. nu. 18. & 19. & cons. 53. num. 30. vol. 1. & cons. 69. num. 11. vol. 4. Mascar. de probat. d. concl. 1394. nu. 20. vol. 3. Graff. de excep. d. except. 13. nu. 40.* latè *Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 1077.* alios quamplures adducens ita sentientes, *Ciriac. d. contro. 546. num. 45.*

30 Et stante obligatione camerali, cuius executionem illius exceptionem impedire, scripserũt *Castraca. de societ. cap. 69. n. 3. Pacif. de saluia. inspec. 2. cap. 2. num. 361. & inspec. 5. cap. 1. num. 157. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 121. num. 92. Gratia. discep. foren. cap. 273. nu. 19. & cap. 301. nu. 13. & seq. par. 2. & cap. 740. nu. 43. par. 4. Zacch. de oblig. camer. quæst. 17. num. 47. Gait. de credit. d. cap. 3. tit. 1. num. 1077.* alios referens, *Hodier. ad Surd. decis. 260. num. 7. Rota apud Greg. XV. decis. 261. num. 3. & apud Zacch. de oblig. camer. decis. 14. nu. 2. & decis. 113. num. 15.*

31 Ac etiam stante statuto tollente omnes exceptiones Mascar. *de proba. concl. 890. num. 5. vol. 2. & concl. 1394. num. 21. vol. 3. Graff. d. excep. 13. num. 37.* vbi quamplures adducit Doct. ita sentientes *Paitell. ad d. expedit. 7. sui Patris num. 2. Pacif. de saluia. inspec. 5. cap. 1. n. 165. Marescot. var. resol. d. cap. 121. nu. 94. Gait. de credit. dict. cap. 3 tit. 1. num. 1077. Scacc. de iudi. caus. ciuil. lib. 1. cap. 63. sub n. 1.*
32 *Mangil. de euictio. d. quæst. 91. nu. 27.* † cum illa nunquam cẽseatur sublata *Crauet. cons. 151. num. 10. Mascar. de probat. d. concl. 1294. nu. 22. vol. 3.* quamplures adducens concordantes *Adden. ad* Rot. *decis. 542. num. 29. par. 4. rec. tom. 3. Rota apud Duran. decis. 400. num. 6.*

33 Mandatum autem relaxatum ad fauorem illius, qui tenebatur implere pro parte sua, non docto de implemento, est pariter nullum, spoliatiuum, & non exequibile *Posti. de subhast. inspec. 61. num. 25.* Rot. *decis. 464. in fine par. 2. recen.*

34 Onus autem probandi implementum, saltem causatiuè ad effectum agendi ad pretium, incũbit ipsi agenti, cum parti, cui est implendum, sufficiat negare *Crauet. cons. 192. n. 15. Mascar. de probat. concl. 890. in prin. vol. 2. & concl. 1394. num. 2. & seq. vol. 3. Graff. de except. d. except. 13. num. 51. Magon. decis. Lucen. 11. num. 8. & seq. Hodier. ad Surd. decis. 260. n. 10. Adden. ad Grego. XV. decis. 139. n. 6 & decis. 261. num. 7.* Rota *decis. 270. n. 3. in fin. par. 3. recen. & decis. 293. num. 1. par. 4. rec.*

35 Quælibet enim promissio in se continet conditionem, si sibi obseruetur fides *cap. 3. de iureiur. glos. in cap. quemadmodum 25. in verbo* conditio. *extra cod. tit de iureiur.* Rolan. *cons. 53. num. 27. vol. 1.* Mascar. *de prob. concl. 890. num. 2. vol. 2. & concl. 1394. num. 12. vol. 3. Ciriac. d. concl. 546. num. 53.*

Neque vllum potest fieri fundamentum super intimatione facta per d. D. Fœlicem venditorem ad valuas Palatij Terræ Pergulæ de tradendo frumentum per eum promissum, & per se non stare &c. ex pluribus, & primò, quia illa fuit facta coram D. Prætore Terræ Pergulæ Iudice incõpetenti Præfectorum Annonæ Terræ Cantiani,
36 vndè est nulla, vt habetur *tot. tit. C. si a non cõpeten. Iud. Vant. de null. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. in prin. & num. 33. & num. 100. Paitell. exped. ciuil. 34. num. 2. Scacc. de sent. & re iud. glos. 7. quæst. 1. num. 10.* alios addu-
37 cens concordantes, † etiam si attendamus locum contractus Pergulæ celebrati, cum ibi non sortiantur forum, nisi cõtrahentes ibi inueniantur *cap.* Romana *1. §. contrahentes de foro competen. in 6. Ias. in l. 1. num. 2. ff. ubi eo, quod certo loco Rolan. cons. 26. num. 31. & seq lib. 2. Andre. Gail. pract. obser. lib. 2. obseru. 36. n. 14.* vbi testatur de communi opinione, & post *Castr. Lap. Roma. Soc. Felin. Ias Curt. Iun. Ruin. Bero. Soc. Iun.* Rolan. *& Ancar.* per eum relatos tradit *Surd. cons. 106. num. 16. vol. 2. Paitell. expedit. ciuil. 34. n. 15. Gratia. discep. foren. cap. 868. num. 12. par. 5. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 30. in fin. Gait. de cred. cap 2. tit. 7.*

num. 2570. *et seq.* ac etiam si attendamus obli-
gationem cameralem, cuius vigore requiritur
citatio, vel personalis, vel domi dimissa copia
in partibus, vbi citatus degit executa, & non
alias, vt declarat *Salust. in pract. A. C. lib.* 1.
cap. 31. *in prin.*

38 Secundò, quia cum in dicto casu ageretur de
re grauis præiudicii d. intimatio in omnem ca-
sum fieri debebat personaliter, non autem ad
domum, & eò minus ad valuas Palatij Terræ
Pergulæ *cap. causam* 3. *& ibi Abb. num.* 5. *et* 6.
de dolo, et contum. Mathesil. singul. 132. *nu.* 6.
Gratia. discep. foren. cap. 829. *n.* 8. *et cap.* 987.
nu. 11 *par.* 5. *Io. Bapt. Gargiar. cons.* 48. *n.* 5.
lib. 2. *Rot. apud Zacchi. de societ. decis.* 7. *n.* 6.
et decis. 229. *num.* 10. *et seq. par.* 7. *recen. et in*
Romana census, seù depositi 27. *Iunij* 1644. *coram*
R. P. D. Bichio vers. non obstat etc.

Tertiò, quia in d. intimatione habetur, quod d.
venditor conduxerat ad Terram Pergulæ sal-
mas duodecim frumenti tantum, cum teneretur
vigore suæ promissionis illuc conducere salmas
octuaginta circiter, vt ex instrumento videre
est, vndè d. intimatio non probat implemen-
tum, cum non dicatur quis implere, nisi in
39 totum adimpleat, † exceptio enim implemen-
ti obstat etiam, si in minimò quis deficiat *Bald.*
in l. iuris gentium 7. *§. pacta conuenta sub n.* 1.
ff. de pact. Mascar. de probat. d. concl. 1394.
num. 25. *vol.* 3. *Grass. de except. d. except.* 13.
num. 39. Rolan. *cons.* 53. *num.* 29. *vol.* 1. *Surd.*
cons. 52. *num.* 35. *vol.* 1. *Hond. cons.* 86. *n.* 16.
vol. 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 273. *num.* 19.
par. 2. *Ciriac. d. controu.* 546. *num.* 41. *Rota*
apud Greg. XV. decis. 261. *num.* 3. optimè *Rota*
March. in d. Fanen. prædij post prin.

40 Adimplere enim non dicitur, qui non adim-
plet formaliter *Milanen. decis.* 4. *n.* 100. *lib.* 2.
Grass. d. except. 13. *num.* 46. *Ciric. d. controu.*
546. *num.* 44.

Et quatenùs fortasse d. Aduersarius potuisset age-
re in iudicio contra dictos Præfectos Annonę
pro dictis salmis duodecim frumenti, de qui-
bus in d. intimatione, tamen cum ipse egerit
pro tota quantitate, & pro tota quantitate fue-
41 rit relaxatum mandatum, † & sic pro indebito
d. mandatum vel excessiuum fuit nullum in to-
tum *Gratia. discep. foren. cap.* 363. *num.* 4. *et*
seq. par. 2. *et cap.* 408. *in prin. par.* 3. *et cap.*
960. *num.* 44. *par.* 5. *Adden. ad Greg. XV. decis.*
198. *litera A. Rot. apud Put. decis.* 315. *nu.* 1.
et seq. lib. 1 *in correctis, et decis.* 411. *n.* 4. *par.* 5.
recen. et apud Merli. de pigno. decis. 75. *nu.* 12.
et in Romana diuisionis 10. *Iunij* 1641. *coram*
R. *P. D. Cerro, et in Anconitana censuum* 21.
Decembris 1641. *coram eodem R. P. D. Cerro §.*
minus obstat etc.

Neque a dicto implemento releuat d. D. Felicem
venditorem oblatio per eum facta in judicio de
tradendo dictum frumentum, quia quicquid sit
quando dictus venditor teneretur d. frumentū
simpliciter consignare, tamen cum ipse vigore
conuentionis, & pacti teneretur d. frumentum
conducere ad Terram Pergulæ, vt posset agere
contra d. Annonam, seù eius Præfectos ad pre-
tium, tenebatur priùs docere de ipso imple-
mento ex parte sua per iura supra adducta
num. 28. hic breuitatis causa non repetenda, &
ipsi oblatori verbalis oblatio non suffragatur,
sed debet esse realis, & cum effectu, vt not. *Bero.*
quæst. 32. *nu.* 1. *vers. ex quibus infertur &c.*
Mascar. de prob. concl. 1394. *num.* 52. *& seq.*
vol. 3. benè *Rota apud Duran. decis.* 400. *n.* 3.
Continet materiam duarum allegationum præcedentium, & præcipuè, quando liceat ex contrario partium consensu a contractu recedere, & quando ad dictum effectum requiratur actus retrosimilis, & solemnitas, quæ fuit adhibita in primo contractu.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus probat contra inducentem plenè, si ab eo fit etiam reproductus.*
2 *Vniuersitas vt aliquid fecisse dicatur, necesse est, quod id fecerit legitimè congregata, & n.* 3.
4 *Vniuersitati non nocet factum singulorum.*
5 *Vniuersitatis aliud est factum, et aliud est factum singulorum.*
6 *Scientia est de substantia actus ratificandi cum suis qualitatibus.*
7 *Ignorantia excludit consensum.*
8 *Ratificatio non datur sinè scientia actus ratificãdi cum omnibus suis qualitatibus.*
9 *Vniuersitas non dicitur ratificare actum, nisi habeat scientiam illius legitimè congregata.*
10 *Ratificatio non inducitur ex actu, nisi ex illo de necessitate inferatur.*
11 *Contractus tot sunt, quot sunt res in illo contentæ.*
12 *Interpretatio capienda est, vt in præiudicialibus consensus excludatur.*
13 *Successor in beneficio, recipiendo pensionem res locatæ, non censetur ratificare locationem, nisi pro tempore receptæ pensionis.*
14 *Contractus dissolutio fieri debet cum solemnitatibus, cum quibus contractus fuit celebratus.*
15 *Contractus celebratus cum instrumento publico cum eodem instrumento debet dissolui.*
Procedit, quando solemnitas a principio fuit adhibita ex necessitate, secùs si ex voluntate partium, num. 16.
17 *Contractus emptionis celebratur consensu, re, & pretio.*
Et scriptura ad illius perfectionem non est necessaria. num. 18.
19 *Solemnitas adhibita in contractu etiam voluntariè, est necessaria in illius dissolutione, quando res non est integra.*
20 *Non extis, & non apparentis idem est iudicium.*
21 *Surd.* opinio in cons. 136. vol. 1. *quod contrarius consensus non dissoluat contractum, in quo adest constitutum, nisi in dissolutione apponatur contrarium constitutum, non est tuta.*
22 *Constituens non trãsfert in constitutarium possessionem illius rei, cuius possessionem tempore constituti non habebat.*
23 *Nemo plus iuris in alium trasferre potest, quàm ipse habeat.*
24 *Constitutum probat possessionem constituentis contra constitutarium.*
25 *Confessio erronea confitenti non præiudicat.*
26 *Constitutum appositum in contractu conditionali non transfert possessionem, non purificata cõditione.*
27 *Stipulatio hodiè fit quibuscumque verbis.*
28 *Contractus rescindi potest per pactum nudum contrarium, saltem ope exceptionis.*

ALLE-

ALLEGATIO LXI.



Xcellentiss. Domini. Nescio equidem videre, quo iure D. Fœlix Bagarinus de Rancitella prætendere valeat, quod Vniuersitas Terrę Canțiani ex eo, quia sinè eius scientia, & consensu fuerit accepta quantitas quædam, licèt parua, frumenti ab eodem Bagarino venditi q. D. Iosepho Pacio de eodem, ratificasse dicatur contractum dictæ venditionis, quia arguendo per Dilemma, seù per Silogismum, quē cornutum appellat *P. Cipria. Soar. Societatis. Iesu de arte rethor. lib. 3. cap. 24.* aut ratificatio prędicta prętenditur facta ab ipsa Vniuersitate, aut præfectis Annonæ d. Terræ: a Præfectis autem Annonæ fieri non potuit, cum de tempore receptionis d. partis frumenti Annona careret Præfectis, & Præfecti nulli adessent ob mortem D. Iosephi Pacii, & recusationem D. Benedicti Borgarutii, prout clarè deposuit D. Petrus Patrucinus examinatus ad instantiam d. Aduersarii super recognitione apocæ in iudicio
1 pro illius parte exhibitę, qui, vti ab eo inductus, & reproductus simpliciter, licèt vnicus, plenè probat contra inducentem, vt tradunt *Farinac. de testi. quæst. 61. nu. 243.* vbi testatur de communi opinione, *Hond. cons. 84. nu. 50. lib. 2. Gratia. discep. foren. cap. 552. num. 9. par. 3. Paitell. expedit. ciuil. 21. num. 17. Adden. ad Greg. XV. decis. 215. num. 9. Posti. de manut. obseru. 89. num. 13.* & ita seruat Rot. Romana, vt videre est *decis. 249. nu. 12. par. 1. & decis. 283. num. 2. & decis. 464. nu. 5. & decis. 529. num. 4. in fin. par. 3. & decis. 90. num. 2. & 3. & decis. 475. num. 5. par. 4. & decis. 407. nu. 34. par. 5. & decis. 75. num. 7. & decis. 268. num. 10. & decis. 269. num. 10. par. 7. recen.* & dixi allegat. præcedenti. *num. 18. & 19.* & deponunt etiam testes pro dicta Vniuersitate examinari.

2 Ab Vniuersitate verò ratificatio facta dici non potest, cum necessarium sit, quod id fecerit legitimè congregata, & non aliàs, vt post *Bart. in l. omnes populi. 9. nu. 18. ff. de iust. & iur.* per eum relatum in terminis nostris tradit *Surd. cons. 28. num. 105. vol. 1.* alios referens ita sentientes, de communi etiam opinione attestantes & post eum *Adden. ad Buratt. decis. 285. litera A in fin. Posti. de manut. obseru. 36. sub nu. 20. Rot. decis. 249. num. 5. par. 4. recen.* cum aliis adductis *in allegat. antecedenti num. 20.*

3 Conclusio enim est clarissima, quod Vniuersitas, vt dicatur aliquid facere, vel se obliget, requiritur, quod id faciat congregato consilio, & non aliàs, etiam si singuli separatim fecerint, vt tradunt Doct. supradicti, & præcipue *Posti. d. obseru. 36. in fin. Adden. ad Buratt. d. decis. 285. litera A, & Rota d. decis. 249. num. 5. par. 4. recen.* & ante eos voluerunt *Abb. in cap. cum omnes 6. sub num. 7. & ibi Felin. num. 24. & 25. de constit.* latè *Osasch. decis. Pedem. 138. num. 27. & Menoch. cons. 80. num. 54. vol. 1.*

4 Cum factum singulorum Vniuersitati non noceat, vt post *Felin. Cæphal. Gratia. Paitell. Posti. Io. Bapt. Gargia. & Rot.* per me adductos probatum fuit *in allegat. antecedenti. nu. 3. & seq.* quibus nunc addo ita sentientes *Laderch. cons. 40. num. 2.* qui hoc latè comprobat, *& Rot. decis. 300. num. 7. par. 4. recen.*

5 Et aliud sit factum singulorum de Vniuersitate, & aliud sit factum Vniuersitatis, vt ex *Feder. de Sen. Gabr. & Rot.* in locis per me adductis probaui *in allegat. præcedenti num. 6.* & latè comprobat *Laderch. d. cons. 40. nu. 2.* & aliud sit Vniuersitas, & aliud singuli de Vniuersitate, vt probant *Gabr. Paitell. Posti. & Rot. ibi adducti num. 6.* quos breuitatis gratia non refero, & cum eis transit *Laderch. d. cons. 40. num. 2.* meritò &c.

6 Secundò non potest fieri fundamentum super prætensa exaduerso ratificatione, quia de substantia ratificationis est scientia actus ratificandi, vt declarant *Gabr. cons. 146. nu. 14. vol. 1. Mascar. de proba. concl. 1262. in prin. vol. 3. Surd. d. cons. 28. num. 118. vol. 1. Costa de re*
7 *integr. dist. 27. num. 141.* † cum per ignorantiam deficiat consensus, vt dicit *Paris. cons. 42. n. 67. lib. 1.* quem sequitur *Mascar. d. concl. 1262. n. 4.* & notat *Osasch. decis. Pedem. 138. n. 24. Surd. decis. 228. num. 10. & cons. 337. num. 31. vol. 3.* latè *Costa de facti. scien. & ignor. inspect. 85. num. 14.* sinè quo nulla nascitur obligatio *l. consensu. 2. ff. de actio. & oblig. Bald. in l. fin. num. 1. C. de non num. pecu. & in l. 1. num. 3. C. de oper. liber. Crauet. cons. 77. num. 6. Petr. Grego. Tolos. in suo Syntag. iur. vniuer. lib. 2. tit. 2. num. 2. 3. & seq. Adden. ad Rot. decis. 9. num. 4. par. 3. recen.*

8 Et ideò nunquā dari ratificationem sinè sciētia certa, & specifica actus ratificandi cum omnibus suis pactis, & qualitatibus, tradunt passim Doct. & præcipuè *Surd. d. cons. 28. num. 118. & seq. vol. 1. Morot. cons. 42. n. 10. Costa de facti. scien. & ignor. d. inspec. 86. nu. 6. & seq. Thoma. decis. March. 2. num. 34. Cenc. de cens. quæst. 66. nu. 56. Adden. ad. Grego. XV. decis. 208. nu. 7. Rota apud eundem Grego. decis. 179. num. 6. & decis. 147. num. 16. par. 5. & decis. 60. nu. 4. & seq. par. 5. recen. & apud Merli. de pigno. decis. 76. num. 7.* cum aliis latè adductis *in allegat. præced. num. 21. & seq.* quæ hic breuitatis studio latius referenda non putaui.

Dum igitur de substantia ratificationis est scientia

actus

actus ratificandi, & illius qualitatum, & sine dicta scientia non datur ratificatio, & non sufficit scientia simplex, & generica, vt ex *Gabr. Thoma. Paris. Balth. Tonias. Adden. ad Rotam, Surd. & Rot.* probaui *in allegat. praecedenti nu. 24.* sed requiritur specifica cum omnibus suis qualitatibus, vt pariter ex *Osasch. Grau. Paitell. Costa, Thoma. Posth. Gratia. Paris. Adden. ad Buratt. Gabr. Surd. Cenci. & Rot.* probaui pariter in *d. allegat. praecedenti num. 25. & seq.* quae breuitatis gratia non refero, & de dicta scientia Vniuersitatis non constat, nec illa de iure praesumitur, sed est exaduerso probanda *l. verius 21. ff. de proba.* & tradunt *Osasch. decis. Pedem. 71. num. 36. Surd. d. cons. 28. nu. 100. vol. 1. Gabr. cons. 146. num. 14. vol. 1. Posth. d. obseru. 36. num. 15. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 6. num. 103. Rota decis. 327. num. 4. & decis. 547. nu. 3. par. 4. diuer. & apud Cenc. de cens. decis. 83. num. 4. & decis. 160. nu. 3. par. 3. recen.* cum alijs per me adductis *in allegat. praecedenti num.* 28. quomodo, & quo iure igitur pro parte d. Aduersarij praetendi valet, quod Vniuersitas supradicta ratificauerit contractum dictae venditionis frumenti, & quomodo obtinere poterit in dicta eius pretensione?

Quod licèt sit clarissimum, & indubitati iuris, tamen eò magis iura dictae Annonae fiunt clariora, cum scientia d. Vniuersitatis Cantiani non solùm non praesumatur, sed debeat probari, vt supra demonstraui, sed etiam quia in casu nostro est necessariò probanda scientia Vniuer-

9 sitatis, non tamquam singulorū, † sed ipsius Vniuersitatis collegialiter congregatae, vt affirmant *Alexan. cons. 135. num. 2. vol. 7. Surd. d. cons. 28. num. 104. vol. 1. & cons. 323. num. 12. vol. 3. Posth. d. obseru. 36. sub num. 6.* aliàs singuli dicerentur sciuisse, non autem d. Vniuersitas, vt benè animaduertit *Surd. d. cons. 28. nu. 104. & seq. Gabr. comm. conclu. in tit. quod cuiusq; Vniuer. nom. concl. 1. in fin. & Laderch. d. cons. 40. num. 2.*

10 Tertiò habemus in iure conclusionem, quod ratificatio non inducitur ex quouis actu, nisi ex illo actu de necessitate inferatur, & non aliàs, vt not. *Surd. cons. 164. num. 46. & cons. 183. num. 36. vol. 2. & cons. 328. num. 24. vol. 3. & decis. 267. num. 7. Gabr. cons. 36. num. 57. vol. 1. Thoma. decis. March. 2. num. 36. Ciriac. contro. 139. num. 35. & seq. Rota decis. 535. num. 13. par. 1. recen. & apud Merli. de pigno. decis. 127. num. 41.* cum consensus non inducatur, nisi per actus, qui illum necessariò concludant *Surd. d. cons. 164. num. 46. & cons. 183. num. 36. vol. 2. & decis. 342. num. 3. Ciriac. d. contro. 139. num. 34. Rota decis. 115. sub n. 4. par. 1. recen.*

Ex quo sequitur, quod cum agatur de praesumenda ratificatione contractus venditionis frumenti, & sic rei consistentis in mensura, & in quo pretium est distributum per singulas mensuras, & non pro tota quantitate, vt ex instrumento exaduerso exhibito est videre, & ideò simus in contractu ex omni parte diuiduo, vt post *Bart. Alberi. Ripa. & alios* per eum adductos docet *Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 10. num. 3. & seq.* & dixi *in allegat. praecedenti num. 51.* quando receptio d. partis frumenti importare posset ratificationem d. contractus, illam importaret tantùm pro parte frumenti recepti, non autem induceret ratificationem totius cōtractus emptionis, stante quod ille sit diuiduus,

11 vt supra, † & tot dicātur contractus, quot sunt salmae frumenti in eodem contractu contentae, vt voluerunt *Aret. cons. 11. num. 1. & Bald. cons. 66. in prin. vol. 3.* quem referendo sequitur *Surd. cons. 101. num. 38. vol. 1. Fabia. de monte de empt. & vend. quaest. 5. prin. num. 23. Ant. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 11. nu. 16. Costa de ratio. ratae quaest. 210. num 2. Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 3. num. 12.* cum aliis, quos retuli *in allegat. praecedenti num.* 58. & faciunt not. *per Ciriac. contro. 55. num. 64.* vbi dicit, quod si vendantur plures res diuersis pretijs, & inter se diuiduae, vt in casu nostro, ex deficientia vnius, contractus non rescinditur in totum, sed solùm pro parte, & allegat *l. cum plures 72. & ibi glos. & Salic. ff. de euict. Alb. cons. 45. n. 5. Lancell. Galli. cons. 40. & Gabr. cons. 49. & cons. 50. lib. 2.*

12 In praeiudicialibus enim omnis capienda est interpretatio, per quam excludatur consensus *Tiraq. in l. si vnquam, in verbo* Donatione largitus *num. 17. & seq. C. de reuoc. donat. Ciriac. d. contro. 139. num. 37. Rota d. decis. 115. n. 4. in fin. par. 1. recen.*

13 Hinc videmus, quod successor in beneficio, si recipiat pensionem rei locatae per Antecessorē, non intelligitur ratificare d. locationem, nisi pro rata illius temporis, pro quo recepit dictā possessionem, & pro alio potest illam impugnare, vt not. *Redoan. de rebus Eccle. non alien. quaest. 5. §. fin. num. 13. & quaest. 6. §. item ex praemissis &c. num. 9.* quem refert, & sequitur *Surd. d. cons. 183. nu. 29. vol. 2.* & tenuit *Rot. decis. 2. aliàs 233. in tit. de loca. & conduc. in nouis circa medium.*

Neque obstant exaduerso deducta, nempè quod dictus contractus emptionis frumenti in casu nostro contrario partium consensu non possit dici dissolutus, vt probaui *in allegat. praecedenti num. 54.* per tex. *l. 1. & 2. C. quan. lic. ab empt. disce.* cum alijs ibi adductis, quibus addo nunc *Petr. Grego. Tholosa. in suo Syntag. iur. vniuer. lib. 25. tit. 23. num. 2.* ex eo, quia dicta dissolutio contractus non fuit facta cum omnibus quali-

14 qualitatibus, † cum quibus dictus contractus
fuit constitutus, prout requiritur ad tex. *in l. ab emptione 59. ff. de pact.* & tradunt *Doct. in d. l. 1. & 2. C. quan. lic. ab empt. disce.* & post eos
Graff. de except. except. 38. nu. 9. & per Palm. in sua pract. par. 1. glos. 2. num. 35. cum generale sit in omnibus, vt dissolutio, aut reuocatio
cuiuslibet actus easdem uires, naturam, &
qualitates sortiatur, & ijsdem regulis subijciatur, quibus ipsius actus confectio, seù productio *l. prout quisq; 80. ff. de solut. l. ferè quibuscunq; 196. l. nihil tam naturale 36. ff. de reg. iur.* cum alijs relatis per *Tiraq. de legi. connub. glos. 5. num. 18. & 19.*

15 Et ideò, cum a principio dictus contractus
venditionis frumenti fuerit celebratus cum instrumento publico, vt patet ex eo, non potuit
sinè alio instrumento publico dissolui, vt not.
Osasch. decis. Pedem. 53. num. 10. & seq. latè
Surd. cons. 136. n. 25. vol. 1. & Graff. de except. except. 31. num. 11.

16 Quia respondeo, quod d. conclusio procedit, & habet locum, quando solemnitas, quæ fuit
adhibita in contractu a principio, adhibita fuit
necessariò ex dispositione legis, vel Statuti id
requirentis, vt puta, quia Statutum requirat
in contractu Decretum Iudicis, vel consensum
proximiorum, & similia, secùs tamen est, si solemnitas, quæ interuenit, non erat de necessitate adhibenda, sed tantùm fuit adhibita ex sola
voluntate partium, vt in casu nostro, quia tunc
in dissoluendo contractum, & in illius rescissione per contrarium partium consensum non est
dicta solemnitas vllo modo necessaria, sed sufficit solus partium consensus, prout declarant
Bart. in l. actor. 9. num. 8. ff. rem rat. habe. Castren. in l. tria prædia 31. n. 5. ff. de serui. rusti. prædio. Deci. in cap. cum omnes 6. num. 31. de constit. Ias. in l. omnium 19. num. 9. C. de testam. Osasch. d. decis. Pedem. 53. n. 10. Surd. d. cons. 136. num. 26. vol. 1. Graff. d. exceptio. 31. n. 12.
alios quamplures adducens ita sentientes, &
voluit etiam *Tiraq. de legib. connub. glos. 5. n. 11. & sequen.*

Instrumentum autem, & scriptura in casu, de quo
agitur, fuit adhibita solùm ex voluntate partiũ,
17 cum illa non esset necessaria ad actum, cum
contractus emptionis, & venditionis perficiatur solo consensu, re, & pretio. *§. 1. Inst. de empt. & vend. l. 1. & per. tot. ff. de contrah. empt. l. 1. & per tot. C. eod. tit.* & tradunt *Fabia. de mont. de empt. & vend. in 5. quæst. prin. in prin. Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 2. nu. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 4. in prin.*
18 *Adden. ad Buratt. decis. 298. in prin.* & scriptura, vt dixi, ad illius perfectionem non est necessaria, sed tantùm adhibetur ad probationem
actus *l. pactum, quod bona fide 17. C. de pact. l. contractus 16. & ibi glos. & Doctor. communiter C. de fide instrum.* & benè declarant *Grat. cons. 107. num. 4. & seq. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 2. num. 17. Card. Manti. de tacit. lib. 1. tit. 10. num. 8. Hodier. ad Surd. decis. 277. num. 13. Thesau. decis. 197. num. 6. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 842. nu. 20. par. 5. Ciriac. contro. 247. num. 20. Rot. apud Buratt. decis. 298. num. 6. & apud Cenc. de cens. decis. 96. num. 11. & decis. 100. num. 3. & decis. 241. num. 4. par. 7. recen.*

19 Neque obstat, si dicatur, quod prædicta habent locum, quando res est integra, secùs tamen
si res non sit integra, quia tunc requiritur actus
retrosimilis, vt tradunt *Surd. d. cons. 136. num. 26. & Graff. in d. except. 31. n. 14.* prout esse
videtur in casu, de quo agitur, ex constituto, &
stipulatione, de quibus in dicto instrumento,
ex quibus non videtur esse integra ad notata per
Surd. d. cons. 136. num. 26. & seq. & ante eum
voluerunt *Fabia. de Mont. de empt. & vend. quæst. 5. num. 66. & Costa de re integr. distin. 1. post num. 4. vers. primùm est quando &c.*

Quia respondeò multipliciter, & primò, dictum
constitutum in d. instrumento non legi, si benè
aduertatur instrumentum, vndè illud nocere
non potest arg. *l. eius qui in prouincia 41. ff. si cert. pet. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudi. l. 2. ff. de vsufr. l. 1. ff. de hæred. vendi. cap. bonæ 23. de elect. cap. ad dissoluendum 13. de dispen. im-*
20 *pub.* † cum non entis, & non apparentis idem
sit iudicium *l. duo sunt Titij 30. ff. de testam. tutel. l. in lege 77. ff. de contrah. empt. l. cum res 49. §. itaq; ff. de lega. 1. Camill. Galli. de verb. signif. lib. 4. cap. 13. num. 13. Surd. decis. 149. num. 2. & decis. 306. num. 13. & cons. 245. nu. 19. vol. 2.*

21 Secundò quia, supposita etiam dicta clausula
constituti, citra tamen veri præiudicium, dicta
opinio *Surd. in d. cons. 136. num. 26.* & sequacium, quod simplex contrarius consensus non
operetur dissolutionem cõtractus, in quo adest
constitutum, nisi contrarium constitutum apponatur in dissolutione, non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. & præcipuè
Alber. Fulgo. & Castr. in d. l. ab emptione 59.
quos refert, & sequitur *Ias. ibi. num. 14. ff. de pact.* vbi refert bonas rationes, *Imol. in l. qui mihi donatum 13. in vlt. col. ff. de donat. Adden. ad Bart. in d. l. ab emptione litera D.* & in hanc
partem inclinare videtur *Tiraq. de iure const. par. 3. limit. 29 num. 5.* nec non *Gabr. cons. 51. sub num. 23. vol. 1.* & ita tenuit *Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 2. de clauf. clau. 219. nu. 30.* quam opinionem censeo veriorem, quia
cum constituens sit iam in possessione, putatur
tempore ipso, quo resoluitur contractus, ita actũ
esse, vt ex eo tempore constituens suo nomine

possideat, vt tradunt *Doct. supradicti*, & præcipuè *Gabr. d. conf. 58. sub num. 23. & Theod. Rub. in d. clau. 217. num. 30.*

Tertiò quia d. Aduersarius tempore celebrati cõtractus frumentum venditum penes se non habebat, sed illud emere intendebat, vt clarè con-
23 stat ex d. instrumento, † vndè per constitutum non potuit transferre dominium, vel possessionem in constitutarium illius frumenti, quod tempore constituti non habebat, nec possidebat, vt in d. terminis tradit *Bald. in d. l. 1. n. 2. C. quan. lic. ab empt. discc.* & generaliter scripserunt *Tiraq. de iur. consti. par. 3. limit. 1. nu. 8. et seq.* alios quamplures adducens ita sentientes *Ant. Gomez ad leg. 45. Taur. num. 84. Grat. cons. 94 num. 15. & cons. 117. num 15. lib. 1. Ludu decis. Perus. 68. num. 1. Mascar. de prob. concl. 418. in prie. vol. 1. & concl. 1218. num. 2. & seq. lib. 3.* latè comprobans *Barbo. de claus. clau. 31. num 29. Posth. de manut. obseru. 20. num. 23. Thoma. decis. March. 85. num. 21. et decis. 35. num. 33. Rota decis. 63. num. 5. et decis. 605. num. 3. par. 1. recen.*

23 Cum nemo plus iuris in alium trãsferre possit, quam ipse habeat *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. cap. nemo potest 79. de reg. iur. in 6.* & in terminis tradunt *Mascar. d. concl. 1218. num. 5. Posth. d. obseru. 20. num. 24. et Rot. d. decis. 605. nu. 3. par. 1. recen.* & exornat *Barbo. axiom. 160. num. 2.*

24 Neque nocet, quod constitutum probat possessionem constituentis contra constitutarium *Merne. cons. 58. n. 6. Barbo. de claus. clau. 31. num. 9. apud Duran. decis. 40. num. 3. et 4. et apud Cenc. de cens. decis. 150. num. 5. et apud Merli. de pigno. decis. 93. n. 1. et in Camerinen. saluiani 23. February 1636. curam R. P. D. Merlino in prin.* quia constitutarius videtur confiteri, ipsum constituentem possidere *Merot. d. cons. 58. num. 6. et d. decis 93. apud Merli. de pigno. nu. 1. et apud Greg. XV. decis. 362. n. 1.*

Quia id procedit in dubio, secùs tamen est in casu nostro, in quo, cum ex eodemmet instrumento constet, d. aduersarium tempore constituti non habuisse d. frumentum, & ideò illum non pos-
25 sedisse, dicta cõfessio apparet erronea, † & ideò constitutario nocere non potest *Crauet. cons. 202. num. 5. Mascar. de prob. concl. 378. nu. 1. vol. 1. Costa de retrutract. cap. 8. casu 18. n. 17. & 18. Thoma. decis. March. 50. num. 459.* vbi dicit, hæc procedere etiam si sit geminata, iudicialis, & cum iuramento, *& decis. 17. n. 24. Gratia. discep. foren. cap. 501. num. 27. par. 3. Ciriac. contro. 35. nu. 16. Rot. apud Greg. XV. decis. 126. num. 10. et decis. 522. num. 10. & apud Buratt. decis. 913. num. 10.*

Quartò, aliis omissis, d. constitutum non est attendendum, quia nos sumus in contractu conditionali, vt probaui *in allegat. praeceden. num. 50.*
26 *& seq.* quo casu, cõditione nõ purificata, cõstitutum non trãsfulit possessionem in constitutarium, vt docent *Barbo. d. claus. 31. num. 33. Posth. de manut. obseru. 20. num. 42. Merli. de pigno. lib. 4. quæst. 120. num. 51. Theod. Rub. d. clau. 217. num. 20. D Andreol. contros. 240. num. 31. & seq. Rot. decis. 471. num. 4. par. 4. rec. & apud Duran. decis. 134. num. 2 & 3. & apud Pacif. de salua. decis. 169. n. 8.* cum igitur constitutum non adesset, vel nullam possessionem, nec dominium in constitutarium transtulerit, nullus actus retrosimilis fuit necessarius ad dissoluendum d. contractum emptionis frumenti, sed ille ex solo partium contrario consensu fuit dissolutus per iura supradicta.

Quò verò ad stipulationem non nocet, cum contraria etiam stipulatio interuenerit in dissolutione d. contractus, vt ex processu est videre,
27 maximè cũ hodiè stipulatio quibuscunque verba fiat, *§. in hac re Inst. de verb. oblig. l. omnes 10. C. de contrah. stipul. l. ne in arbitris 4. §. vlt. C. de arbitr.* & scribit *Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 10. nu. 3. & seq.* & agatur de tollenda obligatione, idem *Card. Manti. de tacit.*
28 *d. tit. 10. nu. 10. vers. neque etiam obstat &c.* † & in omnem casum daretur, & competeret reuocatio d. contractus, & illius rescissio ex pacto etiam nudo de illo reuocando saltem per viam exceptionis, vt dicit *Bald. in l. 1. n. 4. C. quan. lic. ab empt. discc.* & nos. etiam *Ant. Gomez var. resol. d. tom. 2. cap. 2. nu. 21. vers. si verò fiat pactum nudum &c.*

Quarè &c. Saluo &c.

Secundùm prædicta fuit iudicatum Pisauri per Excellentissimos DD. Auditores Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Card. Vidman Vrbini Legati, reuocando sententiam D. Locumtenentis Eugubij Iudicis a quo de anno 1653. per acta D. Pompei Maffei Cancellarij A dientia. Laus Deo, & Virgini Deipara &c.

ARGVMENTVM.

Matri quando debeatur legitima, & eius supplementum in bonis filij, maximè ex alienationibus titulo lucratiuo factis, & ei competat dare de inofficiosa donatione. Ascendentibus quando debeatur legitima de bonis filij, qui ingressus fuit Monasterium. Monasterium an habeatur loco filij, & cur excludat substitutum. Collegium, in quo Sorores viuunt sub certa regula ducendi caula vitam spiritualem, licèt aliqua vota emittãt, non tamen solemnia, vel Monachæ regulares, an sit Ecclesiasticum, & dictæ Sorores dicantur Monachæ sæculares, vel regulares, & supplementum legitimæ an detur, non firmato statu hæreditatis.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filiæ, quæ decessit sinè filijs.*

Et debetur de iure naturali, sicut descendentibus num. 2.

3 *Mater agere potest ad supplementum legitimæ ex bonis filiæ ad instar descendentium.*

4 *Legitima Matris est triens, cum illa fuerit aucta sicut legitima descendentium.*

5 *Legitima ascendentium eiusdem regulis gubernatur, sicut legitima descendentium.*

6 *Matri debetur legitima ex bonis filiæ vnà cum fructibus a die mortis filiæ.*

Et ei debentur fructus etiam pro supplemento legitimę num 7.

Absq; aliqua interpellatione num. 8.

9 *Legitima debetur ascendentibus, & descendentibus ex vniuersa defuncti successione.*

10 *Legitima debetur ascendentibus ex alienationibus titulo lucratiuo factis.*

Et sic ex donationibus num. 11.

12 *Mater reuocare post donationem factam per filiam vltra dodrantem, vti inofficiosam, vsq; ad legitimam, ad instar descendentium.*

Licèt sit hæres filiæ, cum id eam non repellat a consequutione legitimę, vel illius supplementi num. 13.

14 *Hæres potest venire contra factũ defuncti, quando est fraudatus in sua legitima.*

15 *Ascendentibus non debetur legitima in bonis filij, quando ex eo adsunt filij.*

16 *Filius ab intestato excludit matrem defuncti.*

17 *Monasterium habetur loco filij.*

Contrarium est verius, vt probat Author. *num.* 18. & seq.

19 *Monasterium excludit substitutum grauatum restituere, si* decesserit sinè filiis

Non quia Monasterium sit loco filij, sed quia, si testator cogitasset de Monasterio, illud substituto prætulisset num. 20.

21 Mon*asterium habetur loco filij in casibus tantùm a iure expressis.*

22 *Monasterium non reuocat donationem vigore* l. si vnquam C. de reuoc. donat.

23 Mo*nasterium non excludit substitutum in conditione tacita, si* decesserit sinè filiis *a lege subintellecta.*

24 *Collegium, in quo viuunt Sorores sub certa regula ducendi causa vitam spiritualem, licèt aliqua vota emittant, non tamen solemnia, non dicitur Ecclesiasticum, sed sæculare, & dictæ Sorores non dicuntur regulares, sed sæculares.*

Et dictum Collegium non habetur loco filij, nec succedit dictis Sororibus num. 25.

26 *Legitima debetur ascendentibus, etiam si filius sit ingressus religionem capacem bonorum.*

27 *Legitima non debetur ascendentibus ex bonis filij habentis filios arrogatos, & sic fictos.*

28 Mo*nasterio non debetur legitima ex bonis ingressi.*

29 *Monasterium quod habeatur loco filij, est conclusio exorbitans, & contra regulas iuris.*

Et ideò est restringenda num. 30.

31 *Legitimæ supplementum non datur, non firmato statu hæreditatis.*

Declara, vt num 32.

33 *Allegans, bona relicta non esse sufficientia pro legitima, dicitur habere intentionem fundatam.*

34 R*ationum redditio peti non potest a donatarijs, etiam vniuersalibus.*

ALLEGATIO LXII.

Euerendissime Domine. Perillustr. D. Victoriæ de Terra Pergulæ legitimã deberi ex bonis q. D. Thedoræ eius filiæ, quæ decessit sinè filijs, nemo est, qui dubitet, cum leges, & authoritates sint manifestæ, nempè

1 *l. nam & si parentibus* 15. *ff. de inoff. testa. §. 1. in fin. Auth. de hæred. & Falci.* & tradunt passim Doct. & precipuè *Graff. de success. §. legitima quæst. 5. per tot. Peregr. de fideic. art. 35. num. 44. Gratia. discep. foren. cap. 448. nu. 4. par. 3. Pascal. de patr. potes. par. 2. cap. 4. n. 36. & seq. Mangil. de imput. quæst. 1. nu. 8. Fusar. de subst. quæst. 295. in priu. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 11. glos. 6. num. 9. Ciriac. contro. 305. num. 2. Merli. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 12. num. 3. Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. 1. de legit. tit. 3. nu.* 108. Rot. *apud Merli. de legit. decis. 39. n. 12. & apud Duran. decis. 76. num. 11. & seq. & decis. 120. num. 3. par. 7. rec.*

2 Et quidem eodem iure, quo debetur descendentibus, nempè naturali, non ciuili *cap. si pater 1. de testam. in 6. §. primum itaq; auth. de hæred. & Falc. Peregr. de fideic. art. 49. nu. 49. in fin Surd. cons. 292. num. 5. lib. 2 Noni. cons. 13. num. 9. Merli. de legit. d. quæst. 12. num. 4.* & latè comprobat *Altogra. cons. 56. num. 10. & seq. & cons. 57. num. 33. & seq lib.* 1. vbi dicit, hoc verissimum, & receptissimum esse, Rot. *apud Card. Seraph. decis. 1331. num. 1. & 15. & apud Duran. decis. 76. num. 17.* quicquid dubitauerit *Mangil. de imput. d. quæst. 1. nu. 8.* & tenuerint Doct. relati *per Altogra. d. cons. 57. num. 32.*

3 Ita, vt mater agere posit ad supplementum ipsius legitimæ, prout ipsi descendentes agere possunt *Gratia. discep. foren. cap. 950. nu. 10. par. 5. Mangil. de imput. d. quæst. 1. num. 10.*

Merli. de legit. d. quæst. 12. *num.* 6. *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 11. *num.* 15. *Rot. apud Duran. d. decis.* 76. *num.* 51.

4 Quę quidem legitima matris, cum fuerit aucta sicut illa descendentium, est triens. latè *Rola. cons.* 39. *n.*4. *& seq. lib.*3. Grass. *in d.* §. *legitima quæst.* 9. *per tot. Peregr. de fideic. art.* 49. *num.* 97. *Pasca. d. cap.* 4. *nu.* 38. *Gratia. d. cap.* 448. *num.* 16. *&* 17. *Mangil. de imput. d. quæst.* 1. *num.* 15. latè *Merli. de legit. d. quæst.* 12. *nu.*7. *&* 8. alios adducens concordantes *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 10. *num.* 5. Rot. *apud Duran. d. decis.* 76. *num.* 22. *& seq.* addo *Altogra. d. cons.* 56. *num.* 1. *lib.* 1.

5 Cum legitima ascendentium eisdem regulis gubernetur cum legitima descendentium, nisi contrarium appareat decisum *Gabr. cons.* 101. *num.* 9. *lib.* 1. *Mangil. de imput. d. quæst.* 1. *nu.* 18. Rot. *decis.* 668. *n.* 2. *par.* 1. *diuers. & apud Duran. d. decis.* 76. *num.* 13. *Altogra. d. cons.* 57. *num.* 70. *lib.* 1. licèt in aliquibus illam differre, scripserit Merli. *de legit. d. quæst.* 12. *num.* 13.

6 Et debetur matri cum fructibus a die mortis D. Theodorę filię, sicut debetur descendentibus *Decia. cons.* 79. *num.* 13. *& seq. lib.* 2. *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 3. *in fin. Rot.*
7 *apud Duran. d. decis.* 76. *nu.* 56. *&* 57. † etiam pro supplemento ipsius legitimæ, cum idem ius statuatur in supplemento, quod in legitima *Capra cons.* 6. *num.* 8. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 53. vbi dicit, ita vbique seruari, *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 4. *glos.* 4. *num.* 19. *Merli. de legit. d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 34. *Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 69. plenè *Rot. in Senogallien. supplementi legitimæ* 23. *Maij* 1642. *coram* R. *P. D. Pentingerio* §. *conclusiones autem &c.*

8 Absque aliqua interpellatione, cum fructus in hoc casu debeãtur non ex aliqua mora hæredis, sed ratione dominij; *Peregr. d. art.* 36. *num.* 69. *Giurb. decis.* 65. *num.* 6. *& ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 4. *glos.* 4. *num.* 13. *Surd. cons.* 128. *num.* 4. *& seq. lib.* 1. *Adden. ad Buratt. decis.* 165. *num.* 12. Merli. *de legit. d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 11. *& seq.* vbi hoc latè comprobat, contrariis respondet, & dicit, hanc esse communem, & veriorem Doct. opinionem *Gratia. discep. foren. cap.* 241. *num.* 7. *& seq. par.* 2. Rot. *apud Merlin. de legit. decis.* 29. *n.* 3. *& apud Pacif. de salua. decis.* 186. *num.* 2. *& in d. Senogallien. supplementi legitimæ* §. *conclusiones autem &c.* quicquid contrarium tenuerint *Mangil. & relati ab eo de imput. quæst.* 9. *n.* 27. *& seq.* quorum rationibus benè respondet *Merli. vbi supra.*

9 Quæ quidem legitima debetur tam ascendentibus, quàm descendentibus ex vniuersa defuncti successione, nempè ex bonis, iuribus, & actionibus *l. Libertus qui* 36. *ff. de bon. liber. Peregr. de fideic. d. art.* 36. *num.* 72. *Vinc. de Franch. decis.* 61. *n.* 15. *Mangil. de imput. quæst.* 9. *num.* 32. latè Merli. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *par.* 1. *in prin.* alios adducens concordantes *Adden. ad* Rot. *decis.* 29. *num.* 130. *par.* 8. *rec.*

10 Nec non etiam ex alienationibus titulo lucratiuo factis *Grass. in d.* §. *legitima quæst.* 44. *in prin. Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 37. *Clar. in d.* §. *donatio quæst.* 24. *in fin. Rola. cons.* 65. *num.* 29. *lib.* 1. *Gomez ad leg. Taur.* 29. *nu.* 33. *Costa de rat. q.* 113. *sub n.*7. *et quæst.* 140. *n.* 1. latè *Mãgil. de imput. quæst.* 94. *n.* 15. *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 4. *nu.* 75. *&* 121. *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 18. *in prin.* Rot. *decis.* 488. *num.* 16. *par.* 1. *diuer.* etiam factis piæ causæ Rot. *apud Grego XV. decis.* 539. *num.* 5.

11 Et sic ex donationibus *Peregr. de fideic. d. art.* 36. *nu.* 35. *& seq. Costa de rata quæst.* 113. *per tot.* Mangil. *de imput. quæst.* 10. *num.* 6. *& quæst.* 94. *num.* 16. Merli. *de legit. d. quæst.* 18. *num.* 4. *et quæst.* 21. *in prin.* Rot. *d. decis.* 488. *num.* 9. *et apud* Merli. *de legit. decis.* 86. *nu.* 1. *et seq. et apud Greg. XV. decis.* 539. *num.* 2.

12 Ex quibus benè infertur, quod cum D. Theodora donationem fecerit Consororibus S. Vrsulæ de Terra Pergulæ, non solùm vltra dodrantem, sed de omnibus eius bonis, vt ex instrumentis exhibitis est videre, D. Victoria eius mater reuocare possit donationem prædictam, vti inofficiosam vsque ad legitimam, vel illius supplementum, sicut facere possũt descendentes *l. si filius* 4. *C. de inoffi. donat.* Gabr. *cons.* 101. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. *Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 35. *vers. adde quod è contra &c. Costa de rata d. quæst.* 113. *in fin. Rimi. Iun. cons.* 765. *num.* 31. *lib.* 7. quem refert, & sequitur *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 21. *nu.* 2. quomodocunque sit inofficiosa, cũ agatur de donatione facta piæ causæ *Merli. d. quæst.* 21. *num.* 34.

Cum enim hæc querela deferatur ad instar eius, quæ aduersus testamentum defertur, sicut illa ascendentibus datur contra testamentum descendentium, ita quoque datur ista donationis vt tradunt *Bero. cons.* 49. *num.* 53. *lib.* 1. Merli. *d. quæst.* 21. *num.* 2. & alij Doct. supra adducti.

13 Quę quidem habent locum, licèt D. Victoria sit hæres ab intestato D. Theodoræ suæ filiæ, quia id non repellit eam a consequutione suæ legitimæ, vel illius supplementi *Bart. in l. Titia scio.* 89. §. *Imperator. num.* 4. *ff. de lega.* 2. *& in l.* 2. *et ibi Bald. Castr. Salic. & alij C. de inoff. donat. Paris. cons.* 7. *nu.* 53. *& seq. lib.* 2. *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 83. *limit.* 12. *C. de bon. mater. Surd. cons.* 196. *num.* 54. *& seq. & cons.* 237. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. & benè comprobat Merli. *de legit. d. quæst.* 21 *n.* 3. *& seq.*

vbi

vbi plures refert Doctorum authoritates, cum quibus pertransit *Balth. Tomas. in d. tit. 11. num. 11. & n. 49. versic. vigesimo tertio &c.* nec non Gratia. *discep. foren. cap. 729. num. 27. par. 4.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 539. nu. 18.*

14 Ratio est, quia hæres potest venire contra factum defuncti, vbi in sua legitima fraudatus reperitur *l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. patro.* & post *Soc. Sen. cons. 1. n. 18.* per eum relatũ docet Merli. *d. quæst. 21. num. 4.* cum mater in dicto casu ex propria persona admittatur, & non vti hæres, vt post Natt. *Ruin. Decia. Becci. Tiraq. & Menoch.* per eum adductos declarat Merli. *d. num. 4. & 5.* vbi subiungit, quod cum lex prohibeat, filiis præiudicium inferri in legitima, filius, licèt hæres, potest contraneuire facto defuncti, & quamplures adducit Doctorum authoritates. quod benè adaptatur ad ascendẽtes, quorum legitimam eiusdem regulis gubernari, sicut legitima descendentium, nisi contrarium sit expreslè dispositum *ex Gabr. Mangil. & Rota* probaui *supra num. 5.*

15 Neque obstat prædictis, quod ascendentibus non debeatur legitima in bonis filij, quando ex eo adsunt filij *§. 1. Auth. de hæred. ab intes. ven. Cæph. cons. 398. num. 1. lib. 3. Ciriac. contro. 243. n. 30. & seq. Merli. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 12. num. 12.* cum legitima non debeatur ei, qui non succedit ab intestato *Franc. Becci. cons. 107. num. 7. Surd. cons. 357. n. 44. lib. 2.*
16 *Ciriac. d. contro. 243. num. 30.* † filius autem ab intestato excludit matrem defuncti, cum in successionibus prima causa sit liberorum *§. 1. inst. de hæred. quæ ab intest. defer. Crass. de success. §. successio ab intest. quæst. 2. num. 1. Ciriac. d. contro. 243. num. 29.* vndè, cum d. Theodora effecta fuerit Monialis in Collegio S. Vrsulæ
17 Terræ Pergulæ, dicitur decessisse cum filijs; † cum Monasterium habeatur loco filij *Doct. in cap. in præsentia 8. de prob.* latè Marescot. *var. resol. lib. 3. cap. 21. num. 10. & seq.* Mangil. *de imput. quæst. 58. nu. 11.* meritò videtur dicendum, quod D. Victoriæ matri nulla debeatur legitima, neque illius supplementum in bonis D. Theodoræ filiæ, vt per d. rationem voluerunt *glos. in auth. si qua mulier. in verbo liberos C. de Sacros. Eccles.* quam sequitur *Cæsar Argel. de acqui. possess. quæst. 3. art. 17. nu. 952. & seq.* vbi testatur de receptiori opinione, & alios adducit ita sentientes.

18 Quia respondeo multipliciter, & primò negando d. assumptum, quod Monasterium habeatur loco filij, cum id nulla lege caueatur, vt tradunt *Bart. in auth. nisi rogati,* vbi dicit, fatuos esse id afferentes *C. ad. Trebell. Bald. in l. filium: 6. nu 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris Tiraq. in l. si vnquam in verbo* susceperit liberos *nu. 47. C. de renoc. donat. Osasch. decis. Pedem. 26. nu. 20. Card. Manti. de coniect. lib. 11. tit. 7. num. 6. Mangil. de imput. quæst. 111. nu. 15. & 16.* alios adducens quamplures ita sentientes Me*noch. de præsum. lib. 4. præsump. 83, num. 29.* bene comprobans *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 19. num. 6. Peregr. de fideic. art. 28. num. 69.* vbi dicit, d. rationem, Monasterium haberi loco filij, non concludere, & communem Doctorum traditionem aliter sentire *Castill. de vsufr. cap. 65. num. 4.* Merli. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 14. nu. 9. Fusar. de subst. quæst. 429. nu. 30.* vbi dicit, d. conclusionem non esse veram, cum nulla lege probetur, & illam esse communiter reprobatam dicit *Barbo. de appell. verb. signif. appell. 99. num. 121.* & de veriori opinione testatur *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 16. num. 4* alios adducens, & *Caren. resol. 153. n. 12. & Illustriss. Dominus meus Sperellus decis. 153. num. 18. versic. cuius tamen &c.* benè comprobans more suo, quicquid contrarium sustinere conatus fuerit *Maresco. var. resol. lib. 3. d. cap. 21. num. 10. & seq.*

19 Neque obstat, quod Monasterium excludat substitutum vocatum sub conditione, *si grauatus decesserit sinè filijs* quasi illud habeatur loco filij *auth. nisi rogati C. ad. Trebell. d. cap. in præsentia 8. de prob.* cum alijs relatis per *Fusar. de subst. quæst. 429. nu. 8. & seq.* quia vera ratio dictorum iurium non est, quod Monasterium habeatur locò filii; nec id in dictis iuribus
20 reperitur expreslè decisum, † sed vera ratio illorum est, quod si testator cogitasset, hæredem grauatũ Monasterium fuisse ingressurum, illud substituto prætulisset, vt tradunt *Castr. in d. auth. nisi rogati num. 3. Rip. in l. ex facto 17. §. si quis rogatus ante num. 40. ff. ad Trebell. Alex. cons. 121. num. 12. lib. 2. Deci. in d. cap. in præsentia 8. num. 64. & in cons. 426. num. 3. Crauet. cons. 152. num. 2. Peregr. de fideic. art. 28. sub num. 79. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 21. num. 11. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 24. nu. 21. Card. Manti. de coniect. lib. 11. tit. 7. sub. num. 7. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump 83. num. 16. versic. primò &c. Fusar. de subst. quæst. 429. num. 8. in fin.* vbi dicit, illam magis communiter sequi per Doctores, latè *P. Sanch. in Præcep. Decal. d. lib. 7. cap. 16. num. 8.* alios adducens *Caren. d. resol. 153. num. 12.*

Et quatenus dicta conclusio, quod Monasterium habeatur loco filii, esset vera, quod non credo
21 per supra adducta, † illa tantùm habet locum in casibus a Iure expressis, non autem in aliis, & sic in casu, de quo agitur, vt declarant *Felin. in d. cap. in præsentia 8. sub num. 42. de prob. Ias. in d. auth. si qua mulier. num. 18. & seq. C. de Sacros. Eccles. Ceuall. in suis commu. contra cõm. quæst. 192. in fin.* vbi dicit, ab hac opinione non esse in consulendo, & iudicando recedendum

Peregr.

Peregr. de fideic. art. 28. num. 70. & seq. Mangil. de impu. quæst. 111. num. 18. & seq. Costa de retrotrac. cap. 9. casu 3. n. 18. Merli. de legit. d. quæst. 14. num. 10. Gratia. decis. Marcb. 7. num. 10. alias referens Doctorum authoritates *Marescot. var. resol. lib. 3. cap. 22. n. 5. P. Sanch. d. cap. 16. nu. 5. Illustrissimus Sperellus d. decis. 153. num. 19. in fin.*

22 Hinc videmus, quod Monasterium non reuocat donationem vigore *l. si vnquam 8. C. de reuoc. donat.* nec habetur loco filii ad istum effectum, quia non reperitur id in iure expressum, vt post *Alberi. Aret. Ias. Abb. Curt. Inn. & alios* per eum adductos firmat *Tiraq. in d. l. si vnquam in versic. Susceperit liberos nu. 43. & ibi etiam Rip. n. 34. C. de reuoc. dona.* & post eum *Marescot. var. resol. par. 3. cap. 22. n. 9.* plenè *Mangil. de imput. quæst. 111. num. 15.* alios adducens *P. Sanch. d. lib. 7. cap 3. num. 41.*

23 Item Monasterium non excludit substitutum in conditione tacita *si decesserit sine filijs*, & a lege subintellecta ex dispositione *l. cum auus 101. ff. de cond. & demon. & l. cum acutissimi 30. C. de fideic.* quia quo ad illam non reperitur in iure expressum, quod Monasterium habeatur loco filii, vt latè comprobat *Marescot. in d. par. 3. cap. 22. per tot. P. Molin. tom. 1. de insti. disput. 190. col. pen.* & latius *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 16. n. 82.* vbi testatur de probabiliori opinione, & tenuit, discusso articulo, *Rot. decis. 358. per tot. par. 3. rec.* quicquid contrarium senserint Doctores relati *per Fusar. de substit. quæst. 428 n. 12.*

24 Secundò quia Collegium Sororum S. Vrsulæ Terræ Pergulę, licèt sorores ibi viuant sub certa regula in loco segregato a sæculo ducendi causa vitam spiritualem, & licèt etiam aliqua vota emittant, tamen, cum illa non sint vota solemnia, qualia præstant Moniales regulares, nec in manu Superioris habentis potestatem deuouendi eas alicui Religioni approbatæ, non est Ecclesiasticum, nec dictæ Sorores dicuntur Moniales, vel Religiosæ regulares, sed sæculares, vt tradunt *Nauar. cons. 6. & cons. 7. lib. 3. de stat. Monach.* & in terminis Collegij Sororum S. Vrsulæ *Menoch. cons. 948. lib. 10.* & in terminis Collegij Virginum Societatis Iesu Castilionis latè comprobat *Ciriac. contro. 504. n. 1. & seq. Capic. Latro decis. 118. num. 3. par. 1. P. Dian. in summa in verbo Monialis nu. 5. Rot. decis. 216. num. 10. par. 2. diuer.* vbi quod promissio obedientiæ, quando non est monacalis, non inducit professionem, neque obligat, & ideò, quicquid dici possit quo ad Monasterium, in quo Sorores profitentur, solemniter emittendo tria vota,

25 † dictum tamen Collegium, vti sæculare, non habetur loco filii, nec succedit, sed excluditur per consanguineos proximiores Sororis defunctæ venientes ab intestato in eorum hereditatibus vltra dotem *l. 1. & ibi Bald. in summario C. de hæred. decur. Petr. Greg. Tolos. in Syntag. iur. vni. lib. 45. cap. 15. sub num. 1. versic. succedit etiam Franc. de Barri. de success. lib. 18. tit. 4. num. 8. & tit. 5. sub n. 8. & tit. 6. ante num. 12. versic. sæcularis, qui &c.* quem refert, & sequitur *Ciriac. d. contro. 504. n. 69 vers. tamen Collegium &c. & nu. 78. & seq.* alios adducens concordantes.

26 Tertiò quia contraria opinio, quod imò legitima debeatur ascendentibus ex bonis filii, etiam si ipse ingressus fuerit Monasterium capax bonorum, est verior, & magis communis, vt ex authoritatibus, & rationibus infrascriptis clarè apparebit, d. enim opinionem tenuerunt *Bart. in d. auth. si qua mulier num. 18.* vbi hanc opinionem dicit æquiorem, & *ibi Ias. nu. 36. Castren. nu. 5. Sali. num. 9. & alij C. de Sacros. Eccles. Specul. in titulo de stat. Monach. §. qualiter sub num. 59. vers. quinquagesimo tertio &c. & n. 71. versic. ad præmissorum &c. Io. Andr. et Innoc. num. 6. in fin. Hosti. num. 11. et Bero. num. 523. in d. cap. in præsentia 8. et ibi Abb. num. 53.* vbi testatur de communi opinione, & *probat.* quam opinionem sequuti sunt etiam, vti communem *Roias in epito. success. cap. 29. n. 8. ampl. num. 40.* latè *Gratia. decis. Marcb. 7. num. 5. et seq.* vbi testatur de veriori opinione, & ita dicit, fuisse in illa Rota iudicatum *Clemc. de patr. potest. cap. vlt. nu. 70. Castill. de vsufr. cap. 65. num. 2. Merli. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 12. sub n. 9. vers. verùm a prima opinione, &c.* vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, *Valasc. decis. 24.* vbi testatur de receptissima opinione, quem refert, & sequitur *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit. 3. num. 114.* & latè firmat *P. Sanch. in Præcep. Decal. lib. 7. cap. 9. num. 19.* quamplures adducens Doct. authoritates, & quod matri debeatur legitima de bonis ingressi Monasterium, sępè tenuit *Rot.* & præcipuè *decis. 116. num. 1. & seq. et decis. 277. num. 1. et seq. par. 5. rec. et decis. 503. d. par. 5. rec. lib. 2. in prin.* vbi fuit decisum, illam deberi matri a die emissę professionis, & latius, articulo discusso, tenuisse hanc opinionē eandē *Rotam in Romana successionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. coram R. P. D. Dunozetto*, testatur *Adden. ad Rotam d. decis. 503. par. 5. rec. in fin. lib. 2.* ita vt dubitandum non sit, hanc esse veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & ab ea, in iudicando nullo modo, maximè propter authoritatem Rotæ Romanę, esse recedendum.

Neque obstant fundamenta contrariæ sententiæ, & primum, quod Monasterium habeatur loco filii, quia dicta conclusio, vel non est vera, cum in iure nullo modo probetur, vt firmaui *supra num. 18.*

num. 18. vel non habet locum, nisi in casibus a iure expressis, vt tradunt *Doctores supra pariter per me adducti num.* 21, & ideò cum in iure non reperiatur expressum, quod Monasterium habeatur loco filij ad effectum excludendi ascédentes a legitima filiorum, standum est regulæ, quæ stat pro ascendentibus, quod eis debeatur legitima in bonis filiorum, vt in terminis dixerunt *Roias in epito. de success. d. cap.* 29. *ampl.* 8. *num.* 40. *Gratia. d. decis.* March. 7. *num.* 11. *Merlin. in d. quæst.* 12. *num.* 9. *versic. verùm a prima &c. & alij doctores supra proximè adducti.*

27 Neque nocet pariter alterum motiuum, in quo se fundat *Cæsar Argel. vbi supra* nempè quod filij ficti, vt sunt arrogati, impediunt huiusmodi consecutionem legitimæ debitæ ascendétibus, ergo eodẽ modo eos ab illa debet excludere Monasterium, quod ad excludendũ substitutum dicitur haberi loco filii in *d. cap. in præsentia* 8. *de probat. & in d. §. sed & hoc præsenti Auth. de Sanct. Episcopis.*

Quia respondeo, admissa d. conclusione pro vera, quod filii ficti impediant consequutionem legitimæ ascedentibus, contra quam multa adduci possent, & præcipuè, quod fictio non semper operatur idem in casu ficto, quod veritas in casu vero, vt dicit *Merli. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. *num.* 10. respondeo, inquam, diuersam adesse rationem inter vnum casum, & alterum, nam ex eo ascendentes priuantur legitima ex istis liberis fictis, quia ipsis debetur de iure legitima *Peregr. de fideic. art.* 36. *nu.* 42. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 6. *Graff. de success. §. successio ab intestato. quæst.* 21. *num.* 1. *Merli. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 7. & ideò iniustum videtur, quod quis teneatur ad duplicem legitimam præstandam, nempè ascendentibus, & filiis arrogatis, & ideò non mirùm si præstatur filiis, quod ascendentibus denegatur, non sic autem dici potest respectu Monasterii, quod licèt sit loco filii ad effectum, vt
28 Monasterium succedat, † nulla tamen ei legitima debetur, vt tradunt contra *glos. in d. auth. si qua mulier. Bart. num.* 7. *& ibi Ias. num.* 18. *& seq.* vbi dicit, ab opinione *Bart.* non esse in iudicando, & consulendo recedendum *Abb. in d. cap. in præsentia nu.* 58. *& ibi Bero. nu.* 519. *de proba.* Ripa. *in l. si vnquam quæst.* 35. *num.* 94. *C. de reuoc. donat.* vbi testatur de communi opinione *Clar. in §. testamentum quæst.* 28. *vers. aut fecit testamentum &c.* vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 3. *num.* 101. *P. Sanch. in d. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 34. *&* 41. quam opinionem latè comprobat *Merli. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 14. *num.* 5. *& seq.* vbi autem est diuersa ratio, diuersa quoque debet esse iuris dispositio *l. illud* 32. *ff. ad leg. acq. Surd. cons.* 67. *num.* 19. *lib.* 1. latè *Barbo. axiom.* 197. *nu.* 5. & in puncto respondet *Merli. de legit. d. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 12. *sub num.* 9. *vers. verùm a dicta opinione &c. & d. quæst.* 14. *num.* 10.

29 Quod eò magis est dicendum, cum dicta conclusio, quod Monasterium habeatur loco filii sit exorbitans, & contineat specialitatem contra regulas iuris, vt not. *glos. fin. in d. cap. in præsentia* 8. *et ibi Felin. ante num.* 58. *& Deci. ante num.* 62. *de prob.* benè *Peregr. de fideic. art.* 28. *num.* 59. *& P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib.* 7.
30 *cap.* 16. *nu.* 5. † vndè est restringenda ad terminos, in quibus loquitur, nec est extendenda ad alios casus, vt in casu suo dicebat *Soc. Iun. cons.* 100. *sub num.* 10. *lib.* 1. & post eum *Marescot. var. resol. d. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 6. *in fin.* & in puncto benè declarat *Peregr. de fideic. d. art.* 28. *nu.* 59. alios adducens concordantes.

31 Neque pars aduersa fundamentum aliquod facere potest super eo, quod supplementum legitimæ non datur, non firmato statu hereditatis *Gabr. cons.* 137. *num.* 4. *&* 10. *lib.* 2. *Surd.*
32 *cons.* 148. *nu.* 12. *lib.* 1. † quia si ille, qui petit supplementum legitimæ, alleget, bona sibi assignata, seù relicta non sufficere pro legitima, habet intentionem fundatam, ad *glos. in l. cum de lege* 17. *ff. de prob. Curt. Sen. cons.* 27. *nu.* 7. vbi dicit, quod hanc opinionem amplectitur praxis quotidiana, quem refert, & sequitur *Costa de retrotract. cap.* 8. *casu* 9. *num.* 29. vbi dicit, hoc eò magis habere locum, quando pro actore adest aliqua præsumptio, vt in casu nostro, in quo reseruatum D. Victoriæ hæredi per D. Theodoram eius filiam non egreditur scuta vigintiquinque, & eius bona ascendunt ad scuta duo millia quingenta, & vltra, vt ex instrumentis exhibitis est videre, latè *Caroc. de excussio. quæst.* 35. *nu.* 7. *& seq. par.* 2. alios quamplures adducens.

33 Secundò, & meliùs, quia d. conclusio habet locum, quando est dubium, an relictum ascendat, vel non, ad legitimam, secùs si certum sit, illud non ascendere, vt in casu nostro, in quo relictum est scutorum vigintiquinque, vt dixi, & cum bona D. Theodoræ sint valoris scutorũ duorum millium quingentorum, & vltra, legitima matris erit scutorum octingentorũ quinquaginta circiter, cum status hæreditatis firmari possit tempore liquidationis faciendæ, vt in terminis declarat *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 2. *in fin.* & dixit *Rot. in Forosẽpronien. bonorum* 14. *Martij* 1650. *in fin. coram* R. P. D. *Bichio* quæ est apud eundem *Merli. de legit. decis.* 200. *num.* 29.

34 Neque d. D. Victoria ad vllam redditionem pro tutela administrata adstringi potest, cum redditio rationis peti non possit a dictis Sororibum S. Vrsulæ donatarijs, etiam vniuersalibus

bus secundùm *Crauet. conf.* 812. *num.* 1. & *seq.* quem refert, & sequitur *Balth. Tom.*1. *in suis tract. var. tom.* 2. *de tuto. & curat. tit.* 34. *n.* 228. Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit in Ciuitate Eugubij per Perill. & Reuerendiss. D. Sebastianum Conciolum Vicarium Generalem Illustrissimi, & Reuerendissimi DD. Alexandri Sperelli Episcopi Eugubini vigilantissimi, & doctissimi de Mense Decembris anni 1656 per acta D. Cancellarij Curiæ Episcopalis, cui sententiæ Conforores S. Vrsulæ acquieuerunt. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Agens remedio Saluiani interdicti vtilis, quæ tenéatur probare, vt obtinere valeat. Iudex ritè, & rectè procedens an priuet possessione. Clausulæ constituti an probet possessionem contra constituentem, & eius hæredes. Confessio Procuratoris quando noceat domino, maximè stantibus adminiculis, vel ratificatione tacita, vel expressa. Bona emphyteotica, quando veniant in generali bonorum obligatione, & an veniant fructus illorum, ita vt creditori competat remedium Saluiani ad effectum consequendi dictos fructus pro eius credito.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum datur, constito de hypotheca, possessione debitoris de tempore obligationis, vel postea, & possessione Rei conuenti.*
Ad effectum, vt ex fructibus bonorum actor satisfieri possit de eius credito, num. 2.
3 *Creditum cum hypotheca est principale extremum in Saluiano.*
4 *Saluianum sine hypotheca non datur.*
5 *Creditum cum hypotheca in Saluiano probatur ex instrumento publico.*
6 *Possessio debitoris de tempore obligationis in Saluiano probatur per testes.*
7 *Possessio Rei conuenti in Saluiano probatur ex sustentatione litis.*
Maximè concurrentibus adminiculis. nu. 8.
9 *Laudemium soluitur pro traditione possessionis.*
10 *Saluianum non datur, nisi contra possidentem.*
11 *Iudex rectè procedens priuat possessorem ciuili, & naturali possessione.*
12 *Clausula constituti probat possessionem constitutarij, concurrente sustentatione litis.*
13 *Clausula constituti probat possessionem contra constituentem, & illius hæredes.*
14 *Confessio partis præfertur depositionibus testiũ.*
15 *Confessio adminiculata nõ admittit probationem in contrarium.*
16 *Qui tanquam possessor, licèt non possideret, voluit substinere iudicium, condemnatur quo ad æstimationem.*
17 *Confessio Procuratoris voluntaria non nocet domino.*
18 *Mandatũ præsumitur ex productione scripturarũ.*
19 *Mandatum probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
20 *Confessio Procuratoris adminiculata nocet domino.*
21 *Confessio adminiculata probat, & nocet etiã sinè adminiculis non noceret.*
22 *Confessio Prælati non nocet Ecclesiæ.*
Fallit, si sit adminiculata. num. 23.
24 *Principalis prosequendo litem censetur ratificare acta per Procuratorem.*
25 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam speciali. Amplia, vt num.* 26.
27 *Extremum secundum in Saluiano probatur leuioribus probationibus.*
28 *Bona emphytheotica non veniunt in generali bonorum obligatione, stante pacto de non hypothecando.*
Fallit, cessante dicto pacto. num. 29.
30 *Fructus bonorum emphytheoticorum, vti allodiales, veniunt in generali bonorum obligatione, ita vt pro eis detur Saluianum.*
Cum sint proprij Emphiteutæ, et non emphiteotici, num. 31.
32 *Census potest imponi super fructibus bonorum emphyteoticorum absque licentia domini.*
33 *Fructus feudi, vti non feudales, veniunt in generali bonorum obligatione.*
34 *Fructus bonorum fideicommissariorum possunt alienari, non obstante quauis prohibitione.*
35 *Inuestitura censetur concessa sinè præiudicio tertij.*

A L L E G A T I O LXIII.



Euerendissime Domine. D. Andreas Sauino de Terra Cantiani agenti remedio vtilis Saluiani interdicti contra q. D. Iosephum Pacium, & modò contra illius hæredes de eodem, vti possessores bonorum Federici Saluatoris, & D. Gentilis suæ Vxoris debitorũ 1 ipsius Actoris, † concedenda est immissio in bonis petitis in libello, cum probauerit omnia requisita in dicto iudicio, nempè creditum cum hypotheca, possessionem Federici, & D. Gentilis debitorum de tempore obligationis, vel postea, & possessionem Rei conuenti, vt tradunt *Menoch. de adipisc. possess. remedio* 3. *n.* 161. & *seq. Thom. decis. March.* 13. *num.* 13. *Altogr. cons.* 4. *nu.* 2. & *seq. lib.* 1. & *Rota apud Duran. decis.* 401. *in prin.* & *apud Merli. de pignor. decis.*

144.

144. num. 4. & in Romana Saluiani 18. Martij 1650. coram R. P. D. Bichio. §. hinc instantibus
2 &c. & alibi passim, † ad effectum, vt ex fructibus dictorum bonorum sibi satisfieri valeat de eius credito, qui est effectus huius remedij Rola. cons. 14. num. 27. lib. 1. Scapuc. de salui. lib. 1. quaest. 20. num. 4. & 5. Pacif. de salui. inspec. 1. cap. 3. nu. 3. & seq. & inspec. 4. cap. 1. nu. 1. Eugen. cons. 65. nu. 86. lib. 1. Altogra. d. cons. 4. num. 13. lib. 1.
3 De credito autem cum hypotheca, quod est principale extremum huius interdicti, vt dicit
4 Altogra. d. cons. 4. num. 2. † cum sine hypotheca Saluianum non detur, vt tradunt Nat. cons. 474. nu. 34. Pract. Ridolph. par. 2. cap. 6. nu. 60. Altogra d. cons. 4. num. 3. & Rota apud Duran. decis. 40. num. 15. & decis. 176. nu. 2. & apud Card. Canale. decis. 253. in princ. & decis. 433. num. 5.
5 De credito, inquam, cum hypotheca constat ex instrumento publico obligationis Federici & D. Gentilis camerali obligatione vallato, de quo in proc. fol. 7. Thoma. decis. March. 246. num. 7. par. 2. Prac. Ridolph. d. cap. 6. nu. 76. vbi dicit, id probari etiam ex apocis priuatis iudicialiter recognitis Altogra d. cons. 4. num. 10. lib. 1. Rota apud Pacif. de saluia. decis. 13. num. 1. apud Duran. d. decis. 401. num. 3. & apud Merli. de pigno. d. decis. 144. num. 1. & in Auenionen. Saluiani 20 Martij 1650. coram R. P. D. Bichio. §. ortus hypothecae &c.
6 Possessio verò Federici, & D. Gentilis debitorum de tempore obligationis, vel postea fuit plenè probata per testes in processu examinatos super primo articulo ad not. per Scapuc. de saluia. lib. 1. quaest. 25. num. 2. per Thoma. d. decis. March. 13. num. 11. per Pract. Ridolph. d. par. 2. cap. 6. num. 78. & per Rot. apud Duran. decis. 458. num. 3. & decis. 669. num. 2. & seq. par. 2. & decis. 123. num. 11. par. 3. & decis. 205. num. 11. & 12. par. 8. recen. qui testes benè deponunt, etiam de identitate bonorum, vt requiritur, Prac. Ridolph. d. cap. 6. num. 82. Scapuc. d. quaest. 25. num. 10. Pacif. de saluia. inspec. 1. cap. 6. num. 3.
7 De possessione verò rei conuenti constat ex sustentatione litis per multos menses Scapuc. d. quaest. 25. num. 9. Cenc. de cens. quaest. 98. num. 19. Thoma. d. decis. March. 13. num. 1. & decis. 44. num. 7. latè Pract. Ridolph. d. cap. 6. num. 85. alios quamplures adducens concordantes, Altogra. d. cons. 4. num. 18. Rota apud Buratt. decis. 693. num. 5. & apud Durdn. decis. 40. num. 5. & decis. 193. nu. 4. & apud Merli. de pigno decis. 144. num. 4.
8 Maximè accedentibus adminiculis Cenc. d. q. 98. sub nu. 19. Pacif. de saluia. inspect. 1. cap. 6. num. 7. Pract. Ridolph. d. cap. 6. sub num. 85. Rota in S. Seuerini doctis, seu saluiani 4. Maij 1640. coram R. P. D. Dunozetto §. possessio deniq; &c. quae non desunt in casu nostro, nempè confessio Procuratoris, de qua in proc. fol. 3. & 13. confessio ipsius D. Iosephi in inuestitura
9 exhibita, solutio Laudemij † quod soluitur pro traditione possessionis Surd. decis. 200. nu. 6. Gratia. discep. foren. cap. 377 num. 34. par. 2. quos refert, & sequitur Rota in d. Auenionen. saluiani §. tandem ex pluribus & alia plura.

Quibus non obstat, quod ex depositionibus testium super secundo articulo examinatorum apparere videatur, dictos reos conuentos, nō possidere bona, de quibus agitur, sed illa possideri per Federicum & D. Gentilem debitores, &
10 ideò saluianum non intrare, † cum illud non detur, nisi contra possidentem, sicut quodlibet aliud possessorium Scapuc. de saluia. lib. 1. quaest. 25. nu. 8. Pacif. de saluia. inspec. 1. cap. 5. nu. 72. & 76. & cap. 6. num. 3. Altogra. d. cons. 4. num. 9. lib. 1.

Quia obiectum benè euitatur ex pluribus, & primo omisso, quod dicti testes deponunt, bona controuersa possideri per Federicum, & D. Gentilem dubitatiuè, & subobscurè, vt ex ipso processu videre est, quia, inquam, illorum depositio est erronea, & ideò non attendenda, cum de contrario appareat ex actis, quia cum mensibus elapsis super dictis bonis fuerit immissus in possessionem ex primo decreto D. Bartholomeus Vannus de Capriano creditor dictorum Federici, & D. Gentilis vigore mandati executiui contra eos relaxati per Iud. retro, & illa postea fuerint seruatis seruandis adiudicata D. Iosepho Pacio oblatori, ipsi omnem amiserunt possessionem dictorum bonorum, &
11 illa translata fuit in d. D. Iosephum, † cum certa sit in iure conclusio, quod Iudex ritè, & rectè procedendo priuat possessorem ciuili, & naturali possessione Angel. in l. cum possidere 6. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. & ibi Imol. n. 1. in fin. Rom. n. 3. versic. secundò & c. Alex. num. 3. in fin. Iaf. num. 10. Saisell. n. 3. & alij Doct. communiter ff. de acqui. possess. Thom. decis. March. 174. num. 27. & 28. par. 2. latè Postiae manut. obseru. 121. in prin. pract. Ridolph. par. 2. cap. 5. num. 91. Rota apud Greg. XV. decis. 9. num. 4 & decis. 69. num. 3. & decis. 203. num. 1. & ibi Adden. num. 5. & apud Card. Canale. decis. 2. n. 4. & seq. & decis. 42. nu. 2. & apud Duran. decis. 257. n. 4. & 17. & decis. 306. num. 3. par. 7. recen. & alibi passim.

Quod eò magis suadetur, stante clausula constituti apposita in instrumento inuestiturae ad fauorem D. Iosephi per Illustrissimum D. Episco-
12 pum Caltien. dominum directum, † quae probat possessionē ipsius cōstituarij, maximè iuncta sustēratione litis, vt in casu nostro, in puncto

stantur Rota decis. 539. num. 3. par. 4. rec. et decis. 93. num. 1. versic. sicut etiam &c. apud Merli. de pigno. & clarius ex confessione resultante ex clausula constituti apposita per ipsum D. Iosephum in eodem instrumento inuestituræ, in quo se cōstituit bona controuersa tenere, & possidere sub dominio Illustrissimi Domini
23 inuestientis, † quæ benè probat possessionem dictorum bonorum contra ipsum constituentem, & eius hæredes Pacif. de saluia. inspec. 3. cap. 2. num. 1019. Barbo. de clau. clausula 31. num. 8. latè Posti. de manut. obseru. 20. nu. 39. Thoma. decis. March. 96. n. 50. par. 1. et decis. 246. n. 8. par. 2. Pract. Ridolph. par. 2. cap. 6. num. 79. Rota apud Buratt. decis. 768. num. 3. et ibi Adden. litera B. et decis. 634. num. 3. par. 1. recen. et apud Duran. decis. 40. num. 4. et decis. 401. num. 6.

Maximè cum dicta confessio sit adminiculata ex solutione Laudemij, quod soluitur pro inuestitura, & actuali traditione possessionis, vt ex Surd. Gratia. & Rota probaui supra num. 9.

24 Dicta autem confessio possessionis facta per D. Iosephum, vt supr., præfertur depositionibus dictorum testium, etiam si essent mille Thoma. decis. March. 249. num. 2. par. 2. Posti. de manut. obseru. 19. n. 15. Rota apud Greg. XV. decis. 357. num. 3. & decis. 434. num. 14. benè eadem Rota in Iuuenaten. & Melphiten. bonorū 8. Iunij 1646. coram Eminentiss. Card. Corrado

25 §. quoniam illorum & cum sit adminiculata non admittit probationem in contrarium Rota apud Greg. XV. decis. 524. num. 4. & in Romana quarti dotalis 15. Iunij 1635. in fin. coram R. P. D. Dunozetto.

Secundò non obstant depositiones dictorum testium, quia cum pro parte aduersariorum fuerit in iudicio affirmatum contrarium, ipsos, inquam, possidere bona in libello petita, vt con-
26 stat ex proc. fol. 3. & 13. † illi dicuntur sinè obtulisse, & habentur pro possessoribus, & benè contra eos procedit iudicium, licèt non possideant, ita vt teneantur saltem ad æstimationem l. is qui se obtulit 26. cum. duabus legibus sequ. ff. de rei vendic. l. qui se liti. 84. ff. de petit. hæred. & tradunt Ias. in §. omnium num. 96. & ibi Aret. num. 8. & Io. Oinot. num. 94. Instit. de actio. idem Ias. in l. naturaliter 12. §. nihil commune num. 140. versic. & sic habes etc. ff. de acqui. possess. Socin. Seu. in l. si a te 9. §. 1. num. 5. ff. de excep. rei iudic. Scapuc. de saluia. lib. 1. quæst. 25. num. 9. versic. et tunc si pars etc. & nouissimè D. Andreol. contron. 181. n. 8. et Vermiglio. cons. 428. num. 16.

Neque obstat, quod dicta assertio possessionis bonorum de quibus agitur, facta fuerit per pro-
27 curatorem DD. de Paciis, † procuratoris autem confessio voluntaria non nocet domino regulariter Thoma. decis. March. 99. nu. 34. par. 1. et decis. 123. num. 36. par. 2. Rota decis. 779. num. 2. par. 2. recen.

Quia respondeo dupliciter, & primo, quod cum d. Procurator produxerit in eadem instantia, in qua fecit d. confessionem instrumentum inuestituræ, & alia iura spectantia ad D. Iosephum,
28 ex dicta productione resultat præsumptio, illū habuisse sufficiens mandatum ad prædicta faciendum, vt tradunt Adden. ad Buratt. decis. 593. num. 13. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 3. num. 44. Rota apud Greg. XV. decis. 44. in prin. et decis. 86. num. 2. et 3. et decis. 111. et ibi Adden. num. 7. eadem Rota decis. 295. num. 6. par. 4. rec. tom. 2. & apud Zachi. de oblig. came. decis. 254. num. 20. & in Maceraten. census 1. Februarij 1638. coram Eminentissimo Card. Verospio, Merli. decis. 68. num. 2. et decis. 120. in prin.

29 Mādatum enim probatur præsumptionibus, & coniecturis Rota apud Greg. XV. decis. 44. num. 1. et seqq. et decis. 111. num. 1. et decis. 579. num. 28. par. 4. rec. tom. 3. apud Zachi. de oblig. came. decis. 254. num. 24. Merli. decis. 692. nu. 82. & mandatum etiam præsumptum sufficere ad obligandum dominum dixit Rota apud Greg. XV. decis. 86. num. 3. & decis. 111. nu. 7. et in Senogallien. supplementi legitimæ 10. Iunij 1641. coram R. P. D. Merlino §. sed quicquid. etc. etiam si requiratur mandatum speciale Rota decis. 542. num. 15. & seq. par. 4. rec. tom. 3.

30 Secundò quia cum dicta confessio Procuratoris pluribus sit fulcita adminiculis benè probat contra dominum, & illi præiudicat, vt not. Theod. Rube. in singul. Rota Rom. tom. 1. ad decis. Seraph. 436. versic. Rota num. 2. Rota apud Greg. XV. decis. 506. num. 6. & apud Duran. decis. 433. num. 7. & decis. 334. num. 3. par. 1. & decis. 39. num. 2. par. 7. recen. Merli. decis. 414. num. 15.

31 Confessio enim adminiculata præiudicat, cui alias sinè adminiculis non præiudicaret Deci. cons. 96. sub num. 5. Paris. cons. 58. num. 11. & seq. lib. 1. Craue cons. 202. n. 4. Surd. decis. 135. nu. 4. & 5. latè Gratia. discep. foren. cap. 677. num. 49. & 50. & cap. 716. num. 25. & cap. 796. num. 15. par. 4. Rota decis. 198. num. 3. & decis. 362. num. 5. in fin. par. 5. rec. & decis. 68. num. 4. par. 8. rec. et apud Merli. de pigno. decis. 94. num. 19.

Adminicula autem non desunt, nempè clausula Constituti Illustrissimi Domini Episcopi inuestientis, confessio, seu assertio ipsius D. Iosephi constituentis se possidere bona controuersa, de quibus in dicto instrumento inuestituræ, solutio Laudemij, quod soluitur pro actuali possessionis traditione, & tam longa sustentatio huius,

quæ sinè possessione fieri non solet, meritò &c.
21 Hinc videmus, quod confessio Prælati, licèt
non noceat Ecclesiæ *Rota apud Greg. XV. decis.*
506. nu. 1. & seq. & apud Posth. de manut. decis.
64. nu. 9. & seq. & decis. 327. nu. 2. & seq. &
in Aprutina, seù nullius iurisdictionis 8. Apri-
lis 1639. corā R. P. D. Dunozetto §. nō obstat &c.
22 † benè tamen nocet, si sit adminiculata *Gratia.*
discep. foren. cap. 716. n. 25. par. 4. Rota *apud*
Card. Mant. decis. 39. nu. 1. & apud Greg. XV.
d. decis. 506. per tot. & apud Merli. de pigno.
decis. 94. num. 18. & decis. 452. num. 1. par. 4.
rec. eadem Rota *in Romana, seù Farfen. hæredit.*
30. Aprilis 1635. coram R. P. D. Buccabella in
prin. vbi dicit, hoc habere locum etiam in con-
fessione Curatoris, Patris, & simil. *et in Marsicen.*
iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram R. P. D.
Bichio §. quo verò &c.
Quæ quidem sunt manifesta in casu nostro, non so-
lùm ex ratificatione tacita resultante ex prose-
quutione litis facta per Dominos de Paciis
24 reos conuentos, † ex qua censentur ratificata
omnia acta facta per Procuratorem *Lancell. de*
atten. par. 1. cap. 1. num. 63. & seq. Adden. ad
Greg. XV. decis. 176. num. 13. Thomæ decis.
March. 119. num. 24.
25 Sed etiam ex ratificatione expressa, de qua in
mandato procuræ, de quo in proc. fol. 29. quæ
æquiparatur mandato, etiam speciali *l. quod si*
de speciali 27. ff. de minor. Adden. ad Greg. XV.
decis. 295. nu. 6. Rota *apud Card. Mant. decis.*
227. num. 2. & apud Greg. XV. decis. 525. nu. 4.
& 5. Merli. decis. 577. num. 13. & decis. 878.
nu. 4. & facit, ac si ipsemet principalis confes-
sus fuisset *l. si pupilli 6. §. item quæritur ff. de*
nego. gest. l. si sinè iudice 22. §. Iulianus ff. rem
rat. hab. l. fin. C. ad Maced. cū aliis relatis per
Rot. apud Merli. de pigno. decis. 127. num. 42.
& dixit eadem *Rota in d. Senogallien. supplemen-*
ti legitima §. sed quicquid &c. quibus addo
Thoma. decis. March. 228. num. 43. par. 2.
26 Et impedit etiam reuocationem d. confessio-
nis *Rota apud Pute. decis. 171. num. 2. lib. 3. &*
decis. 512. num. 3. par. 4. rec. maximè stante
acceptatione partis facta de dicta confessione,
vt post *Ias. & Roma.* per eam adductos declarat
Rota decis. 57. num. 48. par. 7. rec.
27 Quæ eò magis redduntur certiora in casu no-
stro, cum secundùm extremum in saluiano pro-
betur lenioribus probationibus, & leniores
probationes sufficiant ad illud probandum
Scapuc. de saluia. lib. 1. quæst. 27. nu. 9. & lib.
3. quæst. 12. num. 5. Pract. Ridolph. par. 2. cap.
6. num. 86. Thoma. decis. March. 173. num. 23.
par. 2. Rota apud Greg. XV. decis. 105. num. 2.
& in Perusina spolij 4. Aprilis 1636. coram
R. P. D. Royas §. secundum verò &c.
Neque obstat postremò, quod bona, de
28 quibus agitur, sint emphyteutica, † & ideò non
veniant sub generali bonorū hypotheca sinè li-
centia domini directi, stante pacto de non alie-
nando, nec hypothecando ipsa bona in inuesti-
tura apposito, vt tradunt *Pacif. de saluia. inspec.*
3. cap. 2. nu. 45. Gratia. *discep. foren. cap. 855.*
num. 10. par. 5. Adden. ad Buratt. decis. 749.
num. 27. Merli. *de pigno. lib. 2. quæst. 8. nu. 27.*
Fulgin. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1.
num. 242. Rota *apud* Merli. *de pigno. decis. 59.*
29 *num. 8. & decis. 69. num. 4.* † quicquid dicen-
dum sit, cessante pacto, quo casu dicta bona
venire in generali obligatione, est verior, &
magis communis Doct. opinio, vt post *Bart.*
Bald. Castr. Salic. Alex. Gabr. Guid. Pap. Ne-
gus. Fachin. Gail. Surd. Menoch. Card. Manti.
Cirlac. Giurb. Gratia. Pacif. Vinc. de Franch.
Ouid. de Amic. Rot. Rom. & aliòs per eum addu-
ctos testatur Merli. *de pigno. lib. 2. quæst. 8. n. 7.*
& seq. Illustrissimus Sperellus decis. 120. num. 2.
par. 2. Rota *in Romana deuolutionis domorum 3.*
Iunij 1652. coram R. P. D. Verospio §. deuolu-
tio etc. sinè hypotheca autē non datur Saluianū
Scapuc. de saluia. lib. 1. quæst. 25. n. 7. Altogra.
cons. 4. num. 3. lib. 1. & alii adducti *supra nu. 4.*
Quia respondeo, quod nos non versamur in dictis
terminis, sed in longè diuersis, quia D. Andræas
non prætendit habere hypothecam super ipsis
bonis emphyteuticis, & super illorum proprie-
tate, sed solùm super illorum fructibus, &
eorundem bonorum commoditate, vt ex illius
30 libello manifestè apparet, † qui fructus, cum
non sint emphyteutici, sed merè allodiales, &
proprij ipsorummet debitorum, potuerunt per
eos hypothecari absque aliqua licentia domi-
ni directi, & sic benè veniunt in hypotheca ge-
nerali bonorum ad fauorem D. Andrææ acto-
ris, ita vt pro illis consequendis ei competat
Saluianum in libello intentatum, vt tradunt
Negus. de pignor. in 3. membr. 2. part. num. 9.
versic. tamen hoc &c. Gratia. discep. foren. cap.
43. n. 11. par. 1. Scapuc. de saluia. lib. 2. quæst.
10. n. 3. Giurb. ad consuet. Messan. *cap. 1. glos. 2.*
par. 1. num. 110. Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 8.
n. 63. Rota apud Cenc. de cens. decis. 403. nu 7.
& seq. & apud Merli. de pigno. decis. 57. num. 4.
& seq. & decis. 84. num. 12.
31 Fructus enim bonorum emphyteuticorum,
vt dixi, sunt proprij ipsius emphyteutæ, vt not.
Scapuc. d. quæst. 10. num. 2. & non sunt emphy-
teutici, sed allodiales *Gratia. d. cap. 43. num.*
11. & d. cap. 580. num. 18. Post. d. inspect. 18.
nu. 122. & ideò nil mirùm, si veniunt in generali
bonorum obligatione, & pro eis competit Sal-
uianum, vt tradunt *Doct. supra proximè adducti.*
32 Hinc videmus, quod census potest imponi su-
per fructibus rei emphyteuticæ, non obstante
aliqua prohibitione, & in dicto casu datur Sal-

uiarum ad auocandam possessionem ad effectû consequendi fructus durante vita emphyteutæ, vt benè comprobat *Cenc. de cens. quæst. 22. nu. 10. & seq.* & declarauit *Rota* sequendo Cenciû *in Romana census vitalitij 16. Februarij 1630. coram R. P. D. Motmanno*, recedendo ab alia *decis. 21 Februarij 1628. coram Eminentiss. Card. Virili*, quam refert *Adden. ad Scapuc. d. quæst. 10. in fin.*

33 Et idem est in fructibus feudi, qui, vti distincti a feudo, non obstante quauis prohibitione alienandi, veniunt in generali obligatione, & possunt per creditores vasalli capi ex causa iudicati, illius vita durante *Surd. de alimen. tit. 4. quæst. 10. num. 29. & seq.* & latè comprobat *Pacif. de saluia. inspect. 3. cap. 2. n. 72. & seq.* alios adducens sectatores *Merli. de pigno. lib. 2.*

34 *quæst. 11. num. 51. & seq.* † pro vt est etiam in fructibus bonorum fideicommisso suppositorum, qui possunt alienari, non obstante prohibitione non alienandi bona sub pœna caducitatis, vt tradunt *Gratia. discept. foren. cap. 916. num. 24. par. 5.* quem refert, & sequitur *Cenc. de cens. d. quæst. 22. num. 10. in fin. Rota decis. 1. num. 17. par. 8. rec.*

35 Inuestitura verò concessa DD. de Paciis nihil nocet D. Sauino, cum illa intelligatur concessa sinè præiudicio tertii *Card. Manti. de tacit. lib. 23. tit. 19. num. 20. Ciriac. contro. 36. n. 5. Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de var. caduc. quæst. 12. n. 36. Rota decis. 231. num. 2. par. 4. diuer.* Quare &c. Saluo semper &c.

D. Andræas Actor obtinuit, quia in gradu appellationis ab articulo fuit ei concessa immissio super bonis controuersis, &, cum sententia transierit in iudicatum, ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Æstimatio bonorum an sit facienda de tempore contractus, & an dicantur conformes, si vna cantet de vno tempore, & alia de alio. Valor bonorum quando præsumatur mutatus, & an detur præsumptio valoris præsentis cum præterito. Verbum (*esse*) an importet tempus præsens, vel præteritum. Æstimatori an liceat eius æstimationem declarare.

S V M M A R I V M.

1 *Sententijs conformibus vtens in iudicio tenetur probare requisita in eis, & illas seruare prout iacent.*

2 *Actionem proponens censetur illam propo nere cum omni sua causa.*

3 *Æstimatio est facienda de tempore contractus.*

4 *Pretium iustum dicitur illud, quod res valet tempore consignationis.*

Et parùm ante, & parùm post. num. 5.

6 *Æstimationes non sunt conformes, si vna cantet de vno tempore, & alia de alio.*

7 *Verbum (esse) continet tempus præsens.*

Potest tamen importare etiam tempus præteritum. num. 12.

Quod procedit, quando d. verbum iungitur præterito, aliàs secùs. num. 13.

8 *Valoris præsentis non datur præsumptio cum tempore præterito.*

9 *Valor mutatur ex tempore vel in deterius, vel in melius, & num. 14.*

10 *Valor bonorum mutatus censetur quolibet decennio.*

11 *Conformitas adesse dicitur, quando eadem, aut omninò similis adest formalitas.*

15 *Infans, vel iudicio carēs, quicquid videt ignorat.*

16 *Voluntas non fertur in incognitum.*

17 *Æstimatio facta a peritis, qui non viderunt rem de tempore, quo est facienda æstimatio, est nulla.*

18 *Declaratio per æstimatores, vel peritos fieri non potest post oppositionem partis.*

19 *Pupillus factus maior non potest testificari de ijs, quæ vidit in ætate pupillari.*

20 *Periti debent æstimationem referre secundùm communem æstimationem, aliàs est nulla.*

21 *Periti debent reddere causam æstimationis, & valoris, etiam non interrogati.*

22 *Valor de tempore præterito percipi non potest ex simplici bonorum inspectione.*

A L L E G A T I O LXIV.



Xcellentissime Domine. Per Ill. DD. de Galeottis de Ciuitate Eugubij, qui vtūtur in iudicio sententijs cōformibus ad eorum fauorem latis contra hæredes q. Perill. D. Pirri Nuti de codē, in quibus fuit declaratum, prædium situm in Territorio Eugubij in vocabulo i Mischianti esse æstimandum per homines communiter eligendos de tempore consignationis illius factæ ipsis DD. de Galeottis,

1 † tenentur probare omnia requisita in dictis sententiis, & illas seruare, prout iacent, & sic æstimationem d. prædii referre de tempore factæ consignationis, vt post *Io. Andr. in cap. 1. de homic. in 6. & Soc. Iun. cons. 67. num. 16. lib. 1.* per eum relatos tradit *Surd. cons. 186. num. 9. vol. 2.* & nouissimè scribit *Ciriac. contro. 424. num. 15. Rot. decis. 159. num. 5. apud Post. de subbast.* post hæc scripta visa.

Cum

2 Cum proponens aliquam actionem censeatur illam proponere cum omni sua causa, & consequerer cum exceptione, quæ ei inest *Bart. in l. lecta* 40. *num.* 21. *ff. si cert. pet. Ias. in §. actionum* 128. *Inst. de actio. Graff. de excep. excep.* 13. *num.* 2. *Ciriac. d. contro.* 424. *num.* 14.

3 Quod est etiam conforme dispositioni iuris communis, † cuius vigore æstimatio est facienda iuxta tempus contractus *l. si voluntate* 8. *in fin. C. de rescin. vendit. Bald. cons.* 475. *in fin. lib.* 1. *Bero. cons.* 145. *num.* 11. *vol.* 1. vbi testatur de communi opinione, *Gabr. cons.* 65. *num.* 6. *vol.* 2. *Ceph. cons.* 403. *num.* 42. *lib.* 3. *Mascar. de prob. concl.* 1304. *num.* 26. *vol.* 3. *Paitell. ad exped. ciuil.* 65. *sui patris num.* 14. *Surd. cons.* 151. *n.* 71. *vol.* 2. in puncto de æstimatione rei in dotē datæ facienda de tempore consignationis *Hodier. ad Surd. decis.* 227. *n.* 3. *Ciriac. controu.* 453. *num.* 62. *Rota apud Posti. de subbast. decis.* 54. *num.* 4. & *decis.* 278. *n.* 4. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & *apud Cenc. de cens. decis.* 323. *num.* 7.

4 Cum iustum pretium dicatur illud, quod communiter res valet tempore, quo assignatur, & traditur *Paris. cons. vlt. num.* 26. *lib.* 2. vbi testatur de communi opinione *Paitel. ad d. exped.* 65. *num.* 15. *Surd. d. cons.* 151. *num.* 70. *vers.*

5 *quartò respondeo vol.* 2. † & parùm ante, & parū post, iuxta theoricam *Bart. in l. pretia rerum* 63. *num.* 2. & *seq.* & *ibi Alex. num.* 10. *ff. ad leg. Falc. Caren.* post hæc scripta visus *resol.* 65. *n.* 6. *Rot. decis.* 272. *num.* 23. *par.* 5. *recen.* & *apud Posti. de subbast. decis.* 43. *num.* 9. & *decis.* 44. *num.* 6.

In casu verò, de quo agitur, æstimationes relatæ per homines de prædio, de quo supra, cum vna ex eis cantet de tempore præsenti, non autem de tempore consignationis, vt infra demonstrabitur, vel sunt contra tenorem dictarum sententiarum, & dispositionem iuris communis, vt supra, & ideò nullatenùs attendendæ, iuxta

6 doctrinas supra in principio adductas, vel cum, vt dixi, vna ex eis cantet de tempore consignationis prædii, alia verò de tempore præsenti, non sunt conformes, sed inter se discordes, & ideò nemini est standum *cap. cum tu* 16. *de testi. l. qui falso.* 16. *ff. eod. tit. Ceph. cons.* 204. *nu.* 11. *vol.* 2. *Surd. cons.* 452. *num.* 64. *vol.* 3. *Neguf. Iun. resp.* 385. *num.* 26. *Giurb. cons. crim.* 43. *num.* 28. *vers. non obstat* &c. *Gargiar. Iun. cons.* 33. *num.* 16. *vol.* 2.

Difformitas verò æstimationum deducitur manifestè ex eo, quod vna cantat de tempore consignationis, alia verò, vt dixi, de tempore præsenti, cum in ea dicatur, prædium de quo agi-

7 tur esse valoris scutorum tot, † quod verbū (*esse*) quando per se ponitur, retinet tempus suum, nempè præsens, vt alias dicebat *Pub. Nigidius vir doctissimus apud Gellium Noct. Att. lib.* 17. *cap.* 7. circa medium, & tradit etiam *Alcia. in l. verbum erit* 123. *num.* 2. *ff. de verb. signif.*

8 Valoris autem præsentis, de quo cantat vna æstimatio, non datur præsumptio cum valore de tempore præterito, de quo cantat alia, quādo magnum temporis interuallum intercedit inter vnum tempus, & aliud, vt in casu nostro, in quo intercedit spatium annorum quadraginta, & vltra *cap. ad aures* 7. *de rebus Eccles. non alien. Bald. in l.* 2. *num.* 28. *Castr. num.* 4. *in fin. Cremen. num.* 227. & *seq.* & *ibi Pinell. par. vlt. cap.* 4. & *vlt. num.* 15. *C. de rescin. vend. Natt. cons.* 353. *num.* 2. *Surd. cons.* 151. *sub num.* 71. *lib.* 2. *Paitel. ad exped. ciuil.* 6. *sui Patris num.* 78. *Ciriac. contro.* 261. *n.* 12. & 13. *D. Andreol. contro.* 242. *n.* 26. in fortioribus terminis *Caren. d. resol.* 65. *nu.* 10. *vers. alterum est* &c. *Rota apud Greg. XV. decis.* 553. *nu.* 5. & *ibi Adden. num.* 15. & *decis.* 570. *num.* 6.

9 Cum pretia rerum varientur ex tempore, vel in deterius, vel in melius *l. pretia rerum* 63. *ff. ad leg. Falci. Surd. d. cons.* 151. *num.* 71. *lib.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 766. *num.* 41. & *seq. par.* 4. & *cap.* 826. *n.* 57. & *seq. par.* 5. *Paitel. ad d. expedit.* 6. *num.* 79. *D. Andreol. contro.* 242. *num.* 26. *Caren. d. resol.* 65. *num.* 9. *Rota apud Grego. XV. d. decis.* 553. *num.* 4. & *decis.* 570. *num.* 6. *Ciriac. contro.* 453. *nu.* 50. & *seq.* vbi latè.

10 Et illum variari, & mutatum præsumi quolibet decennio, voluerunt *Natt. d. cons.* 353. *n.* 6. *vers. quando autem*, & ante eum *Bald. in d. l.* 2. *numer.* 60. *vers. sed posse C. de rescin. vendit. Mascar. de prob. concl.* 657. *num.* 4. *vol.* 2. & *Ciriac. contro.* 261. *num.* 14.

Et ideò æstimationes prædictæ, vti in tempore discordantes, conformes nullo modo dici pos-

11 sunt, † cum conformitas adesse dicatur quando eadem, aut omninò similis adest formalitas, vt not. *Thesau. decis. Pedem.* 228. *in prin. Io. Botta cons.* 103. *numer.* 13. & *seq. Guazzin. ad desen. reorum desen.* 37. *cap.* 1. *num.* 1. *in fin.*,

12 Neque obstat dispositio tex. *in d. l. verbum erit* 123. *ff. de verb. signif.* vbi habetur, quod verbum (*esse*) potest etiam intelligi de tempore præterito, quia respondeo dupliciter, & pri-

13 mò, quod prædicta procedunt, † quando dictum verbum (*esse*) præterito iungitur, quo casu amittit vim sui temporis, & etiam tempus præteritum significare potest, vt si dicatur *factum esse*, *scriptum esse*, & similia, secùs tamen est quādo verbum (*esse*) per se ponitur absq; aliquo præterito, vt in casu nostro, in quo æstimator asseruit, prædium, de quo supra, esse valoris scutorum tot, quia tunc d. verbum (*esse*) habet, & retinet tempus suum, nempè tempus præsens, & præteritum tempus non significat, vt alias dice-

dicebat *Pau. Nigid. vir doctissimus apud Gelli. Noct. attic. lib. 17. cap. 7.* & benè declarat *Alciat. in d. l. verbum erit 123. in prin. ff. de verb. signif.* vbi dicit, ita d. tex. esse intelligendum, maximè cum de præsenti actum magis intelligatur, vt ibi per eum videndum.

Secundò respondeo, quod etiam si velimus, quod verbum (*esse*) in æstimationis relatione appositum intelligi possit etiam de tempore præterito, quod non admitto, per rationes supra adductas, non tamen d. æstimationes possunt dici conformes, quia non sequitur, verbum (*esse*) in relatione appositum intelligi potest de tempore præterito, ergò intelligitur de tempore consignationis prædii, quia intelligi potest de tempore præterito aliquorum annorum, puta, decem, quindecim &c. non autem præcisè de tempore consignationis prędii, de quo est facienda æstimatio vigore sententiarum, quibus
14 vtuntur DD. de Galeottis; Ratio est, quia † valor bonorum immobilium non est semper idem, sed variatur ex tempore modò in deterius, modò in melius *d. l. pretia rerum 63. ff. ad leg. falc.* & tradunt *Caphal. cons. 719. num. 14. vol. 5. Gratia. discep. foren. d. cap. 766. n. 41. & d. cap. 826. nu. 57. & sequen.* & in terminis tradit *Surd. d. cons. 151. nu. 71. vol. 2. D. Andreol. d. contro. 242. num. 25.* & ideò non datur præsumptio valoris vnius temporis cum alio, vt dicit *Surd. d. cons. 151. nu. 72.* & post eum *Paitell. ad exped. 6. n. 78. Rota decis. 272. num. 22. par. 5. recen.* & alij *Doct. supra adducti num. 8.* vndè potest esse, quod de aliquo tempore præterito dictum prædium esset tanti valoris, quanti fuit æstimatum, & tamen tempore consignationis illius esset alterius valoris pluris, vel minoris, cum valor alteretur ex tempore, & non sit semper idem, vt dixi, & in puncto dixit *Rota decis. 253. num. 23. par. 4. recen. tom. 2.*

Maximè intercedente magno interuallo temporis quadraginta annorum, & vltra, vt in casu nostro, quo casu, cum valor mutari dicatur quolibet decennio, vt not. *Bald. Natt. Mascar. & Ciriac. in loc. adductis supra num. 10.* ideò quater diceretur mutatus in dicto tempore quadraginta annorum, vt de duobus decennijs animaduertit *Ciriac. d. contron. 261. num. 13.* & sic d. verbum (*esse*) etiam si tempus præteritum comprehenderet, non tamen præcisè intelligi posset de tempore consignationis prædii a sententiis conformibus requisito, vt benè aduertit *Rota dict. decis. 253. nu. 23.* cum non sit bona consequentia, de tempore præterito prædium erat tanti valoris, ergò eiusdem valoris erat de tempore consignationis, cum valor potuerit esse mutatus, maximè de vno decennio ad aliud, vt volunt Doct. supradicti, & facit vulgata regula,

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, de qua in *l. non hoc 4. & ibi Ias. C. vnde legit. in l. neq; natales 10. C. de probat. in cap. in præsentia 8. cod. tit. & apud Barbo. axiom. 191. num. 2.*

Et quod dicta æstimatio per dictum verbum (*esse*) nullo modo referri possit ad tempus præteritū, & sic ad tempus consignationis prædii factæ de anno 1592. clarè demonstratur, quia D. Vincentius Nerius, qui æstimationem prædictā retulit, de tempore relationis factæ, & sic de anno 1635. erat ætatis annorum quinquaginta, & ideò de anno 1592. de quo tempore erat facienda æstimatio prædii, erat ætatis annorum septem, vt patet, de quo quidem tempore, vti
15 in infantili ætate constitutus, iudicio carens, † quicquid videbat, aut audiebat, ignorabat *§. præterea Inst. quibus non est perm. fac. testa. l. cum prætor. 12. versic. non autem ff. de iudic. l. fin. in fin. ff. rem pup. salu. fore, l. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. ad fin. C. de fals. monet. Farin. de testi. quæst. 58. num. 4.* & sic valor prædii æstimandi in illius sensum, & intellectum cadere non poterat, & ideò sequitur, quod illius æstimatio, & relatio ad dictum tempus referri nul-
16 lo modo possit ex illo communi axiomate, † quod voluntas non fertur in incognitum, de quo *Philos. 12. Metaph. tex. 36. D Thom. in sua sum. prima secun. q. 6. art. 1. & 2. Aret. cons. 5. num. 1.* & in terminis tradunt *Imol. & Alex. in d. l. pretia rerum 63. ff. ad leg. Falc. & Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. 4. n. 2. C. de rescin. vend.*
17 Et si ad dictum tempus, quo dictus æstimator propter carentiam, & imbecillitatem intellectus prædii valorem percipere, & considerare non poterat, vt supra, eius æstimatio, & relatio referretur, illa esset omninò nulla *Angel. in l. 2. sub num. 7. C. de rescin. vend. & in d. l. pretia rerum 63. num. 3. in fin. ff. ad leg. Falci. Capol. cons. ciuil. 51. sub n. 33. lib. 1. Bertazzo. cons. ciuil. 109. num. 37.* quos refert, & sequitur *Ciriac. contro. 61. num. 4.* vbi dicit, talem æstimationem non valere vnum obulum, quem sequitur etiā *Caren.* post hæc scripta visus *resol. 65. num. 10.* & dixit *Rota decis. 253. num. 23. par. 4. rec. tom. 2.* & in terminis de teste deponente de iis, quæ vidit in infantili ætate, tradunt latè *Farinac. de testi. quæst. 58. num. 61.* & post eum *Gratia. discep. foren. cap. 562. num. 30. & 34. par. 3.* qui alios adducunt.

Neque in aliquo venit attēdenda declaratio facta per dictum æstimatorem, quod ipse intellexit, æstimationem referre de tempore consignatio-
18 nis prædii, quia, omisso, † quod declaratio facta fuit re non integra, & post oppositionem partis *Gratia. discep. foren. cap. 147. num. 5. & 6. par. 1. et decis. March. 175. in fin.* & non dissentit *Costa de re integr. dist. 36. num. 6.* quia, inquam,

inquam, cum d. æstimator de tempore consignationis prædii facta DD. de Galeottis esset in infantili ætate constitutus, vt dixi suprà, & ideò propter imbecillitatem intellectus considerare non potuerit qualitates prædii æstimandi, & sic in illius sensũ & intellectum cadere non potuerit valor ipsius prædii, qui ex suis qualitatibus percipitur, si velimus attendere, quod æstimationẽ prædictã de dicto tẽpore referre, & intelligere voluerit, necessariò sequitur illã esse omninò nullam, & inualidam, vt tradunt *Ang. Cepoll. Bertaz. Ciriac. & Cartu. in loc. supra proximè relatis*, cum quibus pertransit etiam *Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. 4. n. 2. C. de rescin. vend.* & sentiunt *Imol. & Alex. in d. l. pretia rerum 63. ff. ad leg. Falc. & Rot. decis. 253. nu. 23. par. 4. rec. tom. 2.* post hæc scripta visa.

39 Quod quidem habet locũ etiam si d. æstimator fuisset de tempore d. consignationis maior septennio, & minor decimo quarto anno, quia cum percipere valorem prædii æstimandi sit res per se satis difficilis, & quæ cadere non benè potest in sensum, & intellectum pupilli, vt patet, ad huc factus maior de dicto valore testificari non posset, & eius testimonium non valeret, vt tradunt *Cagnol. in l. 2. §. item impuberes n. 20. ff. de reg. iur. Campeg. de testi. reg. 112. in 6. fallen. & reg. 250. versic. quod intelligas iuncto versic. secundò* latissimè *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 24. versic. Vidi quandoq; in fin.* & benè declarat, & exemplificat *Franc. de testibus quæst. 58. num. 59. & 60.*

Ex quibus apparet manifestè æstimationes, de quibus agitur, maximè vti in tempore discordantes, vel esse nullas; vel non esse conformes, cum conformitas adesse dicatur, quando adest eadem, aut omninò similis formalitas, vt ex *Thesau. decis. Pedem 228. in prin. ex Botta cons. 103. num 13. & seq. & ex Guazzin. defen. 37. cap. 1. nu. 1. in fin.* dixi *supra num. 11.* & ideò illas non posse, nec debere executioni demandari, sed esse locum electioni nouorum æstimatorum per iura supradicta.

40 Quibus eò magis locus esse debet, cum dicti periti non retulerint æstimationem prædii secundum communem æstimationem, prout erat necesse, secundum theoricam *Bart. in d. l. pretia rerum 36. num. 2.* quem sequitur *Alex. ibi num. 11. & alij ff. ad leg. Falci. Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 4.* latè *Mascar. de prob. concl. 656. num. 36. & seq. vol. 2.* quamplures adducens Doct. de communi opinione attestantes Rota *apud Card. Seraph. decis. 130. num. 1. & seq. & decis. 1377. n. 2. & decis. 20. num. 3. par. 2. recen. & apud Posth. de subbas decis. 53. num. 2. & decis. 344. num. 16. par. 4. rec. tom. 2.*

41 Nec vllam adducant causam eorum æstimationis, quam afferre debent etiam non interrogati, cum illa non percipiatur immediatè per sensum corporis, sed iudicio intellectus, & per discursum rationum, vt docuerunt *Castr. et Alex. in d. l. pretia rerum 63. & ibi alij Doct. communiter ff. ad leg. Falc. Cagnol. in l. 2. num. 239. C. de rescin. vend.* vbi testatur de communi opinione *Bald. in l. vetustissimam 3. num. 6. C. de iure domi. impetr. Abb. Aret. & Felin. in cap. cum causam 37. de testi. Dect. cons. 323. num. 6. Curt. Iun. cons. 144. num. 6. par. 2.* plenè *Mascar. de prob. d. concl. 656. num. 49. & seq. Gerar. Mazzol. cons. 40. nu. 17. Thoma. decis. Marcb. 50. num. 483. Gargiar. Iun. cons. 33. num. 4. lib. 2. Rota apud Cassad. decis. 3. num. 10. de probat. & in Sabinen. Status 26. Iunij 1652. coram* R. P. D. *Dunozetto ante finem* post hęc scripta visa.

Maximè cum agatur de æstimatione bonorum, quorum valor propter lõginquitatẽ temporis potuit mutari, & sic non cadat, vel saltem cum difficultate cadat sub sensu corporeo, vt dixi, & ideò æstimationes in æstimatione facienda de facili decipi possint, vt animaduertit *Rota d. decis. 253. num. 19. & seq. par. 4. rec.*

22 *tom. 2.* † & cum valor bonorum de præterito percipi non possit ex simplici bonorum inspectione, vt dicit Rota *loc. cit.* & voluit eadem Rota *apud Posth. de subbas. decis. 53. num. 5.*

Quare &c. Saluo semper &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Est resolutio dubiorum allegationis præcedentis, & agitur quando æstimationes dicantur conformes, & verbum *esse* quando importet tempus præsens, vel præteritum. Æstimator, an possit æstimationem referre de tempore, quo ipse erat in infantili ætate, & an possit eius æstimationem declarare ex interuallo. Laudum arbitratoris, an debeat esse conforme libello. Arbitratores an dicantur Iudices, & eorum lauda an habeant vim sententiæ, vel contractus. Periti an debeant referre cum iuramento, vel sinè. Stilus an sit probandus, vel Iudex valeat de eo se informare in Camera, & an dicatur probatus ex productione pluriũ instrumẽtorũ.

S V M M A R I V M.

1 *Sententijs conformibus vtens in iudicio tenetur probare omnia requisita in ipsis sententijs.*

2 *Æstimatio bonorum est facienda de tempore contractus.*

Æstij

3 Æstimationes quando sunt inter se discordes, nemini est standum.

4 Verbum esse significat tempus præsens.

5 Valoris præsentis non datur præsumptio cum valore præterito.

6 Verbum esse potest importare tempus præteritum, quando præterito iungitur, aliàs secùs.

Potest importare etiam tempus præteritum in præterito imperfecto num. 7.

8 Verba vulgariter prolata non intelliguntur secundùm artem litterarum, sed secundùm communem vsum loquendi.

9 Vsus communis loquendi notorius non est necessariò probandus.

10 Sermonis in interpretatione non minùs potest consuetudo, quam ars.

11 Verba prolata ab hominibus illitteratis, non sunt subtiliter intelligenda, sed grosso modo.

12 Præteritum imperfectum designat rem imperfectam, & non finitum.

13 Verba sunt accipienda in proprio significatu.

Et in dubio a proprietate verborum non est recedendum num. 14

15 Æstimatores dicuntur arbitratores.

Et eorum laudu non dicuntur sententiæ, sed quædam transactiones num. 16.

Et habent potius vim contractus, quã actus iudicialis num. 17.

18 Laudorum verba sunt propriè, & strictè intelligenda.

19 Verba in contractibus sunt propriè intelligenda.

20 Interpretatio est facienda contra eum, qui se fundat in verbis laudi.

21 Infans, vti iudiciu carens, quicquid videt, ignorat.

22 Voluntas non fertur in incognitum.

23 Æstimatio facta a peritis, qui nõ viderunt rem de tempore æstimationis facienda, est nulla.

24 Testis deponens de his, quæ vidit in infantili ætate non probat.

25 Testes deponentes de præscriptione immemorabili debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum.

26 Æstimatio bonorum est facienda de tempore consignationis, & parùm ante, & parùm post.

27 Pupillus non potest testificari de his, quæ vidit in ætate pupillari.

28 Verbum, quod potest in pluribus temporibus verificari, est intelligendum, prout casus acciderit.

Declara, vt num. 29.

30 Actum in esse ad inducendum requiritur voluntas, potestas, & modus.

31 Declaratio actus fieri non potest post oppositionem partis.

32 Periti an possint declarare eorum relationes ex interuallo, remissiuè.

33 Periti possũt declarare relationes eorum de mãdato Iudicis, & de consensu partis, aliàs secùs.

34 Sententia debet esse conformis libello.

Et ideò a libello recipere debet interpretationem num. 35.

36 Æstimatores non dicuntur Iudices, sed arbitratores.

Et eorum laudu non dicuntur sententiæ, sed quædam transactiones num. 37.

38 Iudices, & Arbitratores differt in multis, de quibus ibi.

39 Illatio non fit ex diuersis.

40 Arbitrator potest ferre laudũ libello nõ cõforme.

41 Verba quando accipi possunt propriè, & impropriè, sunt accipienda, prout remouetur absurdum a sententia.

42 Laudum non debet continere quid impossibile.

43 Absurdum toleratur, quando aliàs sequeretur maius absurdum.

44 Iudex in dubio debet declarare, sententias non esse conformes, & num 63.

45 Sententia est interpretanda in dubio contra se fundantem in verbis illius.

46 Sentẽtia est interpretanda in fauorem rei contra actorem, & num. 64.

47 Verba quando sunt clara, non admittunt interpretationem.

48. Verisimile quod est, attenditur in dubijs.

49 Voluntas, quam verba non patiuntur, non attenditur.

50 Argumentum a verisimili cessat, quando contra illud adducitur tale quid, quod est magis verisimile.

51 Periti, & æstimatores debent eorum relationes facere cum iuramento, aliàs sunt nullæ.

Etiamsi sint electi a partibus, vel a Iudice de consensu partium. num. 52.

53 Stilus est quid facti, & ideò non præsumitur, sed debet per allegantem probari.

Et est probandus in casu indiuiduo. num. 54.

Cum ille non extendatur de casu ad casum num. 55.

56 Iudex de stilo potest se informare in Camera.

Procedit in stilo respiciente ordinatoria iudicij, non autem si respiciat decisoria. n 57.

Secundò non procedit, quando stilus est contrarius, quia tunc est plenè probandus. n. 58.

59 Stilus quãdo est cõtrarius, debet esse præscriptus, & quod venerit in notitiam populi, vel maioris partis.

Et debet esse introductus in contradictorio iudicio, si versatur circa iudicialia. nu. 60.

61 Consuetudo, seu stilus non probatur per exhibitionem instrumentorum.

Nisi constito, quod d. instrumentis sit data fides in iudicio, & extra num. 62.

ALLE-

ALLEGATIO LXV.



EXcellentissime Domine. Dixi aliàs, & adhuc sum eiusdem sententiæ, dixi, inquam, æstimationes relatas per homines electos in causa veriẽte inter Perill. DD. de Galeottis ex vna, & DD. Hæredes q. Perill. Dominorum de Nutis de Ciuitate Eugubij ex altera non esse conformes, nec exequendas, &
1 fundamentum fuit, quia DD. de Galeottis, † qui vtuntur in iudicio sententijs conformibus, in quibus fuit declaratum, prædium in vocabulo I Milchianti esse æstimandum de tempore consignationis factæ ipsis DD. de Galeottis, tenentur probare omnia requisita in dictis sentẽtijs, & sic æstimationem prædij referre præcisè de tempore consignationis, vt post *Io. Andr. & alios not. Soc. Iun. conf. 67. nu. 16. lib. 1. Surd. conf. 186. num. 9. lib. 2. & Ciriac. contro. 424. num. 15. & Rot. cit. in alleg. praced.*

2 Quod etiam est conforme dispositioni iuris communis, cuius vigore æstimatio est facienda de tempore contractus *Gabr. conf. 65. n. 6. vol. 2. Capb. conf. 403. num. 42. lib. 3. Surd. conf. 151. nu. 71. vol. 2. Hodier. ad Surd. decis. 327. num. 3. Rot. decis. 278. num. 4. par. 4. rec. tom. 2.* cum alijs relatis *in allegat. praced. nu. 3.* vbi hoc latius firmaui.

In casu verò, de quo agitur, æstimationes relatæ per homines de dicto prædio, com altera ex eis loquatur de tempore præsenti, vt demonstrabitur infra, altera verò de tempore consignationis, non solùm sunt contra tenorem sententiarum, & dispositionem iuris communis, & ideò non exequendæ per iura supradicta, sed neque sunt inter se conformes, com vna, vt dixi, cantet de tempore consignationis, altera verò de tem-
3 pore præsenti, † & ideò nemini est standum *Capb. conf. 204. nu. 11. vol. 2. Surd. conf. 452. num. 64. vol. 3. Negus Iun. conf. 385. num. 26. Giurb. conf. crim. 43. n. 28. versic. non obstat &c. Gargiar. Iun. conf. 33. num. 16. lib. 2.* & prout latius *in d. alleg. num. 6.*

Quod verò vna ex æstimationibus cantet de tempore præsenti, constat ex verbis eiusdem, dum in ea dicitur, prædium de quo agitur (*esse*) valo-
4 ris scutorum tot, &c. † quod verbum (*esse*) quando per se ponitur, retinet tempus suum, nempè præsens, vt ex *Pub. Nigidio apud Gelli. Noct. Attic. lib. 17. cap. 7. & ex Alcia. in l. verbum erit 123. num. 2. ff. de verb. signif.* probaui *ibi num. 7.*

5 Cum valoris præsentis, de quo cantat dicta æstimatio non, oetur præsumptio cum valore de præterito, de quo cantat altera, quando magnum temporis interuallum inter vnum tempus, & aliud intercedit, vt in casu nostro, in quo intercedit spatium annorum quadraginta, & vltra, vt tradunt *Bald. Castr. Cremen. Pinell. Natt. Surd. Paitell. Ciriac. Caren. D. Andreol. & Rota* per me adducti *in allegat. praced. num. 8.* ex eo, quia pretia rerum variantur ex tempore, vel in meliùs, vel in deterius *l. pretia rerum 63. ff. ad leg. Falc. & ex Surd. Paitell. Gratia. Caren. Mascar. Ciriac.* & aliis probaui pariter *ibi num. 9.* quia volunt, mutatum illum censeri quolibet decennio, vt ibi per eos, quæ breuitatis gratia non refero.

6 Neque obstant doctissimè exaduerso adducta per D. V. Excellentiss. quod verbum (*esse*) in relatione æstimationis appositum, etiam tempus præteritum importare potest ad tex. *in d. l. verbum erit 123. ff. de verb. signif.* quia, vt dixi *in allegat. praceden. num. 13.* id potest habere locum, quando verbum (*esse*) præterito iungitur, vt si dicatur (*factum esse, scriptum esse*,) & similia, quo casu amittit vim sui temporis, & etiam tempus præteritum significare potest, secùs tamen est, quando verbum (*esse*) per se ponitur absque aliquo præterito, vt in casu nostro, in quo æstimator dixit prædiũ de quo supra (*esse*) valoris scutorum tot &c. quia tũc verbum (*esse*) retinet tempus suum, nempè tempus præsens, & tempus præteritum nullo modo significat, vt aliàs dicebat *Pub. Nigid. relatus per Gelli. Noct. Attic. lib. 17. cap. 7.* & benè declarat *Alcia. in d. l. verbum erit 123. in prin. ff. de verb. signif.* vbi dicit, ita d. tex. intelligendum esse, maximè cum de præsenti actum magis intelligatur, vt ibi per eum cum aliis per me adductis *alleg. praceden. num. 12. & seq.* quæ breuitatis gratia non refero.

7 Neque aliquod potest fieri fundamentum, quod d. verbum (*esse*) in infinito resolui possit etiam in (*fuerit*) in præterito imperfecto ex *Emanuel. in sua Grammatic. de coniug. verb. lib. 1. cap. 5.* ex pluribus, & primò quia hoc forsasse posset habere locũ in verbo (*esse*) latinè sumpto, vt idemmet *Emanuel loquitur*, secùs autem in verbo (*essere*) vulgariter prolato, vt in casu no-
8 stro, † cum illud non sit intelligendum secundùm artem literarum, sed secundùm communem vsum loquendi, vt declarant *Bald. in l. lege duodecim tabularum 14. nu. 3. in fin. C. de legit. hæred.* vbi dicit, quod sermones prolati in vulgari intelliguntur secundùm vulgarem loquendi consuetudinem, latinè autem expressi interpretari debent secundùm artem literarum, vel secundùm modum loquendi literaliter, & post eum *Alex. conf. 9. n. 4. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 8. sub nu. 9. Ciriac. contro. 8. num. 115.* vbi post *Menoch. conf. 215. num. 66. lib. 2. & Rimi. Iun. conf. 389. num. 13* per eum

eum adductos dicit, † non esse necesse, probare
c. communem vsum loquendi, quando est no-
torium, & idem scripsit *Thesa. Iun. quæst. foren.*
26. n. 5. lib. 1. vt in casu nostro, in quo non cre-
do, d. verbum (*essere*) vulgariter prolatum fuisse
vnquam ab aliquo vsurpatum, imò nec vsurpa-
ri posse, pro (*essere stato*), & sic pro tẽpore præ-
10 terito, quod est notissimum apud omnes, †
in sermonis autem interpretatione non minùs
potest consuetudo, quàm ars *Bald. in Auth.*
11 *sed nouo iure n. 10. C. de seru. fugit.* † & verba
prolata ab hominibus illiteratis, vt in casu no-
stro, non sũt subtiliter intelligenda, sed grosso
modo *Innoc. in cap. cum clamor 53. in fin. de te-*
sti. Bald. in l. mancipia 5. in fin. C. de seru. fugit.
Secundò non obstat dictum fundamentum desum-
ptum ex *Emanuel vbi supra*, quia, admisso etiam,
citra veri præiudicium, quod verbum (*esse*) ex
poni possit (pro fuerit) hoc tamen erit in præ-
12 terito imperfecto, † quod designat rem im-
perfectam, & ad perfectionem non deductã, nec
finitam, vt declarat *Ludo. Dulci. in sua Grãmati-*
ca fol. mihi 26. & not. etiam *Card. Manti. de ta-*
cit. lib. 4. tit. 3. n. 15. & Rot. apud Buratt. decis.
124. n. 9. alios adducens, & sic designat dictũ
tempus impropriè, vt declarat *Alcia. in d. l.*
verbum erit 123. num. 5. ff. de verb. signif. vbi
dicit, quod tempus indiffinitum propriè, & re-
gulariter de præsenti intelligitur, impropriè
verò de aliis temporibus, & quod designet di-
ctum tempus impropriè, bene probat tex. *in*
§. nam apud Inst. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.
exaduerso adductus, qui optimè probat inten-
tionem nostram.
13 Verba autem semper sunt accipienda in pro-
prio significatu *l. non aliter. 67. ff. de lega. 3.*
Paris. cons. 22. num. 6. vol. 4. Crau. cons. 149.
nu. 7. vbi dicit, hoc habere locum in omni ma-
teria *Surd. cons. 140. num. 63. & seq vol. 1. &*
cons. 288. num. 27. lib. 2. Decia. cons. 17. num.
45. lib. 1. & cons 30. num. 22. lib. 3. Giurb. ad
consuet. Messan. par. 1. cap 5. glos. 6. nu. 4. &
cap. 1. glos. 5. num. 2. Ciriac. contro. 95. n. 48.
14 alios adducens, † & in dubio a verborum pro-
prietate non esse recedendum, voluerunt *Crau.*
cons. 161. num. 13. Buesatt. cons. 263. num. 33.
Menoch. cons. 215. num. 10. quos refert, & se-
quitur *Ciriac. contro. 8. nu. 46. Rot. decis. 352.*
nu. 1. par. 1. rec. alios adducens, etiam si actus
peteret *Soc. Sen. in l. cum senatus 21. num. 7. ff.*
de reb. dub. Crau. cons. 288. sub nu. 3. Menoch.
cons. 56. n. 11. lib. 1. & quando verba possunt
propriè intelligi, non est recurrendum ad alium
intellectum *Bero. cons. 95. n. 18. lib. 2. Gratiae*
discep. foren. cap. 558. num. 37. par. 3. Card.
Manti. de tacit. lib. 2. tit. 5. num. 12.
15 Quod eò magis est dicendum, cum æstima-
tores dicantur arbitratores *Bald. in l. vlt. num.*
10. C. de contr. empt. Gabr. cons. 168. nu. 104.
vol. 1. Surd. cons. 452. num. 30 vol. 3. Gratia.
discep. foren. cap. 228. num. 1. par. 2. & cap.
16 *929. num. 17. par. 5.* † & eorum lauda non di-
cuntur sententiæ, sed quædam transactiones
Bart. in l. quod si ephesi. 5. §. interdum ff. de eo,
quod cert. loc. Maran. in prac. par. 4. dist. 14.
num. 3. Rot. Genuen. decis. 17. num. 15. Ciriac.
contro 471. num. 9. Alex. cons. 82. in fin. lib. 1.
17 *Carpa. ad stat. Mediol. cap. 21. nu. 14.* † & lau-
da arbitratoris habeant potius vim contra-
ctus, quàm actus iudicialis *Innoc. in cap. quin-*
tauallis 23. de iureiur. Specul. de restit. in integ.
§. 2. versic. hoc etiam &c. Card. Zabar. cons.
29. num. 10. & cons. 140. num. 4. Alex. in l.
sciendum 30. num. 24. ff. de verb. oblig.
18 Verba autem laudorum sunt propriè, & stri-
ctè intelligenda *Rolan. cons. 79. nu. 15. & cons.*
80. num. 42. lib. 3. Surd. decis. 261. num. 6.
Gratia. discep. foren. cap. 694. num. 46. par. 4.
& cap. 833. nu. 22. & seq. par. 5. Paris. cons.
5. nu. 19. vol. 2. Caph. cons. 451. nu. 195. &
num. 262. lib. 4. Soc. Iun. cons. 105. nu. 9. vol.
2. Surd. cons. 313. num. 14. vol. 3. alios ad-
19 ducens, † prout etiam intelligenda sunt verba
in contractibus *l. quicquid adstringenda 99. ff.*
de verb. oblig. l. fideiussores magistratuum 69. §.
pro Aurelio. ff. de fideius. Crau. cons. 964. num.
16. Alex. cons. 46. nu. 4. vol. 2. Laderch. cons.
9. num. 5. Franc. Becci. cons. 105. nu. 29. Surd.
d. cons. 313. nu 15. Fusar. de subst. quæst. 311.
num. 89. Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 5. nu.
12. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 2.
itaut, quando verba propriè, & impropriè ac-
cipi possunt, in contractibus propriè accipian-
tur *Crau. d. cons. 964. num. 16. Laderch. d. cons.*
9. num. 15. Maximè in transactione, quæ dici-
tur contractus stricti iuris, *Laderch. d. cons. 9.*
num. 4 & num. 16. Marescot. var. resol. lib. 1.
cap. 2. num. 2. Rolan. cons. 93. num. 13. lib. 2.
Gargiar. Iun. cons. 77. num. 9. lib. 2.
20 Nec non etiam, quia interpretatio est faci-
enda contra eum, qui se fundat in verbis laudi
Soc. Sen. cons. 134. col. 2. versic. duo ergò &c.
vol. 1. Caph. cons. 249. nu. 18. vol. 2. Menoch.
cons. 110. num. 36. vol. 2. Ciriac. contro. 350.
num. 25. & interpretatio laudi obscuri fieri de-
bet ad fauorem rei conuenti contra actorem
Deci. cons. 43. num. 3. Alex. cons. 46. num. 2.
vol. 5. Crau. cons. 74. num. 10. Menoch. d. cons.
110. nu. 34. & cons. 214. n. 85. Ciriac. d. contro.
350. num. 26.
Tertiò non obstat, d. fundamentum, & d. verbum
(*esse*) in æstimationis relatione appositum intel-
ligi debet de tempore præsenti, non autem
de præterito, quia supponitur in facto, & exad-
uerso admittitur, quod D. Vincentius Nerius,
qui prædij æstimationem retulit, de tempore
rela-

relationis factæ de anno 1645. erat ætatis an-
norum quinquaginta, & sic de anno 1592. de
quo tempore erat facienda æstimatio, erat an-
21 norum septem, vt patet, de quo tempore, †,
vti in infantili ætate constitutus, & iudicio ca-
rens, ita vt quicquid videret, & audiret igno-
rare diceretur *§. præterea Inst. quibus non est
permiss. facetest. l. cum prætor 12. versic. non
autem ff. de iud. l. fin. in fin. ff. rem pup. sal. fo-
re. l. fin. ff. de iur. & fac. igno. l. 1. ad fin. C. de
fals. mone. Maran. in prac. par. 4. dist. 16. num.
50. Farinac. de testi. quæst. 58. num. 4.* & sic va-
lor prædij æstimandi in illius sensum, & intelle-
ctum cadere non potuerit, necessariò sequitur,
quod illius æstimatio ad dictum tempus referri
22 nullo modo possit ex illo cõmuni axiomate, †
quod voluntas non fertur in incognitum, vt
ait *Philo. 12. Metaph. tex. 35. D. Thom. in sũma 1.
secunda 12. q. 6. art. 1. & 2. Aret. cons. 5. nu. 1.*
& in terminis tradunt *Imol. & Alex. in l. pretia
rerum 63. ff. ad leg. falci. & Pinel. in l. 2. par.
3. cap. 4. num. 2. C. de rescin. vend.*
23 Imò si relatio æstimationis referatur ad tem-
pus consignationis prædii factæ de anno 1592.
in quo æstimator ex carentia iudicii, & discur-
sus valorem prædii æstimandi considerare, &
percipere nullo modo poterat, vt dixi supra,
æstimatio esset ipso iure nulla, vt tradunt *Ang.
in l. 2. nu. 7. C. de rescin. vend. & in d. l. pretia
rerum 63. num. 3. ff. ad leg. falci. Sepoll. cons.
ciuil. 51. nu. 33. lib. 2. Bertaz. cons. ciuil. 109.
num. 37.* quos refert, & sequitur *Ciriac. contro.
61. num. 4.* vbi dicit, dictam æstimationem non
valere vnum obulum, cum quibus pertransit
24 *Caren.* post hæc scripta visus *resol. 65. n. 10.* †.
& in terminis de teste deponente de iis, quæ
vidit in infantili ætate, scripserunt latè *Farinac.
de testi. quæst. 58. num. 64. & Gratia. discep.
foren. cap. 562. num. 30. & 34. par. 3.* qui
alios adducunt.
25 Hinc videmus, quod testes de præscriptione
immemorabili deponentes, cum debeant de-
ponere de visu de tempore quadraginta anno-
rum, necesse est, quod sint ætatis annorum quin-
quaginta quatuor, cum initium sumatur à tem-
pore pubertatis *Frãch. in cap. 1. n. 16. de præscr.
Gabr. concl. 1. num. 83. eod. tit. Alden. ad Bu-
ratt. decis. 673. num. 12. Rota apud Greg. XV.
decis. 298 num. 1. & ibi Alden. num. 12. eadem
Rota decis. 75 num. 3. par. 1. diuer. & in Pam-
pilon. Vicaria de Stella 3. Iunij 1643. §. sed cef-
sat & coram R. P. D. Cerro,* post hæc scripta
visa, & in *Viceo. Collegiÿ. 13. Februarÿ 1634.
§. inuerisimilitudo coram. Reuerendiss. Coccino
Decano,* cum non habeatur ratio testimonij
etiam de visu ante decimum quartum annum,
quæ benè confirmant supra per me adducta in
casu, de quo agitur, in quo D. Vincentius æsti-
mator de anno 1592. quo erat facienda æsti-
matio prædij, erat ætatis annorum septem cir-
citer.
Quæ quidem habent locum, etiam si æstimatio nõ
esset præcisè facienda de dicto anno 1592, sed
26 posset etiam fieri de anno 1597. † cum illa
sit facienda de tempore consignationis, & per
quinque annos ante, & quinque post, vt dicit
*Rota decis. 272. num. 23. par. 5. recen. & apud
Postn. de subhas. decis. 43. num. 9. & decis. 44.
num. 6.* quia, cum etiam de anno 1597. æstima-
tor non esset maioris ætatis annorum duode-
cim, vt patet, & sic esset minor decimo quarto
anno, & percipere valorem prædii æstimandi,
sit res valdè difficilis, & quæ non benè cadere
poterat in sensum, & intellectum ipsius tunc
27 pupilli, vt dixi etiam *alleg. præced. num. 15.* †
adhuc factus maior de valore d. temporis testi-
ficari non potest, vt tradunt *Cagnol. in l. 2. §.
item impuberes num. 20. ff. de reg. iur. Clar. in
prac. crim. §. fin. quæst. 24. versic. vidi quandoq;
in fin.* & benè declarat, & exemplificat *Fari-
nac. de testi. d. quæst. 58. num. 59. & seq.* cum
aliis adductis *allegat. præced. num. 15. & seq.*
28 Neque quicquã facit, quod quando aliquod
verbum potest in pluribus temporibus verifi-
cari, debet intelligi prout casus attulerit ex *Bart.
in l. precibus 8. num. 17. C. de impub. & aliÿs
subst.* quia hoc non potest benè adaptari casui
nostro, in quo verbũ (*essere*) fuit vulgari sermo-
ne prolatum, & ideò non recipit hanc exten-
sionem, vt compræhendat duo tempora, vt
fuit supra probatum in principio, quæ non
repeto.
29 Secundò, quia doctrina *Bart. in d. l. precibus*
potest procedere, quando d. verbum posset veri-
ficari in pluribus temporibus propriè, secùs
tamen si vno tempore propriè, & in alio im-
propriè, vt in casu nostro fuit supra demonstra-
tum, quia debet intelligi in proprio significatu,
tum quia verba in dubio propriè sunt intelligẽ-
da, tum quia agitur de verbis laudi, & trãsactio-
nis, in quibus pariter sunt strictè, & propriè
intelligenda, vt dixi *supra num. 19. & seq.* quæ
pariter breuitatis gratia non refero.
Tertiò, quia in casu nostro deficit voluntas æstima-
toris, quæ non potest referri ad tempus consi-
gnationis illi incognitum per iura supra addu-
30 cta, † ad actum autem in esse constituendum
requiritur voluntas, potestas, & modus *cap.
cum super 23. de offic. deleg. l. omne verbum 2.
& ibi Bald. C. com. nu. d. legs. Deci. cons. 198.
num. 3. Surd. decis. 243. num. 9.*
Neque vllum potest fieri fundamentum in decla-
ratione facta per dictum æstimatorem, quod
ipse intellexit æstimationem referre de tempore
consignationis prædii, & sic de anno 1592.
quia, omissis, quod d. declarationi obstat eius-

dem æstimatoris voluntas, quæ non potest referri ad dictum tempus consignationis illi in-
31 cognitum, vt dixi supra, † & quod declaratio facta fuit post oppositionem partis *Felin. in cap. qualiter, & quando 17. num. 29. versic. fallit secundò de accus. Gratia. discep. foren. cap. 147. num. 6. par. 1. & decis. March. 175. in fin.* & non dissentit *Costa de re integr. distin. 36.*
32 *nu. 6.* † & omissa etiam disputatione, an peritis liceat dictam declarationem facere ex interuallo, de qua habetur *per Blanc. de comprom. quæst. 9. n. 64. vers. si verò &c. & per Rotam in Sabinen. Status Montis Libretti 26. Iunij 1652. coram R. P. D. Dunozetto S. minùs obstat &c.* post hęc scripta visam.
33 Non nocet, inquam, dicta declaratio, quia illi fortasse locus esse posset, quando Iudex ex officio facit, laudum obscurum declarari per arbitrum, vel peritum, vel vtraq; pars consentit, secùs tamen est, quando declaratio fit simpliciter ad instantiam partis, vt in casu nostro, quia tunc declaratio non admittitur ob timorē subornationis ad instar testis, vt voluerūt *Aret. num. 22. & Felin. in cap. cum a nobis 28. de testi. Aufere. de testib. num. 11. vers. fallit quintò, Blanc. de compro. quæst. 8. num. 33. vers. istud restringit &c. cum vers. seq.* vbi hoc admittit, quando declaratio fit per arbitrum, vel peritū, quem pars non elegit, & sic illum non approbauit, vt in casu nostro. *Mascar. de prob. concl. 124. num. 35. vol. 1.* & faciunt notata *per Farinac. de testi. quæst. 66. nu. 279.* & non dissentit *Rota in d. Sabinen. Status Montis Libretti. 26. Iunij 1652. nec refragatur &c.*
34 Non obstat pariter alterum motiuum desūptum ex eo, quod sententia debet esse conformis libello *l. vt fundus 18. ff. commu. diuid.* cum alijs cumulatis *per Surd. cons. 273. n. 11. lib. 2.*
35 † & ideò, eum in libello sit appositum tempus determinatum, verba sententiæ, & laudi debent intelligi prout fuit petitum *Rimi. Iun. cons. 52. num. 81. & cons. 108. nu. 37. Rota decis. 539. num. 4. par. 3. rec.*
36 Quia hoc obiectum de facili euitatur considerando, quod æstimatores non dicuntur Iudices, sed arbitratores *Bald. in l. fin. num. 10. C. de contrah. empt. Lup. in l. 2. comm. 2. §. 5. nu. 148. C. de pact. int. empt. et vend. Gabr. cons. 168. num. 104. vol. 1. Surd. cons. 452. nu. 30. vol. 3. Gratia. discep. foren. cap. 228. num. 1.*
37 *par. 2. & cap. 927. num. 17. par. 5.* † & illorum laudum non dicitur sententia, sed quædam transactio *Bart. in l. quod si ephesi. §. 5. interdum ff. de eo, quod cert. loc. Bald. in addit. ad Specul. de arbitr. versic. iuramentum &c. & in auth. si verò contigerit C. de iudi. & cons. 215. num. 1 par. 1. Ciriac. contro. 471. nu. 8. & seq. Maran. in prac. par. 4. distin. 14. num. 3. Alex. cons. 82. in fin. lib. 1. Carpa. ad Stat. Mediolan. cap. 21. num. 14.* & laudum arbitratoris habet potius vim contractus, quàm actus iudicialis *glos. in §. 1. auth. vt diffin. iudi. Innoc. in cap. quintanallis 23. de iureiur. Specul. de restit. in integr. §. 2. versic. hoc etiam &c. Card. Zabar. cons. 29. num. 10. & cons. 140. num. 4. Alex. in l. sciendum 30. n. 24. ff. de verb. oblig. Ciriac. contro. 471. num. 9. Rota apud Greg. XV. decis. 204. num. 7.* & sententia arbitratorum non dicitur propriè sententia, & non venit appellatione sententiæ, maximè in materia stricta *Anan. cons. 16. num. 1. & seq. Imol. cons. 130. num. 5. Blanc. de comprom. quæst. 9. num. 90. & seq. Gargiar. Iun. cons. 33. num. 5. vol. 2.* cum officium periti versetur circa factum, non circa ius *Monta. de finibus cap. 32. in fin. Magon. decis. Lucen. 93. num. 19.*
38 Hinc videmus, quod Iudices, & arbitratores differunt in multis, & primò arbitrator non procedit via ordinaria *Alex. cons. 13. num. 5. vol. 1. Rota apud Greg. XV. d. decis. 204. num. 14.* & coram eo non datur libellus, nec proponitur actio *Aret. in §. omnium num. 2. Inst. de actio.* potest ferre laudū in die feriata in honorem Dei *Bald. cons. 470. num. 2. par. 1. Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 117. nu. 8. lib. 1.* non potest deferre iuramentū litis decisiuum *Carpa. ad d. Statutum Mediol. cap. 121. num. 2. lib. 1.* non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum *Bald. in d. l. fin. versic. nota, quod C. de fideic. in lect. antiq. Blanc. de comprom. quæst. 4. num. 14. Maur. de restit. in integ. cap. 40.* non dissentit *Odd. de restit. quæst. 32. nu. 92. & seq.* procedit absque aliquo iuris ordine *Specul. in tit. de arbitr. §. 1. versic. arbitrator. Maran. in prac. par. 4. dist. 14. nu. 2.* & de facto, & sinè scriptis *Bald. in l. fin. quæst. 4. C. de contrah. empt. Ciriac. d. contro. 471. num. 8. & seq.* & potest iudicare in causa propria *Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 19. lib. 1.* item arbitrator potest ferre sententiam, non conformem libello *Soc. Iun. in l. si quis arbitratu 45. num. 93. ff. de verb. oblig.* cum alijs pluribus, quæ sciens prætereo.
Vndè sequitur, quod, cum æstimatores non dicantur Iudices, eorum lauda dicantur transactiones, sapiant naturam contractus, & non dicantur sententiæ, & differant in tot a Iudicibus, vt supra demonstraui, non liceat arguere a senten-
39 tiis Iudicum ad relationes æstimatorum † cum ex diuersis nō fiat illatio *l. Papinianus 21. ff. de minor. Rolan. cons. 36. num. 6. lib. 2.* plenè *Barbo. axiom. 114. per tot.* & in terminis notat *Ciriac. d. contro. 471. num. 22. versic. si igitur.*
Secundò fundamentum prædictum exaduerso allatum, quod sententia debet esse conformis libello

libello, & ideò relatio æstimationis sit intelligẽda de tempore consignationis prædit in libello expresso, posset fortasse habere locum, quando ageretur de interpretatione sententiæ Iudicis ordinarii cuius, sententia debet esse conformis libello, aliàs est nulla *d. l. vt fundus* 18. *ff. cõmu. diuid. Surd. cons.* 273. *num.* 11. *lib.* 2. & ideò ad euitandam Illius nullitatem recipit interpretationem à libello, secùs tamen est dicendum, quando agitur de interpretatione laudi arbi-
40 tratoris, vt in casu nostro, † quod cum non debeat de necessitate ferri conforme libello, sed ab eo possit esse difforme, *Ant. de Butr. in cap. licèt Hely.* 31. *& ibi etiam Felin. num.* 31. *de Simon. Ang. in l. de bis* 6. *ff. de transac. Soc. Iun. in d. l. si quis arbitratu* 43. *num.* 93. *ff. de verb. oblig.* ideò non debet à libello interpretationem recipere, data enim instantia, argumentum corruit §. *pauonum Inst. de rerum diuis. Rota apud Coccin. decis.* 123. *num.* 26.

41 Neque venit attendendum alterum motiuũ, quod quando verba possunt intelligi largè, & strictè, propriè, & impropriè, debeant intelligi pro vt remouetur absurditas, & iniustitia à sententia ex *Scacc. de sent. & re iudic. glos.* 14. *quæst.* 17. *num.* 62. ex pluribus, & primo quia negatur in casu nostro, d. verbum, *essere*, vulgariter prolatum resolui posse in *essere stato*, & sic intelligi posse etiam impropriè, quicquid sit, quando latinè esset prolatum, cum, vt dixi supra, verba vulgariter prolata intelligenda veniant secundùm communem vsum loquendi, non autem secundùm artem literarum, vt not. *Bald. in l. lege duodecim tabularum* 14. *num.* 3. *in fin. C. de legit. hæred.* quem sequuntur *Alex. in d. cons.* 9. *num.* 4. *lib.* 1. *Ciriac. d. contro.* 8. *num.* 115. & alii adducti *supra num.* 8. & sic cessat obiectum.

Secundò non nocet dictum contrarium, quia in casu nostro, si d. verbum *essere* intelligatur de tempore præsenti, non potest considerari absurditas, nec iniustitia; quo ad iniustitiam est manifestum, quo verò ad absurdum, tunc illud posset considerari, quando sententia eo quia non esset conformis libello, ideò esset nulla, quod tamen cessat in casu nostro, quia cum æstimator fungatur vice arbitratoris, vt supra probaui, qui procedit extraiudicialiter, & absq; aliquo iuris ordine, & ideò possit ferre sententiam conformem libello, vt tradunt *Ang. Felin. Soc. Iun. in loc. supra proximè celatis,* illius relatio, & æstimatio est valida, & sic cessat omne absurdum, quod exaduerso considerari possit.

Imò si dictum verbum *essere* referretur ad tempus consignationis prædij, D. Vincentius æstimator deponeret super re, de qua, ratione ætatis, non potuit habere cognitionem, vt supra probaui, & sic eius relatio versaretur circa impos-
42 sibile, † quod nullo modo est dicendum, vt tradunt *Crau. cons.* 10. *nu.* 2. in terminis *Scacc. de sent. & re iudic. d. glos.* 14. *quæst.* 17. *n.* 63.
43 quod quidem maius esset absurdum, vt patet, † Absurdum verò tolleratur quando aliàs sequeretur maius absurdum, *l. si ita vulneratus* 52. *& ibi Alberi. ad fin. ff. ad leg. acqui. Card. Manti. de tacit. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 14. *Euerac. in Topic. legal. in loco ab absurdo num.* 10. cum minus absurdum eligendum sit *can. verum* 13. *distin. Specul. in tit. de instr. edit. §.* 6. *versic. sed cum dices &c.*

Quibus addo, quod quando etiam d. verbũ *essere* accipi posset propriè, & impropriè, quod negatur per iura supra adducta, in casu tamen nostro debet accipi propriè, ad hoc ne æstimationes dicantur conformes, cum Iudex in du-
44 bio declarare debeat, sententias non esse conformes, vt melius cõsulatur vtrique parti *Deci. cons.* 385. *num.* 2. *Bursatt. cons.* 219. *num.* 14. *vol.* 2. quos referẽdo sequitur *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 110. *num.* 151. *lib.* 1. & dicam latius infra in fine.

45 Maximè cum in dubio interpretatio sit facienda contra DD. de Galeottis, qui se fundant in verbis sententiæ *Soc. Sen. cons.* 134. *col.* 2. *vol.* 1. *Caph. cons.* 249. *nu.* 18. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 110. *num.* 36. *lib.* 2. *Rota apud Greg. XV.*
46 *decis.* 128. *num.* 8. † & cum interpretatio sententiæ facienda sit ad fauorem Rei contra Actorem *Alex cons.* 46. *n.* 2. *lib.* 5. *Deci. cons.* 43. *num.* 3. *Crau. cons.* 74. *num.* 10. *Menoch. d. cons.* 110. *num.* 34. *& cons.* 214. *num.* 88.

Neque nocet, quod in motiuis dicitur, quod procedunt prædicta, quando verba sunt omninò dubia, quia respondeo, quod si verba sunt dubia, interpretatio est facienda ad fauorem reorum, vt tradunt Doct. supra adducti, & ad-
47 mittitur in motiuis, † si verò sunt clara non admittunt interpretationem, sed standum est verbis claris *l. ille, aut ille* 25. *versic. cum in verbis ff. de lega.* 3. *l. continuus* 137. *§. cum ita ff. de verb. oblig. Turret. cons.* 81. *num.* 10. *lib.* 3. *Aldoui. cons.* 92. *num.* 8. *& cons.* 110. *num.* 3. meritò &c.

48 Quod verò adducitur de verosimili faciliter euitatur, quia verisimilitudo attenditur in dubijs *l. in obscuris* 115. *& l. semper in stipulationibus* 35. *ff. de reg. iur. Card. Manti. de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 12. nos autem versamur in claris, cum d. verbum *essere* vulgariter prolatum non recipiat interpretationem in *essere stato* secundùm artem literarum, quicquid sit, quando esset latinè prolatum, vt ex *Bald. Alex. Card. Manti. & Ciriac.* probaui *supra nu.* 8. & sic cessat obie-
49 ctum; † non enim attenditur voluntas, quam verba non patiuntur, etiam si magna esset præsumptio voluntatis *Peregr. de fideic. art.* 11. *nu.* 33.

nu. 33. *& seq. Card. Manti. de conie∂. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 5. *Fusar. de subst. quæst.* 276. *n.* 13. alios adducens concordantes, & loquens in terminis de verosimili.

Secundò cessat obie∂um, quia magis est verosimile, quod æstimator d. æstimationem retulerit de tempore præsenti, in quo percipere potuit valorem prædij æstimandi, quàm de tempore præterito, ad quod propter carentiam intelle∂us, & iudicij ratione infantilis ætatis eius voluntas non solùm verosimiliter, sed necessariò referri non poterat, vt probaui *supra*

50 *n.* 21. † argumentum autem desumptum a verosimili tollitur, quando contra verosimile adducitur tale quid, quod est magis verosimile, cum præsumptio validior debiliorem excludat *cap. transmissæ* 3. *& ibi glos. Abb. & Do∂. qui filij sint legit. Eucrar. in Topic. legal. in loco a verosim. num.* 12. *&* 13.

Vltimò verò obie∂ũ, in quo negatur, æstimatores teneri æstimationẽ referre medio iuramẽto quãdo illam referunt vti æstimatores, & non vti

51 testes, nullo nititur iuridico fundamento, † cum indistin∂è, quod æstimatores, & periti teneantur eorum relationes facere cum iuramento, aliàs sint inualidæ, sit communis Do∂. opinio, quàm tenuerunt inter cæteros *Abb. Feli. Deci. & alij Canon. in cap. proposuisti* 4. *de prob. Bart. in l. Theopompus* 15. *num.* 7. *ff. de dot. præleg. Tiraq. de præscr. §.* 1. *glos.* 8. *versic. & hac ratione &c.* quamplures adducens ita sentientes, & *de vtroq; retrac. §.* 2. *glos.* 2. *num.* 10. vbi dicit, tàm in teste, quàm in perito iuramentum requiri, & alios pariter refert concordantes, *Monta. de finibus quæst.* 32. *nu.* 1. *& seq. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 13 *num.* 4. vbi loquitur in peritis ele∂is a Iudice, vt in casu nostro, & testatur de communi Do∂. opinione, & quamplures cumulat Do∂. authoritates *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 169. *num.* 2. *& cap.* 170. *nu.* 11. *& seq. lib.* 1. *& cap.* 60. *num.* 38. *& cap.* 359 *n.* 2. *lib.* 2. *Mascar. de prob. concl.* 1175. *num.* 48. *& seq. lib.* 3. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 58. *num.* 4. *& seq. & lib.* 2. *casu* 114. *num.* 28. *& de adipisc. possess. remed.* 5. *nu.* 164. *Aldou. consl.* 18. *n.* 9 *Genu. de scrip. priu. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 61. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *nu.* 2829. *Gratia. decis. Marth.* 166. *num.* 6. *&* 7. vbi testatur de communi opinione, & loquitur de peritis ele∂is a Iudice, vt in casu nostro, *Ciriac. contro.* 459. *num.* 23. & post Mangil. *de subhas. quæst.* 56. *nu.* 5. *& Franzo. ad. Stat. Vrb. cap.* 194. *nu.* 36. *& seq.* per eum relatos tradit *Posti. de subhas.* post hæc scripta visus *inspec.* 47. *num.* 72. vbi dicit, hoc habere locum siuè periti ele∂i sint a Iudice, siuè a partibus, vt ibi per eum, *Rota decis.* 630. *num.* 4. *par.* 2. *rec. & decis.* 392. *nu.* 14. *par.* 4. *rec. tom.* 2. ita vt dubitandum non sit, hoc esse communiter receptum per Do∂. quibus addo *Trac. Ridolph.* post hæc scripta visam *par.* 1. *cap.* 8. *num.* 117.

52 Neque obstat responsio, quod di∂a conclusio non habet locum, quando æstimatores, & periti ele∂i sunt a partibus, vel a Iudice de consensu partium ex *Mascar. d. concl.* 1175. *num.* 51. & voluit etiam Gratia. *discep. foren. cap.* 529. *nu.* 17. *par.* 5. quia respondeo dupliciter, & † primò, quod di∂a opinio *Mascar. & Gratia.* non transit sinè difficultate, & contrarium credo verius, vt tenuerunt *Salic. in l. Societatem* 77. *§. arbitrorum n.* 13. *ff. pro soci. Ias. in l. admonendi* 31. *num.* 237. *& ibi Ripa n.* 196. *ff. de iureiur. Deci. in cap.* 4. *nu.* 15. *de prob. Rebuff. in l. vnica num.* 496. *C. de sent. quæ pro eo, quod inter.* quos referendo sequitur *Menoch. de arbitr. d. quæst.* 58. *num.* 4. *Couar. var. resol. d. cap.* 13. *num.* 3. *in fin.* vbi hanc dicit tutiorem, & frequentiorem esse opinionem *Gratia. d. decis. March.* 166. *num.* 6. *Mangil. de subhas. d. quæst.* 56. *num.* 5. quem refert, & sequitur *Posti. de subhas. d. inspec.* 47. *num.* 73.

Secundò respondeo, quod, quicquid sit de di∂a opinione quo ad peritos ele∂os a partibus, illa tamen non habet locum in casu nostro, in quo D. Vincentius æstimator ele∂us fuit a Iudice, interuenientibus pro hæredibus DD. de Nutis omninò reclamantibus, & sic eius relatio æstimationis fa∂a absque iuramento saluari nullo modo potest a nullitate, cum illius fides non possit dici a partibus approbata, vt tradunt omnes Do∂. supra proximè addu∂i.

Neque contra prædi∂a DD. de Galeottis se tueri valent sub clypeo consuetudinis, siuè styli in contrarium per eos allegati, quia de illo in

53 a∂is non constat; † stylus verò, cum sit quid fa∂i, non præsumitur, sed est probandus per allegantem *Corn. cons.* 277. *nu.* 6. *vol.* 3. *Rol. cons.* 3. *num.* 35. *lib.* 3. *Paris. cons.* 168. *nu.* 15. *lib.* 4. *Mascar. de prob. concl.* 1345. *in prin. vol.* 3. *Menoch. de præsump. lib.* 2. *præsump.* 8. *num.* 7. *Gargiar. Iun. cons.* 39. *in prin. lib.* 2.

54 *Rota decis.* 488. *num.* 9. *par.* 4. *rec. tom.* 2. † & est probandus in casu indiuiduo *Gargiar. Iun. d. cons.* 39. *nu.* 4. *Rota apud Card. Manti. decis.* 357. *num.* 4. *& decis.* 486. *num.* 7. *par.* 2. *rec.*

55 *& d. decis.* 488. *num.* 9. *par.* 4. *rec. tom.* 2. † cum ille non extendatur de casu ad casũ *Innoc. in cap. dile∂o* 10. *de offic. archid. Natt. cons.* 435. *num.* 22. quos refert, & sequitur *Rota d. decis.* 488. *num.* 8.

56 Neque venit attendendum, quod ex aduerso dicitur, quod Iudex de illo potest se informare in camera *Bart. in l.* 3. *in fin. ff. de testi. Bald. in l.* 1. *in fi. C. vt quæ desunt aduoc. Rota apud Greg. XV. decis.* 484. nã ex duobus, & primò,

57 quia id habet locum, quando agitur de ordinatorijs

torijs iudicij, in quibus agitur de modico partium præiudicio, secùs tamen est in decisorijs, vt in casu nostro, in quo agitur de iuramento, quod est de substantia probationis *Rota decis.* 729. *nu. 2. par. 3. rec.* quia tunc stylus est plenè probandus, vt traduxit *Deci. cons.* 480. *nu.* 29. *Mascar. de prob. concl.* 423. *nu.* 33. *lib. 1.* alios adducens, & *concl.* 1345. *sub num.* 3. *vol.* 3. *Menoch. cons.* 364. *num.* 11. *lib.* 1. *Alden. ad Greg. XV. decis.* 434. *litera B. Alden. ad Buratt. decis.* 124. *litera B. Rota apud Buratt. decis.* 735. *num. 9. & decis.* 729. *num. 2. par. 3. recen. & decis.* 454. *num* 24. *par. 4. recen. tom. 2.*

58 Secundò obiectum prædictum non habet locum, quando stylus est contrarius, vt in casu nostro; quia tunc ille est plenè probandus, & Iudex non potest de eo se informare in camera; nec sufficiunt fides Notariorum *Alex. cons.* 212. *num. 2. lib. 6. Crau. cons.* 28. *nu.* 11. *Menoch. d. cons.* 364. *num.* 12. *Mirescot. var. resol. lib. 2. cap. 12. n. 3. & 4. Alden. ad Buratt. d. decis.* 124. *litera B.* Rota apud *Buratt. decis.* 735. *n.* 7. *et seq. et apud Card. Manti. decis.* 357. *nu. 2. & decis.* 259. *num. 5. par. 1. recen. & decis.* 416. *num. 5. par. 3. rec. & decis.* 454. *num.* 24. *par. 4. recen. tom. 2. & decis.* 121. *nu.* 9. *apud Merli. de pigno.* post hæc scripta visa.

59 Et tunc debet esse præscriptus, & quod venerit in notitiam populi, vel maioris partis *Rolan. cons. 3. num* 36. *lib. 3. Gratia. discep. foren. cap.* 153 *num.* 23 *par. 1. & cap.* 694. *nu.* 54. *& cap.* 752. *num.* 83. *par. 4. Costa de facti scien. & ignor. cent. 1. dist. 9. num* 35. *Rebuff. ad constit. Gall. tom. 3. tit. de consuet. art.* 20. *gloss.* 13. *nu.* 16. quem refert, & sequitur *Marescot. var. resol. lib. 2. cap.* 103. *nu.* 23. *Giurb. cons. crim.* 39. *num.* 71. *Rota decis.* 723. *nu.* 3. *par. 1. diuer. & decis.* 1009. *par. 3. diuer. & decis.* 227. *nu.* 17. *par. 7. rec.* & ideò probari debent tot, & tales actus, qui deueniant in notitiam populi, vel maioris partis *Alex. d. cons.* 36. *n.* 10. *lib. 2 Crauet. de antiq temp. par. 4. §. transeo num.* 36. *Gratia. d. cap.* 694. *num.* 53. *& cap.* 752. *num.* 85 *par. 4. Rot. d. decis.* 793. *in fin.*

60 Imò necesse esse, quod stylus iudiciarius in contradictorio iudicio fuerit obtentus, voluerunt *Gratia. d. cap.* 694. *ante finem, & Rota apud Coccin. decis.* 182 *num.* 5. *& decis.* 141. *num.* 13. *par.* 6 *recen. & apud Merli. de pigno. decis.* 121. *num.* 9 *& decis.* 154. *num.* 9. *&* 10. *par. 7. recen.* post hæc scripta visæ.

61 Neq; consuetudo, seu stylus probari dicitur simpliciter per plura instrumenta relationum, in quibus appareret, non fuisse per æstimatores iuratum, vt voluerunt *Bald in l.* 1. *num.* 5. *C. ad*

62 *Vellei. Deci. cons.* 18. *num.* 9. *& alij,* quos referendo sequitur *Mirott. cons.* 34 *n.* 15. *Hond. cons.* 53. *post prin. vol.* 1. quia dicta conclusio habere potest locum, quando probatur, quod dictis instrumentis fuerit adhibita fides in iudicio, & extra, & quod venerit in notitiam maioris partis populi, secùs si id non constet, vt in casu nostro, quia tunc ex inspectione plurium instrumentorum, in quibus non fuerunt seruatæ solemnitates, non dicitur probatus stylus, & consuetudo, vt not. *Surd. cons.* 354. *num.* 25. *vol.* 3. & ante eum *Natt. cons.* 574. *& cons. seq. lib.* 3. plenè *Gratia. discep. foren. cap.* 153. *nu.* 24. *& seq. par. 1. & cap.* 767. *num.* 7. *par. 4. & cap.* 861. *n.* 23. *par. 5. Crauc. de antiq. temp. par. 4. §. materia ista sub num.* 41. *Mascar. de prob. concl.* 425. *num. 3. & 4. vol. 1. Posth. de subhast. inspec. 4. num.* 45. *Balth. Thomas. in suis trac. var. tom. 1. de inuent. tit.* 8. *n.* 228. alios adducens *Rota apud Card. Seraph. in Naimen. Legati* 30. *Octobris* 1580. *&* 16. *Ianuary* 1572. quas refert *Gratia. vbi supra, & decis.* 72. *nu.* 21. *& seq. par. 2. diuer. & apud Buratt. decis.* 3. *num.* 5. *& 6. & decis.* 527. *nu.* 2 *par. 3. recen.* a qua opinione, vti communi, & propter authoritatem Rotæ Romanæ, nullo modo censeo esse recedendum.

Ex quibus remanet expeditum, æstimationes prædictas non esse conformes, nec exequendas, nō obstantibus in contrarium deductis per D. V. Excellentiss. imò ex deficientia iuramenti illas esse inualidas, & eò magis cum in dubio Iudex

63 declarare debeat,† æstimationes non esse conformes, vt in terminis sententiarum scripserunt *Deci. cons.* 385. *num.* 2. *Barsatt. cons.* 219. *num.* 14. *vol.* 2 *Carpa. ad Stat. Mediola. cap.* 116. *nu.* 151. *lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 965. *num.* 35. *par.* 5. *Gabr. cons.* 56. *num.* 12. *lib* 1. *Scacc. de appell. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 18.

64 Maximè in fauorem rei *Menoch. cons.* 110. *num.* 34. *& cons.* 214. *num.* 88. quę quidem omnem tollunt difficultatem, & rem expeditam reddunt ad fauorē heredum DD. de Nutis. Quare &c. Saluo semper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit in Ciuitate Eugubij per Excellentissimum D. Io. Baptistam Sagiuatum Senogallien. Prætorem d. Ciuitatis, qui declarauit, æstimationes prædictas non esse conformes, nec exequendas. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Scriptura testamenti carens subscriptione Notarij loci, appositione, & clausula *actum* &c. an dicatur authentica, si sit reperta in libro Notarij, & adiuuetur alijs adminiculis. Clausula *actū* an sit de substantia instrumenti, vel possit suppleri ex alijs adminiculis denotantibus instrumenti perfectionem. Locus celebrati instrumenti an

ti an possit suppleri per testes de eo deponentes. Testamentum nullum enunciatum, & confirmatum per eundem testatorem in Codicillis postea factis, an validetur, vt valeat saltem in vim Codicillorum, &, testamento nullo existente, quando fiant nulli etiam Codicilli.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura testamenti a Notario coram testibus rogata, & in eius Protocollo reperta dicitur authentica.*

Quod procedit, quando dicta scriptura apparet perfecta cum clausula actum, *testium appositione, ac alijs denotantibus illius stipulationem. num. 2.*

3 *Instrumentum repertum inter alias scripturas Notarij authenticas, præsumitur Notarius de eo rogatus.*

Si enim non fuisset de eo rogatus, Notarius illud lacerasset. num. 4.

Maximè si in principio Protocolli diceretur liber rogitorum talis Notarii. *nu. 5.*

Vel in fine libri Notarius assereret, se fuisse rogatum. num. 6.

Ac etiam si adessent descripti in eo testes rogati. num 8.

7 *Testes, si sint descripti in testamento cum clausula,* & cetera, *præsumuntur rogati.*

9 *Signa ex facto Notarij desumpta sufficiunt ad demonstrandum, Notarium habuisse instrumentum pro perfecto.*

10 *Testes duo deponentes de publicatione testamenti dictam publicationem, & rogitum probant.*

Imò id probari testimonio vnius tantum spectatæ fidei, voluerunt aliqui. num. 11.

12 *Taciturnitas hæredis ab intestato, & patientia, quod alius se gerat pro hærede per longũ tempus, facit præsumere, testamentũ fuisse conditũ.*

13 *Testatoris assertio de testamento per eum condito facit præsumptionem, quod illud fuerit verè conditum. num. 15.*

14 *Testamenti nominatio intelligitur de testamento valido.*

16 *Quæ non prosunt singula, simul iuncta iuuant.*

17 *Clausula* actum &c. *si deficiat in instrumento, ex eo præsumitur, illud non fuisse perfectum.*

Non procedit, si ex alijs constet, instrumentum fuisse perfectum, & stipulatum. num. 18.

19 *Locus si deficiat in instrumento, ille probari potest per testes.*

20 *Obseruantia subsequuta facit, adhiberi fidem instrumento minus solemni.*

21 *Testamentum nullum confirmatum per testatorem in codicillis postea factis sustinetur, saltem in vim codicillorum.*

Cum dicta confirmatio operetur explicitam receptionem omnium in testamento dispositorũ. num. 22.

23 *Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

24 *Testamentum confirmatum in codicillis dicitur pars ipsorum codicillorum.*

25 *Codicilli, & testamentum dicuntur vnica dispositio.*

26 *Confirmans actum nullum dicitur illum de nouo facere.*

27 *Testamentum non potest nuda voluntate confici.*

Potest tamen iam conditum, si sit nullum, nuda voluntate confirmari. num. 28.

29 *Testamentum quando est nullum, sunt nulli etiã codicilli ab eo dependentes.*

Procedit, quando codicilli dependent ex testamento, vt quia testamentum a principio est validum, et postea infirmatur, secùs si a principio est nullum, cum tunc codicilli non infirmentur. num. 30.

31 *Testamenti ad fauorẽ in dubio pronunciandũ est.*

32 *Testamenti conseruationi maximè fauendum est.*

33 *Testamentum esse validum, & conseruari, publicè interest.*

34 *Sententia pro reuocatione in dubio est pronunciandum.*

ALLEGATIO LXVI.

Excellentissime Domine. Iniusta quidem, & ideò omnino reuocanda est sententia lata per Excellentissimum D. Prætorem Ciuitatis Vrbini Iudicem a quo contra D. Gentilem q. Bernardini de Freno, in qua declarauit, scripturam testamenti q. Fælicis Christofani de Freno sub rogitu q. Ser Iuliani Bettini de Aqualanea non esse authenticam, neque probare voluntatem testatoris, & prout
1 latius in ea, † cum verè scriptura d. testamenti, cum fuerit a d. Notario corã testibus rogata, vt infra demonstrabitur, & reperta fuerit in eiusdem Notarij Protocollo, dicatur authentica, & benè probet dictum testamentũ, vt post *Bart. in l. quadam 9. §. nummularios num. 3. & in l. argentarius* 10 *in prin. ff. de eden. Abb. in cap. 2. num. 11. de fide instrum. Deci. cons. 477. num. 6. & 7. & Couar. prac. quæst. cap. 20. n. 1. & seq.* per eam relatos tradit *Rota decis. 413. num. 1. & 5. par. 4. recen.*

2 Neque obstat, si dicatur, conclusionem supradictam esse veram, & procedere quando d. instrumentum, seù imbreuiatura appareat perfecta cum clausula *actum &c.* testium inscriptione, & aliis denotantibus rogitum Notarij, & non aliter, vt not. *Paris. cons. 27. num. 10. lib. 2. Rola. cons. 32. num. 36. lib. 2. & alij,* quos refert

fert, & sequitur *Rot. apud Buratt. dec. f 652. num.* 4. quia in casu nostro manifestè, & clarè apparet, d. Notarium de testamento controuerso fuisse verè rogatum, & dictam scripturam testamenti fuisse stipulatam, & perfectam ex pluribus.

3 Et primò, quia testamentum prædictum fuit in protocollo Notarii inter alias scripturas authenticas repertum, vt tradunt *Alex. cons.* 153. *num.* 11. *lib.* 2. *Menoch. cons* 48. *nu.* 35. *& cons.* 48. *num.* 7 *lib.* 1. alios adducens concordantes idem *Menoch. de præsump lib* 2. *præsump.* 81. *in fin. Mascar. de prob. concl.* 1101. *num.* 17. *lib.* 2. *Surd. cons.* 16. *num.* 9. *lib.* 1. *Card. Manti. de coniect. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 10. *Theod. Rub. in Singul. Rotæ Rom. tom.* 1. *ad decis. Card. Seraph.* 909. *vers. nota cum &c.* Rota *decis.* 250. *sub n.* 3. *par.* 1. *diuer. & apud Card. Seraph. d. decis.* 909. *num.* 2. *& apud Buratt. decis.* 456. *nu.* 3. *& decis.* 566. *n.* 7. *& d. decis.* 413. *num.* 5. *par.* 4. *rec. & decis.* 714. *in prin. par.* 1. *& decis.* 122. *n.* 11. *& decis.* 154. *n.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

4 Et ratio est manifesta, quia, si Notarius non fuisset de dicto testamento rogatus, vtiq; illud lacerasset, & inter alia instrumenta authentica in protocollo non retulisset, vel aliud signum apposuisset, vt nor. Doct. supradicti, et præcipuè *Bero. cons.* 92. *n.* 12. *lib.* 3. *Surd. d. cons.* 16. *num.* 9. *Barz. decis.* 39. *nu.* 7. Rota *d. decis.* 250. *sub nu.* 3. *& apud Buratt. decis.* 932. *n.* 3. vbi habetur, idem fuisse dictum *in Romana census* 23. *Februarij* 1615. *coram Reuerendissimo Pamphilio.*

5 Maximè quando in principio protocolli dicitur. *Liber rogationum, & cæterarum scripturarum &c.* cum tunc præsumatur, Notarium rogatum fuisse de illa scriptura, quia nihil aliud est dicere *Liber rogationum*, seù *rogitorum*, quàm *liber eorum, de quibus rogatus sum Bart. cons.* 163. *in prin. Boer. decis.* 35. *num.* 7. *in fin. Card.* Manti. *de coniect. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 10. *Menoch. d. præsump.* 81. *in fin. lib.* 2.

6 Vel in fine libri instrumentorum Notarius attestatur, se fuisse rogatum, quia talis subscriptio refertur etiam ad alia instrumenta in d. libro contenta *Bart. in l. si quis ex argentarys* 6. *§. si initium in* 2. *lectura num.* 31. *versic. quæro quod si verba &c. & ibi Alex. num.* 6. *Ias. num.* 5. *& seq. Castr. num.* 1. *&* 2. *ff. de eden. Theod. Rub. in Singul* Rot. Rom. *tom.* 2. *circa Doct. approbat. vel reprob. a* Rota *in vers. Bartolus* §. 81. vbi testatur de communi opinione, & dicit, ita tenuisse Rotã *in Placen. fructuum* 12. *Decēbris* 1588. *coram* R. *P. D. Pegna.*

7 Secundò, quia in dicto testamento apparet, fuisse adhibitos septem testes cum clausula (*& cætera*) quæ importat rogitum testium *Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. glos. vlt. num.* 7. quem refert, & sequitur *Barbo. de clau. clau.* 14. *num.* 8. & ante eum scripserunt *Mascar. de prob. concl.* 1361. *num.* 15. *vol.* 3. & post *Bald. Salic. Alex. Ias. Bero. & alios* per eum relatos *Card. Mant. de coniect. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 15. Rota *decis.* 496. *n* 10. *par.* 4. *rec. tom.* 2 *& d. decis.* 413.

8 *num.* 5. *par.* 4. *rec.* † quod pariter probat d. testamenti rogitũ, & perfectionem, cum testes adhiberi non soleant, nisi in actu stipulationis *Alex. cons.* 14. *num.* 32. *lib.* 6. *Paris. cons.* 28. *num.* 53. *lib.* 2. *Menoch. de præsump. lib.* 2 *præsump.* 81. *n.* 11. *& seq.* Rota *d. decis.* 413. *n.* 5. *& d. decis.* 496. *nu.* 11. & fuit dictum *in Romana dotis de Sfortia* 23. *Februarij* 1615. *coram Reuerendiss. Patriarca Manzanedo, & in Neprsina tutelæ* 29 *Ianuarij* 1618. *coram Card. Verospio, eadem* Rota *apud Buratt. decis.* 932. *num* 2. *&* 3.

9 Signa enim, & coniecturæ ex facto Notarij desumptæ satis sunt sufficientes ad arguendam eiusdem Notarij tacitam declarationem, quod habuerit scripturam pro stipulata *Alex. d. cons.* 14. *num.* 32. *lib.* 6. & in terminis nostris tradit *Rot. d. decis.* 714 *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

10 Tertiò adsunt depositiones duorum testium affirmantium, dictum testamentum fuisse cõfectum & stipulatum, qui id plenè probant *Soc. Sen. cons.* 92. *num.* 10. *lib.* 3. *Alex. d. cons.* 14. *num.* 18 *lib.* 6. *Crauet. cons.* 65. *num.* 5. *Odd. cons.* 64 *num.* 40. *Card. Manti. de coniect. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 15. latè *Surd. cons.* 378. *num.* 9. *lib.* 3 *Mascar. de prob. concl.* 1101. *nu.* 21. *vol.* 2. *& concl.* 1359. *num.* 51. *lib.* 3. *Thoma. decis. Marcb.* 68. *sub num.* 122. & in fortioribus terminis Gratia. *discep. foren. cap.* 468. *in prin. par.* 3. Rota *apud Buratt. d. decis.* 932. *num.* 2. *& seq. & decis.* 192. *num.* 4. *par.* 3. *rec.*

11 Imò id probari testimonio vnius tantùm testis spectatæ fidei, voluerunt *Ruin. cons.* 192. *nu.* 9. *vol.* 2. *& Surd.* illum referens *cons.* 414. *nu.* 97. *vol.* 3. cum testis deponens interfuisse testamento, vti deponens de facto proprio absque eius interesse, plusquam semiplenè probet, itaut adminiculatus ex depositione alterius testis, etiã de auditu, plenè probet, vt tradunt *Alex. d. cons.* 14. *n* 18. *lib* 6. *& Thoma. d. decis.* Marcb. 68. *num.* 122. benè comprobans, saltem ad effectum remouendi suspicionem resultantem ex supradictis *Alex loc. cit.* quicquid sit, quando ageretur de probanda substantia testamenti ad nos *per Mascar. d. concl.* 1359. *nu.* 15. *& seq. per Surd. cons* 129. *num.* 29. *lib.* 1. *& per* Rot. *apud Buratt. d. decis.* 932. *num.* 4. *& seq.*

12 Quartò adest taciturnitas Ioannis nepotis testatoris, qui ab intestato erat successurus, per spacium triginta ferè annorum, & illius patientia, quod alius se gesserit pro hærede, quæ

magnam inducit præſumptionem teſtamenti conditi vt not. *Affl. decis. 368. num. 5. in fin. Surd. d. conſ. 378. ſub nu. 27. lib. 3.* benè *Gratia. diſcep. foren. cap. 468. num. 5. par. 3.* Rota *decis. 143. num. 9. et 10. par. 2. diuer.*

13 Quintò omnem tollit dubitationem mentio, & aſſertio facta per eundemmet teſtatorem de dicto teſtamento ita explicitè, & apertè in codicillis poſtea per eum confectis, in quibus nominatur dictum teſtamentum ſub rogitu dicti Ser Iuliani Bettini, qui de illo eſt rogatus, & recenſentur ferè omnia in eo contenta, illudq; in codicillis expreſsè confirmatur, ex quibus reſultat indubitata probatio, dictũ teſtamẽtum fuiſse verè confectum, & ſtipulatũ, vt latè comprobat Rota *decis. 714. nu. 3. & 4. par. 1. rec.* omninò videnda, *& decis. 144. nu. 22. par. 4. rec. tom. 3.*

14 Nominatio enim d. teſtamenti cum omnibus ferè illius qualitatibus non poteſt intelligi de teſtamento nuda voluntate confecto, & præparato, ſed de teſtamento ſolemnitate iuris valido *l. non putauit 8. §. non quauis, & ibi gloſ. in verſic. ritè ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Bart. in l. 1. num. 13. ff. de eden. Caph. conſ. 370. nu. 51. lib. 3. Surd. conſ. 3. nu. 18. lib. 1. Barbo. axiom. 12. num. 19. in fin.* Rota *d. decis. 714. num. 4. par. 1. rec. & d. decis. 544. num. 22. par. 4. rec. tom. 3. & decis. 496. nu. 4. par. 4. recen. tom. 2.* quicquid contrarium ſenſiſſe videatur *Hond. conſ. 66. num. 64. lib. 1.*

15 Imò in fortioribus terminis, quod ex ſimplici cõfeſſione extraiudiciali teſtatoris, quod ipſe condiderit teſtamentum, probetur veritas teſtamenti, ita vt excludatur omnis contraria ſuſpicio, quæ contra teſtamentum adeſſe poſſet, tàm circa falſitatem, quàm circa illius probationem, quaſi illa confeſſio reddat iudicem certum, quod ipſe teſtamentum condiderit, & quod illud verè fuerit ſtipulatum, & publicatum, tenent *Pariſ. conſ. 33. in fin. lib. 2. Crau. conſ. 65. n. 7. verſic. quartò probatur &c. Ruin. conſ. 51. num. 20. lib. 5. Surd. conſ. 173. num. 42. & ſeq. lib. 2.* vbi dicit, hoc eſſe verũ etiam ad inducendam probationẽ, latè *Gratia. diſcep. foren. cap. 93. num. 10. & ſeq. par. 1. Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 2. num. 9. Ciriac. contro. 407. num. 309. & ſeq. & num. 315.* Rota *d. decis. 192. num. 4. in fin. par. 3. recen.*

Ex quibus omnibus ſimul iunctis nulli dubium eſt,
apparere euidenter, teſtamentum prædictum
fuiſſe, & eſſe authenticum, & Notarium prædi-
16 ctum verè fuiſſe de eo rogatum ex Regula, †
quæ non poſſunt ſingula, ſimul iuncta iuuant *l.*
inſtrumenta 5. l. rationes 6. C. de prob. cap. cum
cauſam 13. de prob. Alex. conſ. 13. num. 19. &
ſeq. lib. 1. Gabr. com. concl. de prob. concl. 1.
in prin. Surd. conſ. 245. num. 31. lib. 2. cum
alijs relatis per *Barbo. axiom. 209. num. 1.* &
in terminis noſtris tradit Rota *apud Buratt. d. de-*
cis. 932. num. 4.

Ex quibus etiam apparet manifeſtè nõ obſtare de-
fectũ clauſulæ *actum &c.* exaduerſo oppoſitum
17 contra dictum teſtamentũ, ex quo inſurgere vi-
detur præſumptio, illud non fuiſſe verè publi-
catum, & perfectum, ad not. per *Barbo. de clauſ.*
clau. 2. nu. 6. alios adducentem, & voluit Rota
apud Buratt. decis. 672. num. 4.

Quia, licèt clauſula *Actum* deficiens in inſtrumen-
to denotare valeat, inſtrumentum, ſeù teſta-
mentum non fuiſſe perfectum, & ſtipulatum,
18 vt dixi, † id tamen non habet locum, quando
aliundè apparet, ſcripturam, & inſtrumentum
fuiſſe perfectum, & publicatum, quia tunc d.
clauſula *Actum* non eſt de ſubſtantia ſcripturæ,
vt benè declarant *Adden. ad Buratt. d. decis.*
666. num. 12, & dixit ſæpius *Rota*, & præcipuè
d. decis. 413. nu. 4. par. 4. rec. & d. decis. 496.
num. 12. d. par. 4. rec. tom. 2. & in d. Rom.
dotis de Sfortia 23. Februarij 1615. coram Reue-
rendiſſimo Patriarca Manzanedo: in caſu verò
noſtro ſatis apparet, Notarium fuiſſe de dicto
teſtamento rogatum ex eo, quod illud fuerit
inter rogitus eiuſdem Notarij repertum, quod
in eo ſint deſcripti ſeptem teſtes, quod fieri
non ſolet, niſi in actu ſtipulationis, tertiò ex
depoſitione duorum teſtium deponentium
de ſtipulatione teſtamenti, quartò ex aſſertio-
ne eiuſdem teſtatoris facta in codicillis de con-
fectione d. teſtamenti, & ex alijs coniecturis
ſupra deductis, ita vt non officiat deficientia
d. clauſulæ *Actum*, vt in puncto, & in fortiori-
bus terminis declarat *Rota d. decis. 413. nu. 5.*
& alia ſupra proximè adducta.

19 Neque pariter nocet deficientia loci celebrati teſtamenti, quia, omiſſo, quod illa non vitiat teſtamentum, licèt locum apponere ſit bona cautela, vt poſt *Fabr. Rola. Caſſan. & Io. Andr.* per eum relatos tradit *Altogra. conſ. 58. num. 35. lib. 2.* quia, inquam, cum de loco deponant duo teſtes, per illorũ depoſitiones benè ſuppletur defectus loci, vt not. *Barz. decis. 39. num. 50. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 358. & ſeq. Altogra. d. conſ. 58. num. 36.* Rot. *apud Burat. d. decis. 666. num. 9.*

20 Quod eò magis eſt dicendum, ſtante obſeruantia ſubſequuta, quæ etiam inſtrumento minùs ſolemni facit adhiberi fidem *Craue. conſ. 108. num. 4. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 81. num. 7. Gratia. diſcep. foren. cap. 468. num. 8. par 3.* benè comprobans, & *decis.* March. 234. *num. 25. Franc. Becci. conſ. 103 num. 25. & ſeq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 1. num. 33.* alios adducens *Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 47. Theodo.* Rube. *in ſingul. Rota* Rom *tom. 2. circa ſtyl. & obſeru.* Rota *in ver. inſtrumentũ §. 9.*

vbi

vbi dicit, ita obseruari in Rot. Rom. *Rot. decis. 703. num. 8. par. 2. rec. & decis. 496. in prim. par. 4. rec. tom. 2.*

Postremò licèt ex prædictis euidenter appareat de subsistentia d. testamenti, ita vt de illius validitate dubitandum non sit, illa tamen redditur certa, & indubitata, cum ex codicillis per eundem testatorem postea factis appareat, non solùm dictum testamentum fuisse stipulatum, & perfectum, verùm etiam illud in omnibus suis partibus fuisse per eundem met testatorem in-

21 seis confirmatum, † quo casu, saltem in vim nouæ dispositionis codicillaris sustinetur, & validum redditur, ac si d. testamentum esset pars ipsius codicilli saltem iure fideicommissi, operante huiusmodi confirmatione explicitam repetitionem omnium in dicto testamento dispositorum, ad tex. *in l. 8. C. de codicil.* & tradunt *Castr. cons. 93. sub num. 6. lib. 1. Crass. de success. §. codicillus nu. 8.* benè *Tull. Crispol. in suis casibus milit. casu 49. n. 8. versic. & coadiuantur &c.* & post *Natt. cons. 483. n. 2. Ceph. cons. 73. n. 18. & 25. & seq. lib. 1. Surd. cons. 230. num. 9. & seq. vol. 2.* & alios per eum relatos probat *Altogru. cons. 78. num. 13. & seq. vol. 1.* & tenuit Rota *decis. 472. num. 4. par. 5. rec. lib. 2. & in Vrbinaten. prædij 3. Iunij 1650. in fin. coram R. P. D. Bichio.*

22 Confirmatio enim prædicta facta de dicto testamento in omnibus eius partibus in codicillis, de quibus in actis, operatur, vt dixi, explicitam repetitionem omnium in testamento dispositorum, vt tradunt *Natt. in d. cons. 483. num. 2. Surd. d. cons. 230. nu. 9. & Rota d. decis. 472.*

23 *nu. 4. & in dicta Vrbinaten. prædij in fin.* † cum relatum dicatur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus *l. asse toto. 77. ff. de hæred. instit. Surd. decis. 282. num. 14. & decis. 291. num. 17. & seq.* plenè *Barbo. axiom. 201. in prin. Rota apud Merli. de pigno. decis. 147. num. 9.*

24 Ita vt dictum testamentum ita confirmatum dicatur esse in codicillis, & dicatur pars ipsius codicilli *l. posthumus 12. §. fin. ff. de iniu. rupt. & irri. fac. testa.* & tradunt *Ceph. d. cons. 37. n. 11. & 25. lib. 1. Surd. d. cons. 230. num. 11. Rota in d. Vrbinaten. prædij versic. vel in vim. &c.*

25 Cum codicilli etiam post testamentum conditi, & testamentum dicantur vnica dispositio *l. 2. §. codicillorũ ff. de codicil. Natt. cons. 483. in fin. D. Aureol. contro. 44. num. 9. Ciriac. contro. 362. num. 5. Calui. de æquit. cap. 101. num. 129. lib. 2.* & ideò nil mirum, si illud in vim codicilli, & fideicommissi saltem valere debeat, vt benè declarant *Doct. prædicti, & Rota supra in loc. proximè adduct.*

26 Quod verum est etiã vltra supra adducta, etiã admissa, citra veri præiudicium, testamenti nullitate, ex regula, quod confirmans actum nullũ dicatur illum de nouo facere *Bart. in l. more 5. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iudi. Aret. cons. 123. num. 18. Paris. cons. 3. num. 40. & seq. lib. 4. Surd. cons. 313. num. 35. & cons. 385. num. 32. vol. 3.* alios adducens concordantes *Rota apud Greg. XV. decis. 267. num. 8.*

27 Licèt enim testamentum non possit nuda voluntate confici *l. hac consultissima 21. C. de*

28 *testam.* potest tamen iam cõditum, si sit nullum, nuda voluntate confirmari *l. 1. §. si filius ff. de lega. 1. l. quærebatur 20. ff. de milit. testa. l. qui ex liberis 11. §. testamẽto ff. de milit. testa. Bart. in l. eos 27. nu. 6. ff. ad leg. Corn. de fals. Angel. cons. 108. Menoch. de arbitr. casu 109. num. 5. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 4. n. 46.* Maximè si fiat corã Notario, & testibus in codicillis solemniter confectis, vt animaduertit *Felin. in cap. cum in tua 44. num. 1. versic. secundò limita &c.* quicquid si ageretur de simplici extraiudiciali confessione testatoris, quæ licèt non benè faciat adminiculũ veritatis testamenti, sicut dixi *supra num. 15.* illud tamen fortè non firmaret ad not. per *Ciriac. d. contro. 407. num. 310.*

29 Neque prædictis vllo modo obstat, quod ex aduerso deducitur, nempè quod stante nullitate testamenti, etiam codicilli dicantur nulli ad tex. *in l. 1. C. de codicil.* & not. *Io. Oinot. in §. 1. num. 22. & seq. & in §. codicillis num. 10. Inst. de codic.* quia obiectum benè euitatur duplici medio, & primò negando, assertum testamentum esse nullùm per iura, & rationes supra adductas, cum id sit afferre pro testamento id, de quo disputatur, vt in casu nostro dicit *Merli. de pigno. lib. 4. cap. 21. n. 30. & Altogr. cons. 69. num. 118. vol. 2.*

30 Secundò, quia dicta conclusio habet locum, quando codicilli habent dependentiam ex testamento, vt quia a principio testamentum fuit validum, & postea aliqua ratione, puta ex natiuitate posthumi, infirmatur, quia tunc, anullato testamento, anullantur etiam codicilli, vti ab eo dependentes, ad tex. *in d. l. 1. C. de codicil.* secùs tamen est in casu nostro, in quo quatenùs testamentum fuisset nullum, fuisset nullum a principio, vndè codicilli postea facti ab eo non dicuntur habere dependentiam, & ideò nullitas testamenti non influit in codicillos, vt benè declarant *Cin. Castr. num. 2. Ias. num. 1. Alex. num. 2. & alij in d. l. 1. C. de codicill.* & post eos *Deci. cons. 361. num. 2. versic. vltimò non obstat &c. Bero. cons. 2. num. 28. lib. 2. Negus. Iun. cons. 40. nu. 6. & seq. Ciriac. contro. 444. num. 142.* & nouissimè declarat pariter *Tull. Crispol. in suis casibus milit. casu 49. num. 17. & 18.* alios adducens concordantes.

Quæ licèt per se sint clarissima, omnis autem remouetur scrupulus, si qui adesset, quem verè

31 adcise non credo, cum in dubio sit pronunciandum pro validitate testamenti *l. si pars* 10. *ff. de inoff. testa.* latè *Card. Mant. de coniect. lib.* 2. *tit.* 15. *nu.* 1. *& seq. Surd. d. cons.* 414. *n.* 101. *vol.* 3. *Ciriac. de contro.* 407. *num.* 126. *& contro.* 425. *num.* 77. *Thoma. decis. March.* 68. *num.* 105. *& seq Caluin. de aquit. cap.* 200. *nu.* 14. *& seq. lib.* 2. vbi dicit, hoc habere locum.

32 etiam si contraria opinio esset communis, & conseruationi testamenti maximè fauendum sit *Ias. in l. discantibus* 22. *num.* 2. *C. de testam. Thoma d. decis.* 68. *num.* 105. *& seq. Calui. de aquit. cap.* 154. *num.* 30. *lib.* 2. etiam in præiudicium filiorum *Deci. cons.* 11. *num.* 20. *&* 21. *Ciriac. contro.* 405. *num.* 23.

33 Cum publicè intersit, quod testamenta, & vltimę defunctorum voluntates sustineantur *l. vel negare* 5. *ff. quemad. testa. aper. Capb. cons.* 412. *num.* 5. *vol.* 4. *Thoma. d. decis.* 68. *num.* 105. *& seq. Ciriac. contro.* 407. *num.* 127. *& d. contro.* 426. *in fin.* & ideò Iudex omnem debet adhibere diligentiam pro sustinendo testamento *Thoma. d decis.* 68. *num.* 105. *& seq.*

34 Et cum in dubio sit pronunciandum pro reuocatione sententiæ, vt veritas causæ ventilando magis fiat manifesta, & ad euitandum præiudicium rei iudicatæ *Caball. cons.* 85. *nu.* 8. *& cons.* 118. *num.* 6. *lib.* 2.

Quare &c. Saluo &c.

Sententia lata per Excellentissimum D. Prætorem Ciuitatis Vrbini super nullitate testamenti fuit reuocata per Excellentissimum D Locumtenentem eiusdem Ciuitatis de anno 1657. qui declarauit testamentum validum, qua postea in gradu appellationis fuit confirmata per Excellentissimos DD. Doctores Celeberrimi Collegij eiusdem Ciuitatis Vrbini de anno 1661. Laus Deo, & Virgini Deipara &c.

ARGVMENTVM.

Est resolutio motiuorum causæ, de qua in allegatione præcedenti. Statutum, quod Notarii non matriculati non possint se rogare de instrumentis, alias quod instrumenta non valeant, an compræhendat Notarios forenses, & an dictus defectus de æquitate sit attendendus. Instrumenta Notarii putatiui an valeant ad tex. *in l. barbarius* 3. *ff. de offic. præt.* & quot instrumenta requirantur, vt intret dispositio *d. l. barbarius*.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod Notarij non matriculati non possint se rogare de instrumentis, non comprahendit Notarios forenses.*

2 *Statutum, quod Notarij, qui non sunt de Collegio, non possint se rogare de instrumentis, non ligat Notarios forenses.*

3 *Defectus non descriptionis Notarij in matricula de aquitate non attenditur.*

4 *Solemnitas extrinseca præsumitur ex lapsu triginta sex annorum, licèt de ea non appareat, maximè concurrente obseruantia.*

5 *Notarius, qui publicè exercebat artem Notariatus, illius instrumenta sunt valida ob communem errorem, qui facit ius.*

Quicquid sit, quando Notarius *non haberet titulum, vt quia non sit creatus Notarius ab habente iurisdictionem. num. 6.*

Licèt, quod etiam tunc illius instrumenta sint valida, teneant plures Doctores. nu. 7.

8 *Confessarius, cui licentia audiendi confessiones fuit reuocata, si publicè se gerat pro confessario, confessio est valida.*

9 *Notarij putatiui vt instrumenta sint valida, sufficiunt quatuor, vel sex instrumenta.*

10 *Iudicandum est in dubio pro validitate testamenti.*

11 *Opinio in dubio est tenenda, pro qua fuit pluries iudicatum.*

Et qua est aquior, & humanior. num. 12.

ALLEGATIO LXVII.



EXcellentissimi Domini. Sententia lata ad fauorem D. Gentilis q. Bernardini de Fretio per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Ciuitatis Vrbini venit in gradu appellationis confirmanda per iura, & rationes alias per me adductas, de quibus in allegatione præcedenti, quas hic breuitatis studio iterum referendas non existimaui.

Quibus non obstat, quod instrumentum codicilli rogatum in Castro Acqualancæ Territorii Vrbinaten. per q. D. Marcum Antonium Montioni Notarium publicum Ciuitatis Callij, vti non matriculatum, nec descriptum in Matricula Notariorum Ciuitatis Vrbini, nullã faciat probationem ex dispositione Statuti eiusdem Ciuitatis *lib.* 1. *rub.* 46. *vers. item statuimus &c.* ex pluribus, & primò, † quia d. Statutum cum loquatur in personam ibi *statuimus, quod illi, qui non sunt descripti in matricula, non valeant in Ciuitate Vrbini de instrumentis se rogare &c.* non ligat Notarios forenses recipientes instrumenta in d. Ciuitate, cum non possit disponere de persona, quæ non est subdita, vt tradunt in terminis *Bald in l. cunctos populos* 1. *nu.* 12. *& seq. C. de sum. Trinit. Castr. cons.* 226. *in primo dubio vol.* 2. quos refert, & sequitur *Surd. cons.* 257. *nu.* 12. *versic. secundò respondeo &c. lib.* 2. latè comprobans *Mareabru. cons.* 58. *per tot.*

tot. quem pariter refert, & sequitur D. Andreol. contro. 312. sub num. 1. dicens. ita fuisse iudicatum. Adden. ad Putrll. expedit. ciuil. 81. n. 53.

2 Statutum enim generaliter prohibens, ne quis instrumenta recipiat, nisi sit de Collegio, non ligat Notarios forenses recipientes instru nenta in Ciuitate, quia loquitur in personam, vt tradunt Bart. Bald. Signorol. Aret. Salic. Curd. Ancar. Arch. Castr. Alex. Iaf. Socci. Barba. Hëri. Boic. Caccial. Corn. Ruin. Crot. Marsil. Rip. Rocc. de Curte Deci. Paris. Brun. Alcia. Natt. Capb. & aliquos refert, & sequitur Rol. conf. 24. num 17. & seq. lib. 3. vbi dicit, hoc habere locum etiam quo ad bona sita in territorio statuentium, vt ibi per eum, & sequitur Surd. d. conf. 257. num. 82. versic. secundò respondeo &c. vbi dicit, hanc esse communem Doctorum opinionem Adden. ad Putrll. d. expedit. ciuil. 81. n. 53. & sentit Mascar. de gener. stat. interpr. concl 6. sub n. 23. & benè cõprobat Rot. decis. 103. num. 83. & seq par. 2. diner.

3 Secundò, quia, cõstito de Notariatu d. D. Montini, defectus huiusmodi non descriptionis in matricula de æquitate non attenditur, ne tot, tantæq; laudabiles dispositiones pereant, vt tradit D. Andreol. d. contro. 3 2. num. 3. & dixit expresse Rot. decis. 184. num. 45. & 46. par. 6. rec. vbi testatur, ita pluries Rotam tenuisse.

Maximè cum in hac Legatione vigore Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini super abbreuiatione litium iudicari debeat sola facti veritate inspecta, vt benè considerat ad hunc propositum D. Andreol. d. contro. 312. num 3.

Quod quidem habeo pro certo in casu, de quo agitur, cum sit nus in Notario creato a q. Serenissimo Duce Vrbini, & sic a Principe supremo cum facultate ab oluta conficiendi instrumenta, qui propterea sub iacere non debet dispositioni d. Statuti, vt tradunt Fenzo. ad Stat Vrb. lib. 1. cap. 38. num. 9. & Rot. decis. 61. num. 14. & seq. par. 8. rec. quicquid sit quo ad Notarios creatos ab inferioribus a Principe, in quibus terminis procedere possunt decisa per eandem Rot. in d. decis. 61. cum allegatis in ea.

4 Quibus eò magis locus esse debet, stante lapsu triginta sex annorum a die confecti codicilli, per quod solemnitas extrinseca, qualis est ista, præsumitur interuenisse, licèt de ea non appareat, vt post Bald Ang. Socci. Gabr. Mascar. Surd. & Rot. Rom. per eum relatos scribit D. Andreol. contro. 133 num 39. & seq. & contro 145. num. 37 Gergiar. Iun. conf. 6. num. 37. lib. 2. Rot. apud. Greg. XV. decis. 354. in fin. & ibi Adden. num. 18.

Maximè concurrente obseruantia, etiam si nullibi reperiatur dicta descriptio enunciata Adden. ad Greg. XV. vbi supra Rot. decis. 153. nu. 81. par. 4. rec. tom. 2. & in terminis nostris d. decis.

184. numer. 41. par. 6. recen.

Nec non etiam stante, quod d. D. Montinus Notarius creatus a q. Serenissimo Vrbini Duce se rogauerit de quampluribus instrumentis publicè in dicto Castro Acqualaneæ per spatiũ plurium annorum,

5 † quo casu talis error communis validare dicitur eius gesta, ita vt vltima elogia, & alia instrumenta ab eo confecta sustineãtur, ad tex. in l. barbarius 3. ff. de offi. prat. Alex. in l. 1. sub num. 12. & ibi. Salic. num. 10. C. de testam. Pacia. de proba. lib. 2 cap. 21. sub num. 90. & seq. Afin. in pract par. 2. §. 3. cap. 31. sub num. 51. Grass. de except. in prælud. nu. 218. & excep. 2. num. 14. Menoch. conf. 409. num. 50. lib. 5. Eugen. conf. 25. nu. 10. & seq. lib. 1. Farinac. de falsit. & simul. quæst. 155. num. 91. & seq. Caren. resol. 62. num. 8. benè Ciriac. contro. 426. num. 66. & seq. vbi testatur de communi opinione Illustrissimus Dominus meus Sperellus decis. 30. num. 37. par. 1.

6 Quicquid sit, quando Notarius nullũ haberet titulum, vt quia non fuisset creatus Notarius ab habente ad id facultatem, sed esset merè Notarius putatiuus, quo casu illius instrumenta non valere, licèt se de illis rogaret, tenuerunt quamplures Doctores, quos referunt, & sequi videntur Pacia de prob. lib. 2. cap. 21. nu. 21. & seq. Farin. de falsit. & simul d. quæst. 155. n. 9. in quibus terminis intelligendum censeo Vermiglio. conf. 426. per tot.

7 Licet d. opinio non sit tuta, cum contrarium tenuerint Bart. in d. l. Barbarius num. 6. benè comprobans, & ibi Alberi. nu. 31. & seq. vbi dicit, ita de consuetudine seruari, & Fulgo. n. 13. dicens, hanc opinionem, vti humaniorem, esse tenendam. Adden. ad Alex. conf. 138. littera B. vol. 1. vbi dicit, ita semper vidisse seruari Tiraq. de legi. connub. glos. 8. num. 153. vbi hanc opinionem, vti humaniorem seruari de consuetudine in iudicando, affirmat, & tenendam esse, dicit Alnar. conf. 67. num. 28. vbi restatur de magis communi Doct. opinione, quos vna cum alijs quampluribus referunt ita sentientes Gabr. commu. concl. de prob. concl. 8. nu. 21. & seq. & Farin. d. quæst. 155. num. 92.

8 Hinc videmus, quod si Confessarius, cui licentia audiendi confessiones fuit reuocata per Superiorem, vel licentia ei ad tempus concessa expirauit, publicè se gerat pro Confessario, confessio est valida per d. regulam l. Barbarius 3. ff. de offic. prato. quod communis error facit ius, & dat iurisdictionem, & tradunt P. L'ssi. de Iusti. & iure lib. 2. cap. 29. dubit. 8. num. 67. P. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 22. num. 58. P. Dian. resol. moral par. 3. tract. 4. resol. 122. & benè declarat Illustrissimus Dominus meus Sperellus d. decis. 30. num. 25. & seq. alios referens concordantes, & Barbo. de offic. Paroch.

Paroch. capit. 17. numer. 27. & sequen.

9 Ad quam communem opinionem, seu errorē inducendum in Notario, vt intret dispositio *d. l. Barbarius* si non requiritur magnus numerus instrumentorum, vt tradunt *Afin. in pract. d. §. 3. cap. 15. num. 2. & seq. et Mascar. de prob. concl. 394. num. 12. lib. 1.* & quatuor instrumenta sufficere, voluerunt *Alex. consf. 73. num. 12. lib. 2. Boer. decis. 36. num. 11.* quos refert, & sequitur *Ciriac. d. contro. 426. nu. 70. & seq.* multò magis illa locum habere debet in casu nostro, in quo D. Montinus Notarius vltra viginti instrumenta recepit in dicto Castro Acqualaucæ, vt ex illius Protocollis clarè est videre.

10 Quibus eò magis locus esse debet in casu, de quo agitur, cum in dubio iudicandum sit pro validitate testamenti, & codicilli *l. si pars 10. ff. de inoff. testam. Paris. cons. 33. numer. 39. Card. Manti. de coniect. lib. 2. tit. 15. num. 1. & 6. Ciriac. d. contro. 426. in fin. Altogra. cons. 50. num. 146. lib. 1.* cum publicè intersit, testamenta, & vltimas defunctorum voluntates sustineri *l. vel negare 5. ff. quemad. testam. aperi. Ciriac. loc. proximè cit.* & ne tot laudabiles dispositiones pereant *Rot. d. decis. 184. num. 45. par. 6. rec.*

11 Et cum illa opinio sit tenenda, pro qua aliàs fuit iudicatum, prout fuisse iudicatū pro validitate instrumentorum pluries non obstante non descriptione in Matricula, dicit *Rot. d. decis. 184. num. 45. ad tex. in l. cum Imperator 38. ff. de legibus* & docent *Merli. Pignatel. contro. foren. cap. 100. in fin. cent. 2. & Altogra. cons. 3. num. 5. lib. 1.*

12 Ac etiam sit tenenda opinio humanior, & æquior in iudicando *Abb. in cap. 2. de consang. spirit. Borgni. decis. 25. num. 15. & decis. 43. num. 34. par. 1. Calui. de aquit. lib. 1. cap. 6. num. 22.*

Quare &c. Saluo semper &c.

Secundùm prædicta ad fauorem D. Gentilis iudicatum fuit in Ciuitate Vrbini per Excellentissimos DD. Doctores Celeberrimi Collegij d. Ciuitatis confirmando sententiam Excellentissimi Domini Locumtenentis Iudicis a quo de anno 1661. vt habetur in fine allegat. præcedentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ etc.

ARGVMENTVM.

Anniuersaria relicta per testatorem sibi facienda, non expressa Ecclesia, an sint facienda in Ecclesia, in qua testator est sepultus, vel sit in facultate hæredis illa faciendi in alia Ecclesia. Legatū factum Ecclesiæ cui nam Ecclesiæ acquiratur. Testamentum factū coram Parocho, & duobus testibus de iure Canonico est validum in vtroq; foro in terris Ecclesiæ, & quid si sit factum coram Confessario testatoris, vel coram eo, cui est commissa cura totius Parochiæ, vel coram quatuor testibus sine Paroco.

SVMMARIVM.

1 *Anniuersaria per testatorē relicta, non specificata Ecclesia, sunt facienda in Ecclesia, in qua testator est sepultus.*

2 *Voluntas ambigua testatoris declaratur ex affectione eiusdem.*

Quæ coniectura cæteris est potentior. n. 3.

4 *Voluntas dubia testatoris declaratur ex coniecturis.*

Et voluntas ex coniecturis desumpta dicitur euidens voluntas testatoris. num. 5.

6 *Testator præsumitur habere affectionem ad propriam Parochiam, in qua recepit Sacramenta.*

Et ad Ecclesiam, in qua voluit sepeliri. nu. 7.

Et in qua mandauit erigi Cappellam cum iurepatronatu. num. 8.

Et ad Ecclesiam, cui fecit amplum legatum. num. 9.

10 *Legatum strictam recipit interpretationem, vt minùs noceat hæredi.*

Fallit, stantibus coniecturis beneuolentiæ, quam testator ostendit Legatario in testamento. num. 11.

12 *Testator præsumitur voluisse fieri per eius hæredem, quod solitum est fieri.*

13 *Voluntas ambigua testatoris declaratur a consuetudine regionis.*

14 *Argumentum ab absurdo vitando est validum.*

15 *Legatum factum Ecclesiæ, non declarata Ecclesia, intelligitur factum Ecclesiæ Parochiali.*

16 *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus est validum de iure Canonico.*

Non solùm ad pias causas, sed etiam ad prophanas in Terris Ecclesiæ. num. 17.

Et in Terris Ecclesiæ mediatè subiectis, vt Ferrariæ, Vrbini, & similibus. num. 18.

Debet tamen d. testamentum fieri coram Parocho, & non sufficit Confessarius testatoris. num. 19.

Contrarium tenent aliqui Doct. num. 20.

Valet tamen, si fiat coram eo, cui est commissa cura totius Parochiæ. num. 21.

22 *Testamentum de iure Canonico est validum factum coram quatuor testibus sine Parocho.*

23 *Testamentum factum coram Parocho non probatur ex eius scriptura, cum ipse non sit Notarius.*

Fallit, si sit insinuatum coram Iudice examinatis Parocho, & testibus. num. 24.

25 *Hæredes exhibendo testamentum in iudicio, & accep-*

acceptando hæreditatē videtur illud acceptare. Ita vt de illius nullitate amplius dicere non possit. num. 26.
27 Sententia facit de albo nigrum.
28 Sententiam videtur in omnibus acceptare, qui ab ea non appellat.
29 Iudex in dubio debet declarare, testamentum esse validum.
30 Iudex in dubio debet pronunciare pro validitate actus.

ALLEGATIO LXVIII.



Euerendissime Domine. Petrus q. Ludouici de Terra Canriani in suo vltimo, sub quo decessit, testamento, cum liberis careret, instituit sibi hæredes vniuersales Marcum, Thomā, & Ludouicum eius ex Io. Antonio fratre nepotes, in eoque inter cætera mandauit, per d. eius hæredes erigi Capellam in Ecclesia Archipresbiterali S. Ioannis Baptistæ eiusdem Terræ sub inuocatione S. Caroli Borromei, eamq; dotauit in scutis quingentis, reseruato ad fauorem suorum hæredum iurepatronatu eiusdem Capellæ cum onere, quod Capellanus pro tempore eligendus teneretur quotidiè in ea missam celebrare, in qua etiam Ecclesia, quæ est propria Parochia testatoris, eius cadauer sepeliri mandauit, & vlterius grauauit d. hæredes ad faciendum quotannis in perpetuum celebrari facere tria Anniuersaria mortuorum pro salute animæ suæ, cum certo numero missarum, prout in dicto eius testamento, ad quod &c. non tamen declarata Ecclesia, in qua Anniuersaria celebrari deberent; Defuncto postea Petro testatore, aditaq; eius hæreditate per hæredes supradictos, D. Archipræsbiter Ecclesiæ S. Io. Baptistæ, aduertens dicta Anniuersaria non celebrari, requisiuit hæredes, quod curarent celebrari facere Anniuersaria prædicta in dicta Ecclesia Parochiali S. Io. Baptistæ, quorum duo ex hæredibus videlicet Marcus, & Ludouicus pro eorum ratis obtulerunt se paratos Anniuersaria celebrari facere in dicta Ecclesia S. Io. Baptistæ, prout cum effectu adimplerunt, alter verò cohæres nempè Thomas recusauit prædicta adimplere, asserens, per testatorem non fuisse declaratum, in qua Ecclesia Anniuersaria celebrari debeant, & ideò ei licere illa celebrari facere in Ecclesia, quæ ei magis placeret, cum animæ defunctorum eodem modo iuuentur, si missæ in alia Ecclesia celebrentur, cum tale adiuuamen non procedat ex loco *Sot. in 4. dist. cap. 3. quæst. 2. art. 4. Rot. apud Card. Seraph. decis. 1149. sub num. 1.* D. verò Archipræsbiter prætendit, illum teneri Anniuersaria celebrari facere in dicta Ecclesia S. Io.
1 Baptistæ, quæ est Ecclesia Parochialis testatoris, & in qua ipse testator fuit sepultus, vndè quæritur quid iuris.

In qua facti specie resolutiuè procedendo censeo, D. Archipræsbiterum bonum ius fouere, & d. Thomam hæredem obligatum esse ad faciendū celebrari facere Anniuersaria in dicta Ecclesia S. Io. Baptistæ Parochiali testatoris, & in qua testator ipse fuit sepulturæ traditus, vt scripserunt *Ias. in l. non vtiq; 3. §. si quis insulam in fin. ff. de eo, quod cert. loc. Abb.* latè comprobans *cons. 99. num. 4. & seq. lib. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 6. num. 6. in fin. Gargiar. Iun. cons. 97. num. 107. vol. 1. Paul. Rube. de testam. cap. 68. num. 93. & seq.* post hæc scripta visus, & ita tenuit *Rot. apud Card. Caualer. decis. 494. num. 3. & seq.* & non dissentit eadem *Rot. decis. 365. num. 41. par. 5. rec.*

2 Rationes autē supradictæ conclusionis afferri possunt plures, & prima esse potest, quod ad declarandam ambiguam testatoris voluntatem attenditur potissimùm affectio eiusdem testatoris arg. *l. si seruus plurium 53. §. vlt. ff. de lega. 1. l. cum auus 101. ff. de cond. & demon. l. cum acutissimi 30. C. de fideic. l generaliter. 6. § cum autem C. de instit. & subst.* & tradunt *Card. Manti. de coniect. lib. 5. tit. 11. in prin. & lib. 6. tit. 10. in fin. & Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 114. num. 6. Rot. decis. 44. nu. 9. & 10. par. 5. rec.*

3 Quæ coniectura ex affectione testatoris deducta cæteris est potentior, vt not. *Soc. Sen. cons. 23. num. 21. vol 1. Alcia. cons. 122. num. 9. in fin. lib. 9. Soc. Iun. cons. 126. num. 7. & seq. vol. 1. Card. Manti. d. tit. 10. num. 13. & Me-*
4 *noch. de præsump. præs. 114. n. 6.* † Dubia enim testatoris voluntas declaratur ex coniecturis *l. licèt Imperator 77. & ibi Bart. num. 10. ff. de lega. 1. l. cum proponebatur 66. ff. de lega. 2. Caph. cons. 114. num. 22. & cons. 188. num. 7. & seq. lib. 2. Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 5. num. 2. & lib. 8. tit. 4. num. 5.* & in puncto tradit *Barbo. de author. Epis. alleg. 82. num. 31. versic. nonum &c.*

Ita vt voluntas, quæ colligitur ex coniecturis, tollat omnia obiecta, vt post *Castr. cons. 123. in fin. lib. 1. & Fulgo. cons. 13. sub nu 2.* per eum relatos tradit *Card. Manti. de coniect. lib. 3 tit.*
5 *3. num. 2. Surd. cons. 21. num. 4. vol. 1.* † & voluntas ex coniecturis collecta dicatur eadem ac voluntas testatoris *d. l. licèt Imperator 77. ff. de leg. 1. Abb. d. cons. 99 num. 5. Card. Manti. de coniect. lib. 8. tit. 1. num. 25.* cum coniecturę dicantur apertissimę probationes *l. in tempus 62 § quoties ff. de hæred. instit. l. si quis locuples 57. in fin. ff. de manum. testa. l si constante 25 cum ibi not. per Doct. ff. de solu. matr.* in casu verò

verò, de quo agimus, plutes concurrunt conie-
cturæ affectionis testatoris erga dictam Eccle-
siam S. Io: Baptistæ, vt infra ostendam, ergò
in illa censere debemus, dictum testatorem vo-
luisse celebrari debere Anniuersaria per eum
relicta.

Quod verò plures concurrant coniecturæ præsum-
ptæ affectionis testatoris erga dictam Ecclesiā
S. Io: Baptistæ, suadetur primò ex eo, quod di-
cta Ecclesia est propria ipsius testatoris Paro-
chia, in qua cum ipse consueuerit continuò re-
6 cipere Sacramenta, † præsumitur specialiter il-
lam dilexisse *arg. l. Legatis 63. §. si vnus versic.
in quo artificio &c. ff. de lega. 3. l. si seruus ple-
rium 53. §. vlt. ff. de lega 1. Card. Mant de
coniect. d. lib. 8. tit. 6. n. 6. versic. sed aduerten-
dum &c. in fin. Menoch. d. præsumpt. 114 n. 6.
Paul. Rub. in d. tract. de testam. cap. 68. n. 82.*

7 Secunda desumitur coniectura affectionis te-
statoris erga dictam Ecclesiam S. Ioannis Ba-
ptistæ ex eo, quod in ea voluit eius cadauer se-
peliri, vt in terminis tradit idem *Menoch. in d.
præsump. 114. num. 6.* & nouissimè *Paul. Rubc.
in d. quæst. 68. num. 91.*

8 Tertia est, quia in d. Ecclesia mandauit erigi
Capellam cum magna dote, & cum reserua-
tione iuris patronatus illius ad fauorem suorũ
hæredum, & suæ familiæ, quæ omnia magnam
ostendunt coniecturam affectionis testatoris
erga dictam Ecclesiam S. Io. Baptistæ, ad no-
tata per *Menoch. in d. præsump. 114. n. 6.*

9 Quarta desumitur coniectura ex legato nota-
bilis quantitatis pecuniarum per ipsum Testa-
torem relicto pro fabrica eiusdem Ecclesię Par-
rochialis, quod pariter demonstrat eiusdem
affectionem erga d. Ecclesiam ad not. per *Card.
Manti. de coniect. lib. 7. tit. 1. num. 39. Gratia.
discep. foren. cap. 611. num. 36. par. 4. & cap.
955. num. 36. par. 5.* quæ quidem coniecturæ
satis clarè ostendunt, testatorem sensisse, dicta
Anniuersaria celebranda fore in Ecclesia Paro-
chiali ab eo specialiter dilecta.

10 Hinc videmus, quod legatum licèt strictam
recipiat interpretationem, vt minùs noceat
hæredi *l. si ita sit scriptum 14. ff. de leg. 1. l.
nummis 73. ff. de lega. 3. Deci. cons. 46. num. 2.
Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 1. num. 30.*
11 *Rota decis. 239. num. 6. par. 7. rec.* † stantibus
tamen pluribus argumentis beneuolentiæ, &
affectionis, quam testator ostendit Legatario
in testamento, legatum uenit largè ad fauorem
Legatarij interpretandum, vt not. *Alcia. cons.
111. num. 10. lib. 9. Surd. cons. 446. num. 27.
vol. 4. Thesa. decis. 168. num. 7.* quos sequitur
Rota. d. decis. 239. num. 11. par. 7. rec.

12 Secundò moueor, quia præsumendum est, te-
statorem voluisse fieri per eius hæredes, quod
communiter fieri consueuit *cap. inspicimus in
obscuris 45. de reg. iur. in 6. Abb. d. cons. 99. n.*
13 *5.* † cum ambigua voluntas testatoris interpre-
tationem recipiat a consuetudine regionis *d. l.
si seruus plurium 53. §. item eacabos, & ibi glos.
ff. de fund. instr. & instru. lega.* cum alijs relatis
per *Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 8. num.
6. & seq.* & in terminis nostris *lib. 8. tit. 6. nu.
6. versic. item &c.*

Quod est regulare in qualibet dispositione, quod
recipiat declarationem a consuetudine, vt not.
*Abb. in cap. certificari 9. nu. 2. de sepult. Felin.
in cap. cum M. Ferrariensis 9. num. 6. & seq. de
constit. Dec. in l. semper in stipulationibus 34.
nu. 7. & seq. ff. de reg. iur. Card. Manti. de con-
iect. d. tit. 8. nu. 6. & de tacit. & amb. conuen.
lib. 3. tit. 9. per tot.* latè comprobans *Rot. in
Romana grani 13. Nouembris 1641. corā R. P. D.
Cerro versic. nec suffragatur &c.* sed sic est, quod
vt plurimum, & ferè ab omnibus suffragia mor-
tuorum fieri solent magis in Ecclesijs, in qui-
bus corpora defunctorum sunt sepulta, quàm
in alijs Ecclesijs, vt omnibus notissimum est,
ergò de dicta Ecclesia, in qua testator voluit
eius cadauer sepeliri, sensisse testatorem censen-
dum est quo ad celebrationem dictorum Anni-
uersariorum, vt etiam aduertit *Abb. in d. cons.
99. num. 5.* vbi alijs etiam medijs prædicta om-
nia confirmat.

14 Postremò id probatur arguendo ab absurdo
euitando ad tex. *in l. nam absurdum. 7. ff. de
aper. liber. & in l. fin. C. per quas perso. nob.
acq & in l. vni §. pro secundò C. de cadu. toll.*
cum aliis relatis *per Euerar. in sua cent. in loc.
ab absurdo in prin. et per Barbo. in loc. commun.
loc. 2. in prin.* sed sic est, quod non paruum se-
queretur absurdum, si Ecclesia Parochialis S.
Ioannis Baptistæ, in qua testator voluit sepeliri
eius cadauer, sentiret onus sepulturæ, & alia
Ecclesia sentiret commodum Anniuersariorum
celebrandorum per dictos hæredes, cum vbi est
onus, ibi debeat lucrum collocari *reg. qui sentit.
55. de reg. iur. in 6. l. secundùm naturam 10. ff.
de reg. iur.* & in terminis nostris aduertit *Card.
Manti. de coniect. lib. 8. tit. 6. sub n. 6.* meritò
dicendum est, dictum Thomam hæredem debe-
re celebrari facere Anniuersaria in dicta Eccle-
sia S. Io. Baptistæ, quæ sustinet onus sepulturæ
testatoris, & non in alia Ecclesia.

15 Hinc videmus, quod si aliquis testator relin-
quat, puta, centum Ecclesiæ, & non declaret
cuinam Ecclesiæ sint dicta scuta centum sol-
uenda, intelligitur illa legasse Ecclesiæ Paro-
chiali ratione affectionis, quam ad illam præ-
sumitur habuisse, vt tradunt *Ias. in l. non vtiq;
3. §. si quis insulam circa medium ff. de eo, quod
certo loc.* alios adducens antiquiores ita sentien-
tes *Abb. in cap. iudicante 4. num. 4. de testam.
Felin. in cap. fin. n. 49. de foro compet. Menoch.*
de præ-

de præsump. lib. 4. præsump. 114. *num.* 2. *Card. Manti. de coniect. d. lib.* 8. *tit.* 6. *sub n.* 6. *Pract. Archiep. Neap. cap.* 58. *num.* 15. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 20. *nu.* 122. *P. Dian.* post hæc scripta visus *in sum. in verbo Legatum num.* 9. *versic. nota hic &c. Barbo. de episc. alleg.* 82. *sub num.* 31. *versic. nonum &c. in addit. & de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 90. *& seq. Crass. de succeß.* §. *Legatum quæst.* 64. *n.* 4. *&* 5. vbi alios adducit, & testatur de communi opinione *Thesa. quæst. foren. lib.* 1. *quæst.* 65. *nu.* 2. *Paul. Rube. de testa. quæst.* 68. *num.* 65. *& seq.*

Neque obstat prætensa nullitas testamenti d. q. Petri testatoris ex eo, quia de illo non fit rogatus

16 Notarius, sed Parochus testatoris, † quia de iure Canonico testamentum factum corã Parocho, & duobus, vel tribus testibus est validũ, & legitimum *cap. cũ esses* 10. *& ibi not. omnes Canonistæ de testam.* & tradunt *Alex. cons.* 177. *n.* 2. *vol.* 2. vbi testatur de magis communi opinione *Clar. in* §. *testamentum quæst.* 57. *versic. sed quæro, & versic. seq.* qui pariter testatur de magis communi opinione *Card. Manti. de coniect. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 5. *Thob. Noni. cons.* 21. *num.* 4. *&* 9. *Rola. cons.* 33. *nu.* 41. *lib.* 3. vbi hanc dicit magis communem [illegible] opinionem, latè *Paitell. expedit. ciuil.* 9[illegible] *& ibi Adden. in prin. & expedit.* 92. *in prin. & ibi pariter Adden. in prin.* qui alios adducunt concordantes *Hond. cons.* 77. *nu.* 14. *vol.* 1. vbi de communi testatur, *& cons.* 26. *in prin. lib.* 2. *Crass. de succes.* §. *testamentum quæst.* 56. *num.* 3. vbi hanc opinionem dicit communem, & in practica seruari *P. Laima. in sua Theolog. Moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *cap.* 2. *nu.* 18. *Thoma. decis. March.* 247. *nu.* 2. *& seq. Paul. Rube. de testam. quæst.* 33. *num.* 1. *& pluribus seq. Rot. decis.* 126. *nu.* 26. *& decis.* 356. *num.* 9. *par.* 6. *& decis.* 115. *num.* 7. *par.* 7. *rec. et in Firmana codicillorum* 1. *Iulij* 1644. *coram* R. *P. D. Ghisilerio.*

17 Quæ dispositio *cap. cum esses* in terris Ecclesiæ in temporalibus subiectis habet locum, & obseruatur non solùm in testamento ad pias causas celebrato, sed etiam ad causas prophanas, vt not. *Io. Andr. Butri. Imol. & alij Canonistæ* & præcipuè *Couar. num.* 17. *in d. cap. cum esses* 10. *de testam.* vbi testatur de communi opinione, & vltra eos *Corn. cons.* 261. *n.* 30. *lib.* 4. *Rola. cons.* 33. *nu.* 42. *lib.* 3. *Hond. d. cons.* 77. *num.* 14. *& seq. vol.* 1. *& d. cons.* 26. *in prin. vol.* 2. *Paitell. d. expedit. ciuil.* 91. *nu.* 2. *& ibi Adden. in prin.* vbi dicunt dispositionem *d. cap. cum esses* in terris Ecclesiæ seruari in vtroque foro tàm Ecclesiastico, quàm sæculari, & in terris Imperij in foro Ecclesiastico tantùm, vt ibi per eos quàplures cumulantes Doct. authoritates, & idem tradit *expedit.* 92. *in prin. & ibi pariter Adden. in prin.* cum quo pertranseunt *Mascar.* *de prob. concl.* 1359. *num.* 27. *vol.* 3. & latè comprobat *Paul. Rub. d. quæst.* 33. *num.* 8. *& seq. & num.* 27. *& seq.* vbi opinionem *Fulgo.* contrarium sentientis improbabilem appellat, & firmauit expressè *Rot. in d. Firmana codicillorum* 1. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. Ghisilerio* §. *quod codicilli &c.* vbi extendit dispositionem *d. cap. cum esses* habere locum etiam in codicillis, vt ibi per eam.

18 Et dispositio *d. cap. cum esses* non solùm habet locum in terris Ecclesiæ in temporalibus immediatè subiectis, sed etiam in subiectis mediatè, videlicet in terris Principi sæculari quò ad temporalem iurisdictionem ab Ecclesia concessis, vt erant olim loca Status Vrbini Ferrariæ, & similia, & hodie Status Parmæ, & alia, vt declarant *Valasc. decis.* 74. *num.* 7. *par.* 1. *Bertaz. de claus. glos. a. clau.* 2. *num.* 12. *versic. fallit primò Thob. Noni. d. cons.* 21. *num.* 4. *& seq. Gabr. cons.* 21. *num.* 24. *vol.* 1. *Paitell. in annot.* 91. *num.* 7. *& expedit.* 92. *in prin. & ibi Adden. nu.* 1. *et seq.* plenè *Paul. Rub. de testam. d. quæst.* 33. *num.* 66. *& seq.*

Neque pariter obstare videtur, quod dictum testamentum non fuerit receptũ per Parochum Petri testatoris, qui eo tẽpore erat admodũ R. D. Seraphinus de Seraphinis de Cantiano Archipræsbiter Plebis S. Io. Baptistæ, vir quidem non minùs doctrina, quam vitæ integritate insignis, sed receptum fuerit per Reu. D. Marcum Antonium Bonfactum D. Archipræsbiteri nepo-

19 tem, qui non erat Parochus, † cum ad hoc vt sit locus dispositioni *d. cap. cum esses* debeat adesse proprius Parochus testatoris, & non sufficiat alius Præsbiter, etiam si esset Confessarius testatoris, cum dicta authoritas alteri demandari nequeat, *& in d. cap. cum esses* dicatur *coram Præsbitero suo &c.* qui intelligitur esse proprius Parochus, vt benè declarat *Guid. Pap. decis.* 543. *num.* 2. *Duran. de art. testan. tit.* 2. *caut.* 2. *sub n.* 3. *Magdal. de numer. testi. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 5. *Renat. Coppin. de Sacr. for. polit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. *Valasc. decis.* 74. *num.* 9. *par.* 1. vbi dicit coloratas esse rationes eorum, qui contrarium dixerunt, cum quo concordat *Borell. in sum. decis. tit.* 5. *ante n.* 6. *par.* 2. quos referunt, & sequuntur *Adden. ad Paitel. ad d. expedit. ciuil.* 91. *n.* 43. *Spinel. de testam. glos.* 31. *num.* 39. *Hond. cons.* 26. *num.* 2. *vol.* 2. benè *Paul. Rub. de testam. quæst.* 35. *num.* 158. qui alios modernos adducit, maximè cum dicta Decretalis sit correctoria iuris communis requirentis in testamentis numerum septem testium *l. hac consultissima* 2. *l. in testamentis* 26. *& l. fin. C. de testam.* & ideò non sit extendenda ad testamentum conditum coram alio Præsbitero, quàm coram proprio Parocho, vt dicitur etiã ex eodem contextu *d. cap. cum esses* a contrario sensu

sensu, vt aduertit *Hond. d. cons. 26. n. 2. vol. 2.* addo *Nonar. de priuil. miser. perso. prin. 129. num. 4.*

20 Quia respõdeo multipliciter, & primò quod supradicta opinio non est omninò tuta, cum non desint quamplures Doctores contrarium sentientes, quod in terminis *d. cap. cum esses* sufficiat, testamentum fieri coram simplici Confessario testatoris, inter quos fuerunt *Corn. cons. 261. num. 31. vol. 4. Paitel. d. expedit. ciuil. 91. nu. 9.* & videntur sentire *Crass. in d. §. testamentum quæst. 56. num. 3. in prin.* Magdal. *d. cap. 8. sub num. 5. & Rota in d. Firmana codicillorum 13. Nouembris 1645. coram R. P. D. Ghislerio §. tertia responsio &c.* quam opinionem non esse penitus spernendam, dixit *Paul. Rub. d. cap. 35. num. 158. in fin.*

Secundò quia, quicquid sit de dicta opinione, quarum prima est verior, & magis recepta per Doct. certum est D. Marcum Antonium Bonfactum, qui dictum testamentum recepit in absentia a Terra Cantiani D. Archipræsbiteri Seraphini Parochi testatoris fuisse in dicto tempore, & continuò Capellanum D. Archipræsbiteri, illique fuisse commissam omnem curam, & totalem administrationem Parochiæ, illumq; indistinctè omnibus Sacramenta quæcunque solitum fuisse administrare, & alia omnia ad Parochiam, & eius curam spectantia peragere

21 ac si fuisset illius Parochus, † ita vt ipse verè dici potuerit proprius Parochus testatoris, & testamentum per eum receptum dicatur receptum per proprium Parochũ, vt tradunt *Corn. cons. 18. sub num. 12. vol. 2. Durant. d. cant. 2. num. 2. Borell. d. tit. 5. num 4. & seq. par. 2. & tit. 20. num. 208. & seq. par. 3. Adden. ad Paitel. expedit. ciuil. 91. nu. 44. Hond. d. cons. 26. num. 2. vol. 2.* & latè comprobat *Thomat. decis. Mareb. 247. num. 23. & seq. Paul. Rub. de testa. cap. 35. nu. 149.* post hæc scripta visi.

Tertiò respondeo, quod in d. testamento interuenerunt, vltra Reu. D. Marcum Antonium, tres alii testes, & sic testamentum factum fuit corã

22 quatuor testibus, † quo casu de iure canonico testamentum valet, & sufficit illud probari per quatuor testes, vt fuit probatum in casu, de quo agitur, vt infra dicam, cum d. numero quatuor testium testamentum, vt dixi, est validum, & legitimum, etiam sine Parocho, cum duo testes suppleant præsentiam, & vicem Parochi, vt tradunt *Deci. cons. 284. num. 7. Rolan. cons. 33. num. 41. vol. 3. Durant. d. cant. 2. num. 4. Couar. in d. cap. cum esses num. 13. Ceph. cons. 776. n. 20. lib. 5. Mascar. de prob. concl. 1359. nu. 28. vol. 3. Crass. in d. §. testamentum quæst. 56. sub num. 4. Card. Manti. de coniect. lib. 2. tit. 14. num. 5. Clar. in d. §. testamentum quæst. 57. num. 3.* vbi restatur de magis communi opinione *P. Laiman d. sect. 5. tract. 5. cap. 2. num. 18. in fin. Hond. d. cons. 77. nu. 16. lib. 1.* quamplures adducens Doctorum authoritates, & attestans de communi opinione, quibus addo ita sentientes *D. Andreol. contro. 61. in prin. & Thoma. decis. March. 247. num. 6. & seq.* latè comprobans *Paul. Rub. de testam. d. quæst. 35. num. 124. & seq. Rota decis. 459. n. 15. par. 5. rec. tom. 2.* ex quibus apparet manifestè, hanc esse magis communem Doct. opinionem.

23 Neque vllũ potest fieri fundamentũ in eo, quod in omnem casum dictum testamentum probari non dicatur ex scriptura facta per Reu. Dominum Marcum Antonium, qui dictum testamentum recepit, cum ipse non sit Notarius, neque persona publica, sed priuata, & ideò dicta scriptura testamenti, vti priuata, & non publica, nec authentica, ipsum testamentum non probet, vt sentiunt *Capra cons. 57. num. 3. & seq. Duran. de art. test. tit. 2. caut. 7. nu. 1. Conar. pract. quæst. cap. 19. num. 8. versi. quod si Sacerdos &c. Hond. d. cons. 26. num. 8. vol. 2. Deci. cons. 120. in prin.* Præsbiter enim non habet authoritatem Tabellionis, etiam si scriberet testamentum ad [illegible]usas, & ideò eius scriptura, vti priuata, nullam fidem facit, vt aduertit *Paitell. d. expedit. ciuil. 92. num. 12.* alios adducens.

Quia respondetur, quod dictum testamentum ad instantiam hæredum in eo institutorum seruatis de iure seruandis insinuatum fuit coram Iudice, & fuerunt examinati Reu. Dominus Marcus Antonius, & alij testes in eo descripti, qui benè deposuerunt de toto tenore testamenti, & illud declaratum fuit per Iudicem fuisse ritè, & rectè factum, & de eo legitimè constare, ac si fuisset per publicum Notarium receptum, vt constat ex

24 actis in iudicio productis, † & sic cessat dictum obiectum, vt not. *Capra d. cons. 57. n. 3. & seq. Dilect. d. caut. 7. nu. 1. Rolan. cons. 36. num. 9. & seq. vol. 1. Eugen. cons. 25. n. 14. lib. 1. Paitel. d. expedit. ciuil. 91. num. 10. & ibi Adden. & expedit. 92. n. 3. & 4. & seq. Hond. d. cons. 77. nu. 17. lib. 1. & d. cons. 26. num. 7. vol. 2. & D. Andreol. d. contro. 61. nu. 7. & Rota in d. Firmana Codicillorum post princ.*

25 Neque venit omittendum, quod ex dicta productione testamenti in iudicio facta per dictos hæredes institutos, cum instantia, illud insinuari mandari, & ritè, & rectè factum declarari, & ex acceptatione hereditatis dicti testatoris facta vigore d. testamenti, vt patet præcipuè ex instrumento transactionis inter ipsos hæredes celebrato super dicta hereditate, de quo in actis, dici videtur dictum testamentum

mentum fuisse per eos in omnibus acceptatum *Crau. consf. 204. num. 13. & seq. Paris. cons. 68. num. 23. vol. 3. Thomat. decis. March. 68. num. 103. Rota decis. 249. nu. 6. & decis. 419.*
26 *num. 5. part. 1. recen.*; † ita vt de illius nul-
litate amplius dicere non valeant *Crau. cons. 204. num. 13. & seq.* latè *Thoma. d. decis. 68. numer. 99.* alios adducens ita sentientes *Rot. decis. 337. num. 8. in fin. par. 1. & decis. 276. numer. 4. versic. accedat prædictis &c. part. 2. recen.*

Maximè stante dicta sententia, in qua fuit declaratum, testamentum, de quo agitur, fuisse ritè, & rectè factum, & illud esse validum, vt
27 supra, † quæ dicitur facere de albo nigrum *Surd. decis. 170. num. 15.* latè idem *Surd. cons. 61. num. 2. & seq. vol. 1. Rot. decis. 61. num. 4. part. 6. recen.* & facit ius inter partes *l. ingenium 25. ff. de stat. homi. l. res iudicata 208. ff. de reg. iur. Surd. dict. cons. 61. num. 2. & seq.* latè comprobans *decis. 261. num. 27. Rot. dict. decis. 60. num. 4. & seq.* & eò magis cum transierit in iudicatum, eo quia ab ipsis hæredibus non fuerit ab ea appellatum, vel
28 ad eorum fauorem lata, † vndè dicuntur il-
lam acceptasse cum omnibus suis qualitatibus *l. 1. & ibi glos. in verbo obtempera C. de postul. l. 1. C. si sep. in integ. rest. post Rot. decis. 232. numer. 5. part. 4. recent. & in Bononien. fideicommissi de Bologninis 27. Nouembris 1641. coram R. P. D. Carillo, & decis. 31. in fin. & decis. 113. num. 5. apud Merli. de pigno.*

29 Addo prædictis, quod eò magis supradicta locum habere debent, cum in dubio Iudex declarare debeat, testamentum esse legitimum, cum illud sit fauorabile *l. in testamentis 12. ff. de reg. iur. Card. Mantic. de coniectu. lib. 2. tit. 15. num. 1. & post Rip. Neuiza. Tiraquel. Menoch.* Rauden. & alios per eum adductos scribit *Houd. dict. cons. 77. in fin. lib. 1.* & post *Ias. Curt. Iun. Bertaz. Heurien. Prucman. Sexti. Surd. Rub. Vtinen.* & alios per eum relatos scribit *Ciriac. controu. 407. num. 126.* non solùm
30 ex communi regula, † quod Iudex in dubio
debet iudicare pro validitate actus *leg. quoties 13. ff. de reb. dub. cap si Papa 10. de priuil. in 6. Crauett. cons. 222. num. 6.* Rota *apud Zacchi. de societ. decis. 60. in prin.*

Sed etiam, quia publicè interest, ne testamenta reddantur inualida *Cephal. cons. 512. num. 5. lib. 4. Surd. cons. 414. num. 102. vol. 4. Thoma. d. decis. 68. num. 107. Ciriac. contro. 205. nu. 177. & seq. & d. contro. 407. num. 127.* alios quamplures adducens concordantes, quod quidem sit dictum ex abundanti, cum clarissimè constaret ex supradictis de validitate dicti testamenti.

Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit ad fauorem D. Archipresbyteri, quæ sententia cum in gradu appellationis fuisset reuocata, causa ad Curiam per appellationem deuoluta, confirmata fuit prima sententia ad fauorem D. Archipresbyteri, & reuocata sententia Iudicis appellationis per R. P. D. Locumtenentem Illustrissimi D. A. C. post quam dict. Thomas, agnoscendo malum ius fouere, paruit sententiæ, & Anniuersaria fieri curauit in Ecclesia Parochiali S. Io. Baptistæ hodiè Collegiata. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Fundus, super quo est impositus census, si legatus sit per testatorem, quis teneatur soluere fructus, & liberare dictum fundum hæres, siuè legatarius, & quid si sit legatus personæ coniunctæ, vel piæ causæ. Legatum factum personæ coniunctæ an sit latè interpretandum. Res quãdo transeat cum onere suo. Et testator quãdo præsumatur legare tantùm ius, quod habet in re. Hæres quando teneatur liberare rem obligatam legatam per testatorem.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres tenetur liberare fundum censuatum legatum per testatorem scienter ab onere census superimposito.*

Quicquid contrarium teneant aliqui Doct. ibi num. 2.

3 *Hæres tenetur liberare rem obligatam per testatorẽ legatam scienter ab onere superimposito.*

4 *Ignorantia non cadit in facto proprio.*

5 *Census submissio est onus hæreditarium.*

6 *Hæres tenetur soluere onera hæreditaria.*

7 Res *transit cum onere suo.*

Procedit in onere, quod respicit dominium, & substantiam rei intrinsecè, & quod non fundatur in debito pecuniario. num. 8.

Item procedit, quando quæstio est inter censuarium, & possessorem rei, non autem si sit inter hæredem, & legatarium possessorem. nu. 9.

10 *Testator in dubio censetur legare tantùm ius, quod habet in re.*

Declaratur dicta regula. num 11.

12 Achil. Pedroc. in cons. 2. num. 160 *declaratur, & reijcitur.*

13 *Actionis hypotecariæ natura est pro pauco debito rem magni valoris auocare.*

14 *Actio hypotecaria competit domino census*

contra bona censu onerata.

15 *Legatum relictum cum suis iuribus, & pertinentijs transit in legatarium cum omnibus suis oneribus.*

16 *Rota Romana quando aliquam conclusionem firmauit, non est vlterius de illa dubitandum.*

17 *Rota Romana facit communem opinionem.*

18 *Legatum rei obligatæ si sit factum personæ coniunctæ, hæres tenetur rē legatā omninò liberare.*

19 *Legatum factum personæ coniunctæ latā ad eius fauorem admittit interpretationem.*

Licèt contrarium sentiant Doct. relati. n.22.

20 *Testator in re legata magis præsumitur dilexisse legatarium, quàm hæredem.*

21 *Legatarius in re legata dicitur quodammodo hæres.*

23 *Legatum rei obligatæ si sit factum piæ causæ, hæres tenetur illud ab onere superimposito liberare.*

24 *Legatum factū ad pias causas largè est interpretandum.*

25 *Disposita in materia legatorum ad fauorem coniunctorum habent locum in pia causa.*

26 *Legatum rei obligatæ est præstandum, & liberandum ab onere per hæredem, si aliàs illud esset inutile legatario.*

Licèt aliqui Doct. contrarium teneant n.27.

28 *Actus vt valeat, receditur à regulis iuris.*

ALLEGATIO LXIX.



Llustrissime, & Reuerendissime Domine. Magister Benedictus Serudlus de Cantiano in suo vltimo, sub quo decessit, testamēto reliquit iure legati Magistro Frācisco Seruolo eius ex fratre nepoti medietatē arbusti siti in Curia Cantiani in vocabulo l'Aia de Paruccini iuxtà sua notissima latera, instituto hærede vniuersali Magistro Bartholomæo Seruolo pariter ex fratre nepote ipsius testatoris, quod quidem arbustum cum reperiretur grauatum onere cuiusdam census super eo impositi per ipsum quondam Magistrum Benedictum testatorem ad fauorem N. de Ciuitate Calli, à quo Magister Franciscus legatarius modò vrgetur ad solutionem fructuum illius, ideò ipse legatarius prætendit cogere Magistrum Bartholomæum hæredem ad liberandū medietatem prædictam arbusti ei legatam ab onere census desuper impositi, & ad soluendum fructus illius, hæres verò prætendit ad prædicta cogi non posse.

In quo articulo, quem difficilem appellat *Rota*

1 *apud Cenc. de cens. decis. 522. in prin.* ego sentio, prætensionem Magistri Francisci legatarij iuri consonam esse, & Magistrū Bartholomæum hæredem teneri, & obligatum esse ad liberandum medietatem arbusti legati ab onere census super eo impositi iuxtà dispositionem tex. *in l. si res obligata 60. ff. de lega. 1.* vbi habetur, quòd quando testator scit (vt in casu nostro) in quo ipsemet testator censum imposuit) rem ab eo legatam esse hypothecatam alteri, hæredem teneri indistinctè illam liberare à dicto onere, per quem *tex.* ita tenuerunt *Menoch. cons. 997. num. 10. & seq. & cons. 1009. per totum Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 1. n. 6.* qui alios adducit, & dicit, Senatū Parisiensem ita iudicasse. *Costa de portio. & rata quæst. 72. num. 1. & seq. Ceuall. in suis commu. contrà comm. quæst. 747. num. 23. & seq. Felicia. de cens. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. vers. & apud me &c. & lib. 3. cap. vlt. num. 4. Gratia. discep. foren. cap. 955. num. 23. & seq. par. 5. Cenc. de cens. quæst. 79. nu. 16.* vbi hanc opinionem dicit esse de iure veriorē, & illam à cōtrarijs tuetur, & ibi *D. Paul. Rannc. Aduoc. Rom. num. 21. 22. & seq.* d. opinionem latè comprobans, *Caucer. var. resol. par. 3. cap. 20. num. 1. & 2.* dicens, ita consuluisse *Geri. Spin. cons. 19. n. 39. Merli. de pigno. lib. 4. quæst. 157. nu. 1. & 2.* & in hanc partem inclinat *Rota apud Cenc. de cens. decis. 517. n. 4. & nu. 11.* & expresse firmat eadem *Rota in Romana pecuniaria, seu census 26. Februar. 1635. coram R. P. D. Ghisilerio per tot.* latè comprobans, licèt dictam quæstionem ex coniecturis esse decidendam dixerit prius eadem *Rot. apud Cenc. de cens. decis. 473. nu. 1. & decis. 522. n. 1.* ita vt dicta opinio dici rectè possit cōmuniter recepta per Doct. quam tenet etiā *Donat. Ant. de Martin. quotid. quæst. cap. 12. num. 2. lib. 1.*

2 Quicquid contrarium senserit idem *Gratian.* sibi contrarius *discep. foren. cap. 611. num. 1. & seq. par. 4.* & ante eum *Papien. in forma libel. pro lega. rei singul. in prin. num. 17.* & quo ad vsufructuarium, cui legatus fuit iure vsusfructus fundus oneri census grauatus *Pedroch. cons. 2. num. 42. & seq. Castrill. de vsufr. cap. 57. n. 14. et alij relati per Cenc. dict. quæst. 79. in prin. & Calui. de æquit. cap. 145. num. 1.* contrà quos adest verior, & communis Doct. opinio, de qua supra.

3 Ratio autem est manifesta, quia hæres tenetur liberare rem legatam ab onere hypothecæ, & obligationis, quando testator sciebat, rem esse obligatam §. *sed et si rem, et ibi Io. Oinot. in prin. Inst. de lega. d. l. si res obligata 60. ff. de lega. 1. l. licèt 15. ff. de dot. præleg. l. prædia 6. C. de fideicom. l. qui post. 3. C. de lega.* & tradunt *Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 12. numer. 39. et seq. Crass. de success. §. legatum quæst. 15. nu. 1. Gratia. d. cap. 955. num. 23. et seq. et cap. 986. num. 9. part. 5. Cenc. in d. quæst. 79. num. 20. Mangil. de euict. quæst. 64. num. 10. Merli. in d. quæst.*

quaest. 157. *in prin. Ciriac. contro.* 545. *nu.* 35. *Rota in d. Romana pecuniaria, seù census §. principalis ratio &c. Donat. Ant. de Marin. vbi supra.*

De scientia autem magistri Benedicti testatoris in casu nostro apparet, vt dixi, quia ipsemet censum imposuit super arbusto legato, & quem effectum fatetur, quod agatur de facto proprio, ita vt cesset omnis ignorantiæ præsumptio *Ias. in l. cum alienam* 10. *num.* 7. *C. de lega. Menoch. d. cons.* 997. *nu.* 12. *& d. cons.* 1009. *n.* 8. *vers. cum hic testator &c. Gratia. d. cap.* 955. *nu.* 45. *& seq.* benè *Rota in d. Romana pecuniaria*, *seù census* §. *de scientia autem &c.* alios adducens, *& decis.* 297. *nu.* 18. *par.* 8. *rec.* post hæc scripta visa.

5 Et eò magis prædictis locus esse debet, cum census submissio sit onus hæreditarium *Boer. decis.* 66. *post prin. Costa de portio. & rata quaest.* 72. *in prin. & cons.* 9. *nu* 1. *& seq. Cene. de cens. d. quaest.* 79. *nu.* 7. vbi dicit, quod licèt in contractu census adsit obligatio tàm personalis quàm realis, tamen magis attenditur obligatio personalis, quæ non sequitur rem, sed datur contra hæredem, vt ibi per eum, & idem scribit *D. Paul. Ranuc. relatus per Cenc. in d. art.* 79. *num.* 43. *&* 44. & ante eum dixit *Viui. decis.* 333. *num.* 2. *lib.* 2. vndè nec mirùm, si per hæredem illud sit subeundum *l. fin.* §. *enim igitur, & ibi not. Doct. C. de iur. delib. l. si cum dotem* 23. §. *transgrediamur in fin. & ibi not. Bart. Bald. Castr. Alex. Imol. Barbo. & alij communiter ff. solut. matr. Gratia. discep. foren. cap.* 204. *n.* 36. *par.* 2. *& cap.* 733. *n.* 15. *par.* 4. *& cap.* 981. *n.* 22. *par.* 5. *Ciriac. contro.* 5. *num.* 95. *& contro.* 347. *nu.* 14. in puncto *Felicia. de cens. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *Cene. de cens. d. quaest.* 79. *num.* 8. *&* 9. benèque declarat *Rota in d. Romana pecuniaria, seù census* §. *vndè sequitur. Romana.*

7 Neque obstat prædictis regula, quod res transit cum onere suo, & cum seruitute reali actiua, & passiua sibi imposita *l. fin. & ibi Ias. num.* 6. *ff. de noui. oper. nuncia. l. si conuenerit* 18. §. *si fundus ff. de pigno. actio. cap. ex literis* 5. *de pigno.* super qua se fundāt *Pedroch. d. cons.* 2. *& Gratia. d. cap.* 611. *num.* 2. contrarium tenentes, quia dicta regula habet locum in onere, quod respicit dominium, & substantiam rei intrinsecè, & illi inhæret, & est perpetuum, vt sunt tributa, collectæ, canones, & similia, & quod non fundatur in aliquo debito pecuniario, vt est pignus, hypotheca, & census, & ideò hæres satisfacit tradendo talem rem cum dicto onere, & seruitute, ac vitio rei, & non tenetur dictam rem liberare, secùs tamen est in censu, & obligatione consistente in debito pecuniario, cum huiusmodi hypotheca sit quoddam ius, & qualitas ipsius rei extrinseca consistens in pecunia, quam hæres potest remouere, soluendo debitū principale, & ideò, licèt debeatur propter rem, tamen, cum debeatur a persona, ad eum spectat onus liberandi a dicta obligatione, & rem legatam tradendi absque dicto onere census, qui personam obligari repræsentat *Auth. de iureiur. a morien. praest. in prin.* vt distinguit *Castren. in d. l. si res obligata* 60. *col.* 2. *in fin. versic. sed nunc oppono &c. ff. de lega.* 1. quem sequuntur *Costa in d. quaest.* 62. *num.* 3. *versic. non obstat quoq; etc. Aret. in* §. *sed et si rem num.* 1. *versic. et prædicta procedunt etc. Inst. de lega. Felicia. de cens. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *versic. libenter tamen etc. Ant. Gomez var. resol. d. cap.* 12. *sub num.* 39. *Cenc. d. quaest.* 79. *num.* 14. *Gratia. d. cap.* 955. *num.* 24. *et num.* 41. *et seq. D. Paul. Ranuc. apud Cene. d. quaest.* 79. *num.* 41. *et* 42. *et num.* 59 *et* 60. *et Rota in dicta Romana pecuniaria, seù census* §. *non obstat, quod census, etc.*

Neque nocet replicatio *Rotæ apud Cene. d. decis.* 517. *nu.* 12. quod dicta regula, quod res transit cum onere suo in possessorem, non fundatur in perpetuitate oneris, sed in iure ei cohærente, quia licèt dicta distinctio procedere possit quo ad regulam prædictam, quod res transit in possessorem cum onere suo, tamen in terminis casus nostri longè diuersi, an hæres teneatur liberare rem legatam ab onere, quod testator sciebat, benè intrat distinctio, an onus sit intrinsecum, & perpetuum, vel extrinsecum, quod hæres possit solutione tollere, quia in dicto secundo casu hæres tenetur liberare omnino rem legatam, vt tradunt *Ant. Gomez var. resol. d. cap.* 12. *num.* 39. *versic. sed nouiter, et subtiliter etc. Felicia. in d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *versic. libenter tamen etc. Menoch. d. cons.* 1009. *nu.* 8. *Costa d. quaest.* 72. *n.* 3. *et seq. Cenall. d. quaest.* 747. *num.* 23. *et seq. Gratia. d. cap.* 955. *num.* 26. *et seq. Cene. d. quaest.* 79. *num.* 13. benèq; declarat *D. Paul. Ranuc. apud Cenc. vbi supra num.* 41. *et* 42.

9 Secundò clarius, iudicio meo, respondeo, quod dicta regula, quod res transit cum onere suo, procedit, & habet locum, quando quæstio est inter dominum census, & possessorem fundi censuati, quia tunc benè vigore d. regulæ censuarius habet electionem agendi contra hæredem impositoris census, vel contrà legatarium possessorem fundi, secùs tamen est in casu nostro, in quo non contenditur inter censuarium, & legatarium, sed inter hæredem, & legatarium possessorem fundi, quisnam ex eis teneatur soluere fructus census, & rem legatam ab onere census liberare, quo casu intrat dispositio tex. *in d. l. si res obligata* 60. *ff. de lega.* 1. vt, data scientia oneris in testatore, vt in casu nostro, hæres teneatur rem legatam liberare ab onere census superimpositi, vt benè declarant *Felicia. de cens.*

de cens. d. cap. 1. num. 6. versic. & apud me &c.
D. Paul. Ranuc. apud Cenc. d. quæst. 79. n. 21. &
seq. & Rota in d. Romana pecuniaria, seù census
§. non obstat quod &c.
10 Neque obstat pariter, quod in dubio testator
censetur legare tantùm ius, quod habet in re le-
gata l. serui electione 5. §. fin. l. si domus 74. in
fin. l. si a substituto 47. ff. de lega. 1. cum aliis
11 relatis per Rot. in d. Romana pecuniaria, seù cen-
sus §. nec minùs aduersatur &c. ita vt hæres libe-
retur tradendo rem, qualis est l. seruo legato 72.
§. si fundus ff. de lega. 1. Ias. in d. l. si res obli-
gata 60. num. 4. & 5. ff. eod. tit. quia, omissa
responsione Geri. Spin. in d. cons. 19. num. 37.
id procedit, quando testator habet ius in re,
quod consistit in vero, & proprio dominio in
totum, vel in parte, quia illud tantùm videtur
legasse, & de eo solùm disposuisse, ita vt pars
rei, quæ erat aliena, non censeatur legata; aliud
tamen est, quando testator habet plenum, &
perfectùm dominium rei legatæ, quæ tamen
reperitur alteri obligata, & hypothecata, vt
in casu nostro, & nulla pars rei sibi deficit, nec
reperitur aliena, sed solùm testator est debitor
in pecunia, & in quantitate, pro qua rem il-
lam hypothecauit, quia tunc, si scienter illam le-
gauerit, tota res debetur, & tenetur hæres illam
rem liberare ab obligationibus, hypothecis, &
censibus superimpositis d. l. si res obligata 60.
& ibi not. Castren. Ias. & Doct. communiter ff.
de lega. 1. & tradunt Bart. in l. prædia 6. C. de
fideic. Bald. in l. cum alienam 10. num. 2. & 10.
C. de lega. & benè probant Ant. Gomez var. reso.
tom. 2. cap. 12. num. 39. versic. sed notabiliter
respondeo &c. Gratia. discep. foren. d. cap. 955.
num. 23. & seq. Costa de portio. & rat. d. quæst.
72. in prin. sub num. 1. Merli. de pigno. in d. lib.
4. quæst. 157. n. 3. Rota in dicta Rom. pecuniaria,
seù census 26. Februarij 1635. §. nec minùs ad-
uersatur &c.
12 Neque vim aliquam fieri posse videtur super
allegatis per Pedroc. d. cons. 2. num. 160. dum
volens euitare dispositionem d. l. si res obligata
cum concordantibus supra adductis, illam re-
stringit, vt habeat locum solummodò, quando
res legata in totum euincitur, secùs tamen, si
euincatur pro parte, dicens, id esse de intentio-
ne Bart. in l. si domus 74. §. de euictione num. 4.
versic. & hoc est verum &c. ff. de lega. 1. & not.
Ias. in l. serui electione 5. §. fin. num. 2. & in d.
l. si res obligata 60. num. 5. ff. de lega. 1. quasi
res legata per hypothecariam non possit auo-
cari in totum a legatario, vt ibi per eum, quia
Pedroc. ibi fallitur, malè applicando, rem cen-
13 sui obnoxiam legatam non posse euinci in totũ
per actionem hypothecariam, etiam pro par-
uo debito, cum id certè fieri posse, non sit am-
bigendum, ad tex. in l. quamdiù 6. & ibi not.
Doct. C. de distra. pigno. & not. Andr. Gail. pract.
obseru. lib. 2. obseru. 92. nu. 5. vbi dicit, actio-
nis hypothecariæ eam esse naturam, vt per eam
auocentur omnia bona, etiam si decuplo plus
debito valeant, Cenc. de cens. quæst. 79. num. 5.
& ibi D. Paul. Ranuc. num. 37. & seq. & quæst.
98. sub n. 45. Scapuc. de salua. lib. 2. quæst. 15.
num. 2. & seq. Capic. decis. 110. sub n. 6. Thom.
decis. March. 99. num. 59. D. Andreol. contro.
170. num. 3. vbi dicit, quod in hypotheca non
consideratur analogia valoris quo ad summam
crediti, cum possit auocari res hypothecata
longè pretiosior, quàm sit creditum, vt ibi per
eum, Rota apud Cenc. de cens. decis. 451. num.
8. & 9.
Et demonstratur etiam manifestè ex not. per Doct.
in d. l. si res obligata, vbi constituunt differentiã
inter ius, ex quo res non potest auocari in totũ,
puta, in seruitute, & inter ius hypothecæ, per
quam rem posse auocari in totum, expressè fa-
tentur, volentes hæredem testatoris scientis,
rem esse obligatam, teneri ad liberandum rem
legatam alteri obligatam, quando per hypo-
thecariam potest auocari in totum, vt in casu
nostro, vt not. Castr. in l. si res obligata 60. n.
8. & 9. Ias. nu. 5. & 6. Imol. in fin. versic. sed
certè &c. Alex. num. 30. & alij ff. de lega. 1.
idem Ias. in l. si domus 74. §. de euictione num.
27. ff. de lega. 1. Cenc. de cens. dicta quæst. 79.
nu. 5. vbi expressè reprobat Pedroc. vbi supra,
& benè declarat etiam D. Paul. Ranuc. relatus
per Cenc. d. quæst. 79. num. 36. & 37. & idem
dixit Rota in dicta Romana pecuniaria, seù cen-
sus d. §. non obstat etc. vbi subiungit, rem lega-
tam non posse auocari ob seruitutem super illa
impositam per rationem, de qua ibi per eum.
14 Hypothecariam autem actionem compete-
re domino census contra bona censu onerata,
in confesso est apud omnes, & admittit idem
Pedroc. d. cons. 2. num. 80. & probat Cenc. de
cens. d. quæst. 79. n. 5. & latius quæst 98. num. 3.
& ante eum scripserunt Bened. Boni. de cens. art.
57. nu. 88. versic. videamus scilicet etc. vbi di-
cit vereri circa hoc ridiculum esse, Feder. Marti.
de iure cens. cap. vlt. n. 104. & seq. & neminem
de hoc dubitare, dicit Ludo. de Auend. de
cens. Hispan. cap. 96. num. 6. & post eos adno-
tauit Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 93. num. 1.
& 4. & quæst. 94. nu. 28. Rot. decis. 211. nu. 5.
par. 5. rec.
Et eò magis prædictis locus esse debet, cũ medie-
tas dicti arbusti legata fuerit Magistro Francis-
co prædicto simpliciter, non autem legata fuit
cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, quo
casu rem legatam transire debere in legatarium
cum suis iuribus, tàm actiuis, quàm passiuis,
& ideò tunc onus liberãdi rem legatam ab one-
15 ribus, & hypothecis super impositis spectare
ad lega-

ad legatarium, non autem ad hæredem, scripserunt *Bursatt. cons.* 5. *num.* 6. *lib.* 1. *Pedroc. d. cons.* 2. *n.* 42. *et n.* 159. *Felicia. de cens. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *versic. cessaret autem etc. Menoch. d. cons.* 997. *num.* 43. *et* 44. *Cenc. de cens. d. quæst.* 79. *num.* 15. vbi dicit, hoc sinè difficultate procedere *Merli. de pigno. d. lib.* 4. *quæst.* 157. *num.* 4. *Rot. apud Cenc. de cens. decis.* 517. *nu.* 11. quæ est repetita *decis.* 143. *par.* 5. *recen. & in d. Romana pecuniaria, seù census supra adducta* §. *in hanc autem &c.*

Et licèt attentis iuribus, rationibus, & authoritatibus supradictis appareat euidenter, dictam opinionem pro legatario contra hæredem esse veriorem, & communem, maximè stante authoritate *Rotæ Romanæ*, de qua in dicta *Romana pecuniaria, seù census* 26. *Februarij* 1635. *coram R. P. D. Ghisilerio*, in qua expressè firmauit opinionem pro legatario, illam latè comprobando, & contrarijs respondendo, ita ut in posterum non videatur amplius de dicta opinione dubitandum, vt dicit *Corn. cons.* 16. *sub num.* 5. *lib.* 1. & post eum *Paul. Rub. in discursu ad studiosos inserto in* 7. *part. decisionum recent. num.* 241. *& seq.* latè comprobans, cum illius opinio dicatur omninò communis, vt post *Imol. Barba. Gomez Afflic. & alios per eum* relatos tradit *Lazar. de Blasph. quæst.* 13. *num.* 45. & post eum scripsit *Dominus meus Sperellus decis.* 121. *nu.* 26. quicquid aliàs de dicta opinione dubitauerit eadem *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 522. *in principio.*

In casu tamen, de quo agitur, videtur nos esse extra omnem difficultatem ex duobus, & primò quia legatum medietatis arbusti factum fuit Magistro Francisco nepoti ex fratre testatoris, & sic

18 personæ coniunctæ, quo casu omnes admittunt, hæredem obligatum esse ad liberandam rem legatam ab onere superimposito, cum in dicto casu præsumendum sit, testatorem voluisse, legatarium ei coniunctum legatū absq; vllo onere consequi debere, vt tradunt *Gomez var. resol. tom.* 1. *cap.* 12. *nu.* 39. *post prin. Crass. de succes.* §. *legatum quæst.* 15. *nu.* 1. *Gratia. discep. forens. cap.* 611. *num.* 7. alios adducens concordantes *par.* 4. *& d. cap.* 955. *nu.* 45. *& seq. par.* 5. vbi prædicta extendit etiā ad valdè amicum, *Cenc. de cens. d. quæst.* 79. *num.* 17. vbi hoc dicit transire absq; difficultate, vt ibi per eum, & ita ante eos cōcludunt communiter *glos. Bart. Ias. & alij in d. l. si res obligata* 60. *ff. de lega* 1. quibus addo ita sentientes *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsūp.* 116. *num.* 15. *Mangil de euict. quæst.* 63. *nu.* 20. *& seq. Costa de scien. & ignor. cent.* 1. *destin.* 66. *nu.* 2. *Card. Manti. de coniect. lib.* 9. *tit.* 10. *n.* 4. *Calui. de æquit. cap.* 145. *n.* 10. *& seq.* extendens, pariter ad valdè amicum, *& Ciriac. contro.* 412. *num.* 38. itaut hæc opinio iure optimo dici valeat communiter recepta per Doct.

Ex affectione enim, quam præsumitur testatorem habuisse erga coniunctum, ei relinquendo fundum censui obnoxiū, verisimilis desumitur coniectura, vt dixi, quod testator voluerit ei fundum liberum legare, & ab omni onere immunem, itaut hæres illum liberare teneatur, vt not. *Bald. in l. prædia* 6. *num.* 3. *C. de fideic. Crass. in d. quæst.* 15. *in prin. Gomez, Costa, Card. Manti. Menoch. & Mangil. in loc. supra cit.* & declarant *Gratia. in d. cap.* 611. *nu.* 7. *& seq. Cenc. in d. quæst.* 79. *num.* 17. *& seq. & Gert. Spin. d. cons.* 19. *num.* 37.

19 Maximè, cum in legatis factis coniunctæ personæ interpretatio sumenda sit; quæ fauet legatario *Crauet. cons.* 297. *nu.* 1. alios adducens *Caroc. decis. seù casu* 56. *num.* 13. alios pariter cumulans sectatores, *Ceph. cons.* 144. *nu.* 24. *vol.* 2. plures pariter adducens concordantes *Rolan. cons.* 16. *num.* 38. *& seq. vol.* 3. vbi hoc benè comprobat, *Card. Manti.* latè hoc defendens, & comprobans *de coniect. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 23. *& seq. Surd. decis.* 88. *n.* 17. *& cons.* 72. *in fin.* vbi alios perplures laudat, & dicit habere locum, etiam si hæres sit æquè coniunctus, *lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 70. *n.* 6. *par.* 1. vbi hanc dicit veriorem opinionem, & *d. cap.* 611. *num.* 17. *& seq. & num.* 37 *par.* 4. *Peregr. decis. Pataui.* 61. *num.* 7. *idem Surd. in in tract. de alim. tit.* 8. *priuil.* 27. *num.* 5. latè comprobans, *Morot. cons.* 2. *num.* 17. *& cons.* 98. *nu.* 37. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 99. *nu.* 15. *& cons.* 140. *nu.* 11. *vol.* 2. latè *Adden. ad Rot. decis.* 636. *num.* 65. *par.* 4. *rec. tom.* 3. quamplures adducens Rotæ decisiones *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 29. *& seq.* vbi hoc dicit procedere, etiam si hæres institutus sit magis dilectus, vt ibi per eum videndum, & idem voluit *Barz. decis.* 12. *n.* 33. *& Dominus meus Sperellus decis.* 176. *num.* 73. *& seq.* vbi pariter hanc conclusionem dicit habere locum, etiam si hæres sit æquè coniunctus *par.* 2. *Calui. d. cap.* 145. *num.* 20. *& seq. Rot. decis.* 309. *nu.* 13. *par.* 1. *rec.* vbi videtur sentire, hoc habere locum, etiam si hæres sit pariter coniunctus, & *decis.* 265. *in fin. & decis.* 337. *num.* 7. *ead. par.* 1. *recen. & decis.* 680. *num.* 5. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *et decis.* 239. *num.* 10. *par.* 7. *recen. & in Romana legati* 24. *Ianuarij* 1642. *coram R. P. D. Royas* §. *prima desumpta &c.* ibi *versamur in legato facto coniunctæ personæ dilectæ testatori, vndè latè debet interpretari etc.*

20 Cum testator in re legata magis videatur diligere legatarium, quàm hæredē arg. §. 1. *vers. et in summa Inst. de donat.* quem tex. ad hunc propositum ponderat *Card. Manti. de coniect. lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 39. & declarat *Caroc. d. decis. seù casu* 56. *n.* 15. *Rube. de testam. in prælud. n.* 95. *et Gratia.*

& Gratia. discep. foren. cap. 611. num. 36. par. 4. & cap. 955. nu. 36. par. 5. vndè in re legata legatarius quodammodo hæres appellatur l. id tempus 14. §. in re legata in fin. ff. de vsucap. & docet Card. Manti. d. num. 39. et dixit Rota decis. 261. nu. 2. par. 1. recen. et Ciriac. contro. 490. num. 13. alios aducens scriptores, addo Caluin. post hęc scripta visum d. cap. 145. num. 20.

22 Quicquid contrarium, quod imò legatum non admittat latam interpretationem, etiam si sit factum coniunctæ personæ, tueatur Hond. cons. 63. nu. 48. et seq. vol. 1. et cons. 57. num. 37. et seq. vol. 2. alios adducens, maximè quando hæres institutus est æquè, vel magis coniunctus, vt ibi per eum Mangil. de euict. quæst. 63. num. 25. alios referens, Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 106. n. 18. et Surd. cons. 112. num. 77. vol. 1. qui tamen dubitatiuè loquitur ibi num. 78. vers. ad hæc enim etc. contra quos insurgunt Card. Manti. Gratia. et Rota Rom. in locis supra adductis.

23 Quæ omnia habent etiam locum, quando fundus censitus legatus fuit ad piam causam, puta, pro Missis celebrandis, pro anima testatoris, pro maritandis puellis pauperibus, vel pro aliqua alia pia causa, quia tunc pariter cõiectura sumenda est, quod testator voluerit, fundum liberum legare Ecclesiæ, itaut onus census super illo impositum spectet ad hæredem, qui propterea tenebitur illum fundum ab onere dicti census liberare, vt tradunt Gratia. discep. foren. d. cap. 611. nu. 7. et seq. par. 4. optimè comprobans, & contrariis respondens, & d. cap. 955. num. 34. et seq. par. 5. Cenc. de cens. d. quæst. 79. num. 17. et 18. latè Calui. d. cap. 145. num. 9. et seq. & sentit Rota in d. Romana pecuniaria, seu census §. in hanc autem etc.

24 Cum etiam legatum ad pias causas sit largè interpretandum Abb. in cap. indicante 4. nu. 6. de testam. Roma. sing. 521. vbi Adden. alios recensens, cum aliis relatis per Surd. d. decis. 298. num. 10. et in tract. de alim. tit. 2. quæst. 10. nu. 17. et tit. 8. priuil. 25. n. 6. Gratia. d. cap. 611. n. 15. & benè, longèq; comprobat Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 3. nu. 35. et seq. vbi alios adducit, contrariis respondet, & testatur de communi opinione, & post eum Balth. Tomas. in suis tract. diuer. Decad. 1. de priuil. piæ causæ tract. 10. tit. 2. num. 302. et num. 200. alios cumulans ita sentientes Ciriac. contro. 340. n. 41. et 42. et Calui. d. cap. 145. num. 16.

25 Et cum omnia disposita in ista materia ad fauorem cõiunctorum habeant etiam locum in pia causa, & in legato relicto Ecclesiæ, & pro anima, vt latè tuetur Gratia. d. cap. 611. n. 10. et seq. vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem, cum qua transeunt etiam Tiraq. de priuil. piæ cau. priuil. 66. per tot. Card. Manti. de coniect. lib. 9. tit. 10. n. 4. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 116. n. 30. Cenc. de cens. quæst. 79. n. 17. & seq. Crass. de success. §. legatum quæst. 14. num. 5. & post quãplures ab eo adductos tradit Balth. Thomas. in d. tract. 10. de priuil. piæ causæ tit. 2. num. 149. & idem Gratia. d. cap. 955. num. 34. cum pluribus seq. vbi hanc dicit veriorem opinionem, & quod contraria opinio est reprobata, vt ibi per eum, cum anima sit magis coniuncta omnibus consanguineis, & amicis l. sancimus 18. C. de Sacros. Eccles. Tiraq. d. priuil. 66. in fin. Deus enim est Pater noster, & Ecclesia Mater nostra cap. qui abstulerit 12. quæst. 2. cap. si quis irascitur 13. quæst. 2. cum aliis relatis per Gratia. d. cap. 611. nu. 10. & seq. & per Calui. vbi supra.

Secundò eò magis hæres tenetur liberare medietatem arbusti legatam ab onere census super eo impositi, quia cum medietas ipsius arbusti legati sit parui valoris, & census super illo impositus sit florenorum octo pro singulo anno soluendorum, ita vt si legatarius illos soluere cogeretur, dictum legatum esser ei ferè nullius, seu modicæ vtilitatis, quo casu indubium est ex coniectura mente testatoris, onus impositum super re legata spectare ad hæredem institutũ, non autem ad legatarium tex. est in l. qui concubinam 29. §. qui hortos & ibi glos. ff. de lega. 3. vbi testator, qui hortos concubinæ ad quinquennium relinquendo vsumfructum hortorũ alicui, videtur voluisse, quod hæres soluat pensionem, & legatarius fructus illorum percipiat, quia aliàs legatum esset inutile, si solueret pensionem secundùm glos. ibi, & scripserunt Bart. in l. his verbis 100. §. idem testator. ff. de lega. 3. Ias. in l. si res obligata 60. num. 9. & seq. ff. de lega. 1. Menoch. d. cons. 997. num. 22. & in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 106. num. 14. Ant. Gomez in d. tom. 1. cap. 12. sub num. 39. Felicia. de cens. d. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. vers. verùm hæc limitatio &c. Surd. cons. 493. sub num. 6. vol. 4. & decis. 28. num. 8. Crass. in d. §. legatum. quæst. 15. num. 2. in fin. vbi dicit, hanc opinionem veriorem, magis communem, & in praxi seruatam, Gratia. discep. foren. cap. 986. nu. 12. par. 5. vbi dicit, hanc opinionem esse magis receptam, Cenc. de cens. dicta quæst. 79. num. 3. in fin. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 20. num. 2. & 3. vbi alios adducit ita sentientes, & dicit, hanc esse communem Doct. opinionem, & secundùm illam ipsum consuluisse, Mangil. de euict. quæst. 64. num. 14. vbi dicit, hoc habere locum siuè testator sciuerit, siuè ignorauerit Merli. de pigno. lib. 4. quæst. 157. num. 4. versic. præterea dictam opinionem &c. Calui. d. cap. 145. num. 18. & 19. & in fortioribus

ribus terminis scripsit *Rube. ad decis. 636. par. 4. recen. tom. 3. num. 62. & 63. & 67.* alios adducens Rota *apud Cenc. de censf. d. decis. 473. num. 2. & decis. 517. num. 10. & decis. 522. n. 2. in fin. & in dicta Romanen pecuniaria*, seu *censu* §. *vrget ad hoc etiam &c.*

27 Quicquid contrarium voluerint *Castr. Alex. Soc. Negus. & Vasq. relati per Crass. in d. §. legatum quaest. 15. nu. 2.* contra quos adest verior, communior, & practicata opinio, de qua supra.

28 Ad hoc enim, vt actus valeat receditur a regulis iuris, vt per tex. *in d. l. concubinam 29. §. qui hortos & ibi glos. ff. de legn.* 3. in terminis nostris scripserunt *Gerar. de Petra Sancta singul. 35. n. 3. & Rube in addit ad d. decis. 636. par. 4. rec. tom. 3. n. 64.* & legatum ita factum esse intelligendum sic, vt potius valeat, quàm non *Capra cons. 146. num. 10. Merli. Pignatell. contro. foren. cent. 2. cap. 82. num. 19.*

Quare &c. Salno &c.

Secundùm praedicta ad fauorem legatarij fuit indicatum per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Gasparem Mattheum tunc Vrbini Prolegatum in dicta Ciuitate Vrbini de anno 1636. per. actu vnius ex Cancellarijs Audientiae, & ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deiparae &c.

A R G V M E N T V M.

Amita an praeferatur quò ad successionem nepotis fratribus consobrinis eiusdem, filiatio, & consanguinitas quomodo probetur maximè in antiquis. Statutum exclusiuum foeminarum excludens ab haereditate vnius an excludat etiam ab haereditate alterius in statuto non nominati. Statutum iuris communis correctorium, licèt fauorabile, an extendendum sit ex identitate rationis de persona ad personam. Statutum circa successionem an habeat locum in haereditate clerici, agens ad exclusionem foeminae dotatę vigore statuti an teneatur probare illius dotationem.

S V M M A R I V M.

1 *Proximior in gradu remotiorem excludit.*

2 *Proximior in gradu quo ad successionem habet intentionem fundatam.*

Et dicitur habere pro se tacitam voluntatem defuncti. num. 3.

4 *Filiatio dicitur probata ex eo, quod quis fuit vti filius educatus, & tractatus a parentibus.*

5 *Filiatio probatur ex coniecturis cum sit difficilis probationis.*

Et ex leuioribus probationibus etiam ad effectum succedendi. num. 6.

7 *Filiatio in antiquis probatur ex communi reputatione, & ex sola fama.*

8 *Filiatio saltem ex parte patris dicitur esse difficilis probationis.*

9 *Consanguinitas probatur ex eo, quod pro tali quis fuerit nominatus, habitus, & tractatus.*

[illegible]atio probatur ex libro Baptismi vunctis adminiculis.

[illegible] nita est in tertio gradu consanguinitatis coniuncta nepoti.

12 *[F]ratres consobrini sunt in quarto gradu consanguinitatis.*

13 *Statutum excludens ab haereditate vnius non censetur excludere ab haereditate alterius, in eo non nominati.*

14 *Statutum exclusiuum censetur solùm excludere ab haereditate nominatorum in eo.*

15 *Casus a statuto omissus remanere debet in dispositione iuris communis.*

16 *Statutum tantùm disponit quantùm loquitur, & non vltra.*

17 *Statutum exclusiuum foeminarum habet tantùm locum in casibus in eo formaliter expressis.*

18 *Statuti casus cessat in casu, in quo non loquitur.*

19 *Statutum exclusiuum foeminarum vti correctorium iuris communis est strictè interpretandum.*

20 *Statutum exclusiuum foeminarum non est extendendum de persona ad personam neq; ex ratione in eo expressa.*

Cum in dicto statuto non fiat extensio ex identitate rationis, sed requiratur maioritas. n. 21.

22 *Agnationis conseruandae ratio in statuto censetur restricta ad causas, & personas in eo expressas.*

23 *Verbum supradicti est restrictiuũ ad nominatos.*

Et restringitur ad personas tantùm, qui in dispositione legi possunt. num. 24.

25 *Bona paterna post immixtionem desinunt esse talia, & dicuntur bona filij.*

26 *Statutum exclusiuum foeminarum non habet locũ, quando remotior venit ad exclusionem proximiorum.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 27.

28 *Statutum circa successionem non habet locum in haereditate Clerici.*

Quicquid contrarium teneant aliqui nn. 31.

29 *Statutum non comprachendit, quod in specie statui, & disponi a statuentibus non potest.*

30 *Laici disponere non possunt circa personas Ecclesiasticas, & eorum bona.*

32 *Statutum excludens foeminam dotatam non habet locum, nisi probata dotatione. & num. 35.*

33 *Statutum loquens cum certa qualitate non habet locum, nisi probata dicta qualitate.*

34 *Mulier maritata praesumitur dotata.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 35.

36 *Fundamentum intentionis actoris non potest probari*

probari per præsumptiones.

37 *Iudicandum est in dubio, fœminam non esse exclusam a statuto, quando ipsa habet intentionē fundatam in iure communi, & illius exclusio non legitur expressè in statuto.*

ALLEGATIO LXX.

EXcellentissime Domine. Hęreditas q. Reu. D. Ioannis Calcelli Clerici Cantianensis prædefuncti ab intestato debetur D. Berardæ vxori relictæ q. Io. Fœlicis Blondi de codē vti illius amitæ exclusis Vitale, & Francisco fratribus consobrinis defuncti, cum ipsa sit D. Ioanni proximior in gradu, quàm sint Vitales, & Franciscus prædicti, vt infra demonstrabitur, & ideò ad eius fauorem intrat

1 vulgata illa conclusio, † quod proximior in gradu remotiorem excludit §. *si autem plurimi, & §. si verò neq; fratres Auth. de hæred. ab intest. veni. l. 2. §. hæreditas ff. de suis, & legit. l. Iurisconsulti* 10. *in prin. ff. de gradi. affin. l. t. §. proximus, et ibi glos. ff. vndè cogna.* & tradunt *Surd. conf.* 370. *num.* 1. *vol.* 3. vbi loquitur in in terminis de amita, *Aldon. conf.* 89. *num.* 6. & *conf.* 102. *num.* 9. *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 12. *glos.* 3. *num.* 10. *Gargiar. Iun. conf.* 31. *num.* 15. *lib.* 1.

2 Proximior enim in gradu quo ad successionē habet Intentionem fundatam *d. l.* 2. §. *hæreditas ff. de suis & legit. Peregr. conf.* 47. *n.* 17. *lib.* 2. *Schrader. conf.* 6. *num.* 6. *lib.* 1. quos referendo

3 sequitur *Aldoni. d. conf.* 89. *nu.* 6. † & dicitur habere pro se tacitam voluntatem defuncti *l. conficiuntur* 8. *ff. de iur. codicill. Curt. Iun. conf.* 4. *num.* 15. *et seq. Menoch. de adipisc. possef. remed.* 4. *num.* 72. *Gratia. discep. foren. cap.* 309. *num.* 20. *par.* 2. benè *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 11. *glos.* 6. *n.* 1. vti magis dilectus a defuncto *l. cum pater* 19. §. *a te peto. ff. de lega.* 2. *l. hæredes* 57. §. *fin. ff. ad trebel. Mascar. de prob. concl.* 1235. *num.* 4. *vol.* 3. *Valenzue. conf.* 23. *num.* 73. *lib.* 1. *Giurb. d. cap.* 11. *glos.* 6. *sub num.* 1.

Quod verò D. Berarda sit filia q. Vitalis, & D. Zaffinæ, soror carnalis Benedicti patris D. Ioannis prædefuncti, de cuius hæreditate agitur, & sic amita, & soror patris ipsius D. Ioannis, plenè fuit probatum in processu in causa fabricato per plures testes contestes deponentes, ipsam D. Berardam, & Benedictum patrem D. Ioannis fuisse filios legitimos, & naturales dictorum Vitalis, & D. Zaffinæ, & vti tales fuisse habitos, domi retentos, educatos, & tractatos ab ipsis Vitale, & D. Zaffina eorum parentibus, ac etiam pro talibus fuisse habitos, & reputatos communiter ab omnibus in Terra Cantiani, & prout latius in d. processu, ex quibus resultat cōcludens probatio filiationis *Surd conf.* 1. *num.* 46. *et seq. vol.* 1. *Hodier. ad Surd. decis.* 145. *nu.* 6. *et seq. Marcel. Cala de modo artic. glos. vni.* §. 2. *nu.* 270. *Menoch. de arbitr. casu* 89. *num.* 69. *et seq. Paleot. de not. et spur. cap.* 22. *num.* 4. *et seq.* vbi testatur de communi opinione, *Rota apud Buratt. decis.* 530. *n.* 20. *et decis.* 347. *num.* 2. *et decis.* 472. *num.* 8. *par.* 1. *recen. et apud eundem Buratt. decis.* 725. *n.* 1. *et decis.* 949. *num.* 10. *et in Brittinorien. fideicommissi* 24. *Martij* 1642. *coram R. P. D. Bichio §. deponunt, inquam, etc.*

5 Cum enim filiatio dicatur difficilis probationis, illa probari dicitur ex coniecturis *Surd. d. conf.* 1. *nu.* 39. *et seq. Menoch. de arbitr. d. casu* 89. *num.* 11. *Gratia. discep. foren. cap.* 754. *nu.* 30. *par.* 4. vbi dicit, sufficere duas coniecturas etiam imperfectas, vt ibi per eum, *Rota decis.* 409. *nu.* 2. *par.* 5. *recen, & in Romana hæreditatis de Gratianis* 7. *Februarij* 1642. *coram*

6 *R. P. D. Royas §. sed quia &c.* † nec non etiam probatur ex leuioribus probationibus, etiam ad effectum succedendi iuxta *conf. Gemin.* 27. quod fuit pluries a Rota approbatum, vt apud *Card. Seraph. decis.* 1282. *nu.* 5. & *apud Buratt. decis.* 155. *num.* 11. & *ibi Adden. litera C, & decis.* 260. *num.* 8. vbi aliæ plures recensentur, & *decis.* 725. *in fin.* vbi habetur, semper *Rotam* hanc opinionem sequutam esse.

7 Maximè, cum simus in antiquis supra sexaginta annos, quo casu illa probatur ex communi reputatione, vel ex sola fama *Gratia. discep. foren. cap.* 969. *num.* 7. *par.* 5. *Pute. decis.* 506. *per tot. lib.* 2. *in nouis & apud Buratt. decis.* 141. *num.* 5.

8 Quod autem filiatio saltē ex parte patris dicatur difficilis, imò ferè impossibilis probationis post tex. *in l. Lucius* 82. *et ibi glos. & Doct. cōmuniter ff. de condi. & demonst.* tradunt *Adden. ad Buratt. d. decis.* 725. *n.* 16. & ante eos *Mascar. de prob. concl.* 787. *n.* 5. & *seq. vol.* 2. & *Card. Paleott. de not. & spur. cap.* 21. *in prin.*

Nec non etiam D. Berardam, & Benedictum patrem D. Ioannis fuisse fratres carnales natos ex Vitale, & D. Zaffina, & se vti tales semper nominasse, & tractasse ad inuicem, & sic D. Berardam fuisse amitam D. Ioannis, & pro tali illam fuisse semper ab eo habitam, tractatam, & nominatam, & etiam talem fuisse communiter habitam, & reputatam in Terra Cantiani,

9 & prout latiùs in dicto processu, † quod est pariter sufficiens ad probandam fraternitatem, & consanguinitatem, etiam ad effectum successionis, donec ex aduerso contrarium probetur, vt tradunt *Tiraq. de retrac. lignag. §.* 1. *glos.* 16. *num.* 9. *Alba. conf.* 355. *num.* 30. *et seq.* benè com-

comprobans *Marcel. Cala de modo artic. d. §. 2. num. 1315. Crauc. conf. 249. sub n. 2. Gratia. discep. foren. cap. 491. num. 21. et seq par. 3. Rota in dicta Britonorien. fideicommissi* 24. May 1742. *corā R. P. D. Bichio §. Baldassere pariteretc.* iunctis alijs testibus deponentibus de audito a maioribus, qui faciunt vehemens adminiculum etiam in materia recenti *Rub. Alex. conf.* 16. *num.* 16. *Alba. conf.* 508. *nu.* 5. *&* 6. *Farinac. de testi. quæst.* 69. *nu.* 104. *Rota in loc. proximè cit.* & stante confessione aduersariorum, qui vti consanguinei petierunt in iudicio compromissum fieri Rota *apud* Merli. *decis.* 53. *num.* 25. *& decis.* 156. *num.* 2.

10 Quod verò Reu. D. Ioannes sit filius Benedicti fratris D. Berardæ non controuertitur, & probatur ex fide Baptismi formiter extracta adminiculata ex depositionibus supradictorū testium Rota *apud Pacif. de salmia. decis.* 184. *n.* 3. vbi aliæ recensentur, & *apud Buratt. decis.* 949. *nu.* 3. *& in* Romana *domus* 14 *May* 1630. *coram* R. P. *D. Quesippo in prin.*

11 Et ideò D. Berarda amita, cum sit in tertio gradu consanguinitatis iuncta D. Ioanni eius ex fratre nepoti defuncto *l.* 1. *§. tertio gradu ff. de grad. Deci. conf.* 563. *num.* 9. *Soc. Inn. conf.* 75. *num.* 5. *vol.* 1. *Hond. conf.* 12. *num.* 4. *vol.* 2. latè *Thesa. quæst. forem lib.* 2. *quæst.* 63. *num.* 3. *& seq.* vbi benè comprobat, quod auonculus, & amita de iure communi vti in tertio gradu cum nepote præfertur in eius successione fratri consobrino, qui est in quarto gradu, vt ibi per eum, quamplures adducentem concordantes *Ciriac. d. contro.* 477. *num.* 1. *Rota decis.* 48. *nu.*

12 3. *par.* 6. *recen.* Franciscus verò, & Vitalis ex aduerso venientes vti filii q. Antonii fratris Benedicti patris D. Ioannis, & sic eius fratres cōsobrini eiusdē sint in quarto gradu *l.* 1. §. *quarto gradu ff. de gradi Caball. conf.* 107. *num.* 3. *vol.* 2. *Ciriac. d. contro.* 477. *nu.* 2. Rota *dicta decis* 48. *num.* 3.

Meritò vti proximior venit præferenda in dicta successione per iura, & authoritates supra adductas in princ. & tradunt in terminis *Thesa. Iun. d. quæst.* 63. *nu.* 3. *et seq.* Ciriac. *d. contro.* 477. *num.* 1. *et seq. Pascal. de patr. potes. par.* 4. *cap.* 9. *nu.* 17. *et* Rota *d. decis.* 48, *nu.* 3. *et seq. par.* 6. *recen.*

Neque vllum potest fieri fundamentum pro parte ipsorum Vitalis, & Francisci in statuto, seù Decreto q. Serenissimi Ducis Vrbini exclusiuo fæminarum stantibus masculis ex pluribus, & primò quia statutum, & Decretum excludunt fæminas dotatas ab hæreditate Patris, Matris, Aui, Auiæ, & Fratris, D. Berarda verò non intendit succedere alicui ex prædictis, sed solùm D. Ioanni nepoti, qui non est nominatus in sta-

13 tuto, † statutum excludens autem ab hæreditate vnius non censetur excludere ab hæreditate alterius, qui non est nominatus in statuto *Deci. conf.* 71. *num.* 2. *Soci. Sen. conf.* 74. *nu.* 3. *lib.* 3. *Capha. conf.* 343. *num.* 11. *lib.* 3. Gabr. *conf.* 100. *num.* 28. *lib.* 2. *Brun. de stat. art.* 8. *nu.* 81. *& seq. Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 171. *Hond. conf.* 1. *num.* 23. *lib.* 1. *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 15. latè *Aldoni. conf.* 98. *num.* 15. *D. Andreol. contro.* 138. *nu.* 5. alios adducens *Ciriac. contro.* 400. *num.* 28. Rota *decis.* 329. *num.* 13. *par.* 6. *recen. & decis.* 110. *num.* 13. *& seq. par.* 7. *recen.*

14 Statutum enim exclusiuum intelligi debet, vt excludat solū ab hæreditate nominatorum, non autem innominatorum *Paris. conf.* 47. *nu.* 77. *lib.* 3. vbi hoc num. seq. benè comprobat *Decian conf.* 589. *num.* 2. *Menoch. conf.* 496. *num.* 49. Rota *decis.* 247. *num.* 25. *& decis.* 321. *num.* 9. *par.* 5. *recen. & d. decis.* 329. *num.* 14. *par.* 6. *recen.* vbi habetur, quod magnum esset absurdum excludere Amitam ab hæreditate nepotis, quæ non legitur in statuto, vt ibi per eam *num.* 32. *& decis.* 195. *num.* 8. *par.* 8. *rec.* post hæc scripta visa.

Et ideò, cum habeamus iuris communis decisionem, quo Amita præfertur fratri consobrino defuncti in successione, vt supra firmauimus, & statutum expressè non loquatur de hæreditate

15 Nepotis, † casus hic tamq; a statuto omissus remanere debet sub dispositione iuris communis *l. commodissimè* 10. *ff. de libe. & posthu. Deci. conf.* 451. *nu.* 6. *Afflic. decis.* 21. *nu.* 13. *Hond. conf.* 7. *num.* 11. *& conf.* 16. *num* 22. *vol.* 2. & benè declarat *Merli. d. quæst.* 17. *n.* 52. *Aldon. d. conf.* 98. *num.* 10. & in terminis dicit *Ciriac. d. contro.* 477. *num.* 1. *& seq.* Rota *decis.* 329. *num.* 14. *par.* 6. *recen. & decis.* 43. *num.* 3. *& seq. & decis.* 175. *num.* 26. *par.* 7. *recen.* vbi loquitur in terminis statuti exclusiui fæminarum, & dixerat antea eadem Rota *decis.* 107. *nu.* 20. *& decis.* 388. *num.* 2. *par.* 5. *rec.*

16 Statutum enim tantum disponit, quantùm loquitur, & non vltra, nec illud ampliare, nec restringere debemus Rola. *conf.* 68. *nu.* 19. *lib.* 4. *Cæph. conf.* 137. *nu.* 16. *vol.* 1. *& conf.* 323. *num.* 40. *& seq. lib.* 3. *Thobi. Noni. conf.* 94 *n.* 11. *Hond. conf.* 1. *num.* 15. *& conf.* 8. *num.* 69. *& conf.* 16. *num.* 62. *& conf.* 95. *num.* 65. *vol.* 1. Rota *decis.* 173. *num.* 28. *par.* 7. *recen.*

17 Et ideò statuta exclusiua fæminarum habere tantùm locum in casibus in eis formaliter expressis, tàm in capite exclusiuo, quàm inclusiuo scripserunt *Grat. conf.* 41. *nu.* 27. *par.* 2. *Cæph. conf.* 247. *num.* 37. *& seq. lib.* 2. *Hond. d. conf.* 1. *num.* 13. *& seq. d. conf.* 8. *num.* 13. *& conf.* 110. *num.* 33. *lib.* 1. *& conf.* 33. *lib.* 2. Rota *decis.* 321. *num.* 10. *par.* 5. *recen. & decis.* 329.

num. 14. *par.* 6. *rec.* & *d. decis.* 175. *num.* 26. *par.* 7. *rec.* & idem scripsit *Theod. Rube. in singul. Rota Rom. tom.* 2. *circa interpret. stat. obseru.* 11. §. 2. post hæc scripta visus.

18 Cum statuti dispositio cesset in casu, in quo non sequitur *Bald. in l. illam* 19. *num.* 13. *C. de collat. Caph. cons.* 137. *num.* 16. *lib.* 1. & *cons.* 323. *num.* 42. *lib.* 3 *Hond. d. cons.* 8. *num.* 69. *lib.* 1. *Rota d. decis.* 175. *nu.* 25. & *seq. par.* 7. *rec.* cum statutum præsumatur noluisse, quod non expressit, quando nulla difficultas fuisset illud exprimere si voluisset, vt argumentantur *Eugen. cons.* 83. *n.* 48. *lib.* 1. *Franc. Becci. cons.* 12. *num.* 84. *lib.* 1. *Decia. cons.* 442. *nu.* 9. & 10. *Rota decis.* 247. *nu.* 22. *par.* 5. *recen.*

19 Quæ omnia eò magis locum habere debent cum d. Statutum vti correctorium iuris communis, accusatiuum naturæ, licèt esset fauorabile, est tamen strictè intelligendum, vt corrigar ius commune minùs quàm fieri potest *l. quod verò contra* 13. *ff. de legi. cap. cum dilectus* 8. *de consuet. Soc. Sen. cons.* 30. *col.* 7. *lib.* 1. *Parif. cons.* 49. *num.* 62. & *cons.* 110. *num.* 4. *et seq. vol.* 3. *Thob. Noni. cons.* 10. *num.* 18. *Caph. cons.* 616. *num.* 36. *lib.* 5. *Aldoni. d. cons.* 98. *num.* 11. *Rola. cons.* 55. *nu.* 13. *lib.* 1. *Audr. Gail. pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 124. *nu.* 7. *Altogra. cons.* 98. *num.* 11. *et seq. lib.* 2. post hæc scripta visus alios referens *Rota decis.* 167. *num.* 18. *par.* 6. *recen.*

20 Et non est extendendum de persona ad personam neq; vigore rationis conseruandæ agnationis in Statuto, seù Decreto expressæ *Parif. cons.* 49. *num.* 69. vbi testatur de communi opinione *lib.* 3. *Soc. Iun. cons.* 30. *num.* 26. *lib.* 1. *Caph. cons.* 2. *num.* 21. *et seq. lib.* 1. *And. Gail. pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 124. *n.* 8. *Ladereb. cons.* 37. *num.* 10. alios adducens *Turret. cons.* 28. *num.* 10. *lib.* 3. *Aldoni. cons.* 98. *num.* 16. *Hond. cons.* 57. *num.* 70. *lib.* 1. *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *n.* 52. benè *D. Andreol. contro.* 138. *num.* 5. *et seq.* vbi tenet, neque esse faciendam extensionem ex maioritate rationis, & quamplures adducit Doct. authoritates, & restatur de magis communi opinione *Altogra. cons.* 64. *num.* 20. *lib.* 1. *et d. cons.* 48. *nu.* 13. *et seq. lib.* 2. *Rot. decis.* 68. *n.* 17. *par.* 6. *recen. et decis.* 461. *num.* 4. *par.* 2. *recen. et decis.* 547. *par.* 5. *rec. lib.* 2. *et decis.* 264. *num.* 19. *et seq. par.* 6. *recen. et decis.* 183. *num.* 25. *par.* 8. *rec.* post hæc scripta visa.

21 Cum in statutis exclusiuis fœminarum non fiat extensio ex identitate rationis, sed requiratur saltem maioritas *Rota d. decis.* 547. *num.* 5. & *d. decis.* 264. *num.* 20. & *in Narnien. successionis* 26. *Nouembris* 1629. *coram* R. P. D. *Merlino*, & hanc esse receptam conclusionem pluribus relatis Doct. tradit *Altogra. cons.* 64. *nu.* 5. vbi de magis communi, & *cons.* 86. *num.* 31. & *seq. lib.* 1. quicquid sit quando alia concurrunt, vt ibi per eum, & *cons.* 48. *nu.* 13. *et seq. lib.* 2. benè comprobans, in quibus terminis procedere possunt notata per *Alder. Mascar. de gener. stat. interp. concl.* 4. *num.* 62. *et seq.* & per *Cirtae. contro.* 137. *n.* 6. aliàs malè dicerent iudicio meo.

22 Sed ratio conseruandæ agnationis à Decreto considerata censeatur restricta ad casus, & personas in eo expressas, vt post *Parif. cons.* 49. *num.* 72. *lib.* 3. *Gabr. cons.* 12. *num.* 2. *lib.* 1. *et cons.* 100. *num.* 31. *lib.* 2. *Ladereb. cons.* 37. *nu.* 7. *Thobi. Noni. cons.* 94. *in fin. Surd. decis.* 9. *n.* 16. *versic. non etiam etc. Aldoni. cons.* 98. *in.* 18. alios adducens concordantes *D. Andreol. contro.* 138. *num.* 5. *Altogra. d. cons.* 48. *num.* 17. *et seq. lib.* 2. *Rota decis.* 388. *num.* 29. *et* 30. *par.* 5. *et decis.* 150. *num.* 15. *et decis.* 175. *nu.* 27. *par.* 7. *recen. et d. decis.* 183. *num.* 25. *par.* 8. *recen.*

In materia enim correctoria iuris communis cautè est procedendū in extensionibus de persona ad personam, nec de facili est recedendū à clara dispositione iuris communis, vt docet *Rota d. decis.* 288. *num.* 4. *par.* 5. *recen.*

Quod quidem in casu nostro redditur magis certum stantibus verbis statuti, & Decreti ibi *à supradictorum hæreditatibus sint exclusæ*, quæ referuntur ad personas nominatas, ita vt voluerit excludere à successione personarum nominata-

23 rum tantùm, cum dicta verba sint restrictiua ad nominatos ad tex. in *l. qui liberi* 8. §. *hæc verba et ibi Bart. ff. de vulg. et pupil. Surd. decis.* 210. *num.* 17. *et decis.* 319. *nu.* 9. *et cons.* 123. *num.* 13. *lib.* 1. *Rota decis.* 110. *num.* 13. *par.*

24 7. *recen.* & restringuntur ad personas tantum, qui in dispositione legi possunt, non autem ad alios, qui per verborum interpretationem possunt intelligi *Surd. cons.* 402. *num.* 1. *in fin.* & *num. seq.* & *cons.* 417. *nu.* 4. *lib.* 3. & *in tract. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 31. *n.* 4. & *tit.* 9. *quæst.* 13. *num.* 32. *Barbo. de dictio. dict.* 276. *num.* 5. *Rota decisio.* 438. *num.* 17. *par.* 4. *recen tom.* 2. *et d. decis.* 110. *num.* 14. *et decis.* 175. *num.* 23. *par.* 7. *recen.*

Et non referuntur nisi ad eos, qui possunt legi in Statuto, vt dixi, licèt ratione possint comprehendi *Surd. de alim. d. tit.* 9. *quæst.* 13. *nu.* 32. *Barbo. d. dictio.* 276. *num.* 5. & sentit *Rota d. decis.* 175. *num.* 24. *et seq.* & voluit expressè *Altogra. d. cons.* 48. *nu.* 16. *et seq. lib.* 2. alios adducens quamplures post hæc scripta visus

Maximè cum bona D. Ioannis defuncti non fuerint paterna, sed ab ipso D. Ioanne sua propria industria, & laboribus fuerint acquisita, vt plenè fuit in processu probatum, & sic non agatur de succedendo in hæreditate Patris, Matris, nec

tris, nec fratris, in quibus terminis loquitur Statutum, sed agitur de succedendo in hæredi-
25 rate, & bonis proprijs nepotis, † licèt etiam si bona essent paterna, non tamen dicerentur amplius talia, cum sequuta aditione, seù immixtione per D. Ioannem filium illico effecta fuerint bona ipsius resoluto penitus primo Statu *l.* 1. §. *veteres ff. de acqui. posses. Bart. in l. 3. in priu. ff. de bono. posses. Merli. de legit. lib.* 3 *tit.* 1 *quæst.* 3. *num.* 31. *Mithalo. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 170. alios adducens concordantes Rota *decis.* 329. *num.* 59. *par.* 6. *recen.*

Hinc videmus, quod Statutum excludens sorores propter fratres, non intelligitur excludere sorores patrueles propter fratres patrueles, vt post *Porti. Brun. Decia. & Hond.* per eum relatos firmat *Alcogra. conf.* 64. *in fin. lib.* 1. & tenuit Rota *apud Merli. decis.* 526. *num.* 3.

26 Confirmantur supradicta ex eo, quia non desunt Doct. quamplures volentes, quod Statutum prædictum exclusiuum fœminarum non habeat locum, quando remotior prætendit venire ad exclusionem proximioris, vt in casu nostro, vt scripserunt præcipuè *Thobi. Noni. conf.* 10. *num.* 12. *& conf.* 15. *n.* 2. *Capb. conf.* 343. *num.* 10. *lib.* 3. *& conf.* 656. *nu.* 22. *vol.* 5. *Hond. conf.* 8. *num.* 34. *lib.* 1. *& conf.* 1. *num.* 33. *lib.* 2. latè *Ancar. Iun. quæst. fami. lib.* 3. *quæst.* 66. *n.* 8. *& seq. Thesa. quæst. foren. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 17. vbi dicit, quod aliàs resultaret maxima iniquitas *Michal. de fratr. par.* 3.
27 *cap.* 11. *num.* 115. † quod tamen non est omninò tutum, cum contrarium, quando Statutum est conditum ad conseruandam agnationem teneant *Campeg. Brun. Thesa. & Hond.* quos refert & sequitur *Ciriac. contro.* 476. *num.* 14. *& seq.*

28 Secundò principaliter nō obstat dictum Statutū, & omnis cessat amaritudo, quia nos agimus de succedendo in hæreditate Reu. D. Ioannis Clerici, in qua non habet locum Statutum exclusiuum fœminatum conditum a laicis, quod nullo modo Ecclesiasticos, & Clericos, aut eorū bona ex defectu potestatis cōprehēdere potest, ad tex. *in cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de cōstit.* & scripserūt relictis antiquioribus *Ruin cōs.* 195. *n.* 10. *lib.* 2. *Capb. conf.* 95. *n.* 14. *et seq. lib.* 1. *Rimi. Iun. conf.* 15. *num.* 91. *et seq. lib.* 1. *Pancirol. conf.* 12. *num.* 6. *lib.* 1. *Alba. conf.* 513. *nu.* 6. benè comprobans *Rola. conf.* 57. *nu.* 27. *et seq. lib.* 4. *Fachin. contro. iur. lib.* 12. *cap.* 29. *versic. ego priorem etc.* vbi hanc dicit communem, & verissimam opinionem *Surd. decis.* 20. *per tot. et decis.* 160. *n.* 9. *Marta de success. lega. par.* 1. *quæst.* 13. *art.* 13. *nu.* 87. *et seq. Duard. ad Bullam Cænæ cano.* 15. *quæst.* 19. *num.* 18. *et seq. Bellet. disquis. cleric. par.* 1. *in tit. de exempt. cleric. a stat. secul.* §. 4. *num.* 16. *Amendo. ad Franc. decis.* 411. *nu.* 3. quam opinionem nouissimè cōfirmarunt *Illustrissimus Dominus meus Sperellus Epis. Eugub. inter Iur. Cons. nostri temporis facile Princeps, & D. Andreol. Eugub. Iur. Cons.* acutissimi ingenij *contro.* 227. *per tot.* benè comprobans more suo *Balth. Thomas. in suis tract. var. tom.* 4. *de immun. Eccles. tit.* 1. *n.* 850. & eandem opinionem pariter nouissimè amplexa fuit *Rota Romana* articulo maturè discusso, & omnibus contrarijs reiectis *in Rauennaten. hæredit.* 5. *Iunij* 1648. *coram Eminentissimo Card. Ottobono*, & rursus *in Bononien. hæredit.* 28. *Iunij* 1652. *coram* R. P. *D. Bichio* post scripta hæc visa.

29 In hisce enim statutis nullo modo comprehendi potest illud, de quo in specie statui, & disponi a statuentibus non potuit *l.* 1. *& ibi Dec. & alij ff. de offic. eius cap. in generali* 81. *de reg. iur. in* 6. *Deci. in cap. Ecclesia S. Mariæ*, 10. *n.* 100. *de constit. D. Andreol. d. contro.* 227. *n.* 4.

30 † laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, nec de eorum bonis directè, nec indirecte, cum eorum iurisdictioni non subsint *d. cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de constit. cap. decernimus* 2. *de iudic. cap. fin. de vita, & honest. cleric. cap.* 1. *de immun. Eccles. D. Andreol. d. contro.* 227. *n.* 4. Rota *in d. Rauennaten. hæredit. coram Card. Ottobono* §. *cuius verissimè &c. & in d. Bononien. hæredit. coram* R. P. *D. Bichio* §. *nec obstat statutum in fin.* benè comprobans, & ideò sub generalibus verbis Statuti neque Clerici, neque eorum bona, aut hereditates vllo modo comprætendi possunt, ita vt de hac opinione in posterum non sit amplius dubitandum.

31 Quicquid contrarium tenuerint ex modernioribus *Surd. conf.* 560. *nu.* 11. *lib.* 4. *Thesa. quæst. foren. lib.* 2. *quæst.* 2 *per tot. Merli de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 5. *versic. contraria &c. Hodier. ad Surd. decis.* 20. *num.* 30. *Michalo. de fratr. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. *Butrigli. de success. cap.* 1. *Theor.* 12. *per tot.* & alij relati per *D. Andreol. d. contro.* 227. *in prin. & per Rot. in d. Rauennaten. hæredit.* §. *neque statutum &c.* contra quos adest verior, & hodie magis recepta Doct. & Rot. Rom. opinio, de qua supra.

32 Postremò omnem tollit difficultatem, si quæ adesset, quod non constat D. Berardam fuisse dotatam, & ideò non potest agi de exclusione per statutum, quod loquitur de fœmina dotata *Corn. conf.* 282. *num.* 6. *vol.* 1. *Natt. de stat. exclus. fœmi. quæstio* 2. *prin. num.* 49. quem refert, & sequitur *Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *nu.* 50. *& seq. & num.* 139. *& seq.* Rota *decis.* 213. *nu.* 3. *par.* 4. *rec. tom.* 2. vel in terminis Decreti Ducis Vrbini, quod excludit etiam non dotatas mandando eas dotari, dos eidem erat offerenda, vt post *Castr. Alex. Cepoll. Campeg. & Brun.*

per

Et facit ius inter partes. num. 5.

Cum faciat de albo nigrum. num. 6.

Et imponit finem liti. num. 7.

8 *Sententia lata contra casum Statuti est nulla.*

Declaratur. num. 11.

9 *Sententia nulla nunquam trãsit in rem iudicatam.*

10 *Statuiũ de compromissis non comprahendit viduam gaudentem priuilegio* l. vnicæ C. quan. Imp. inter pup. & vid. sec. aliquos Doct. ibi.

12 *Opiniones Doctorum faciunt rem dubiam.*

13 *Sententia interlocutoria non transit in iudicatum quo ad Iudicem ante sententiam diffinitiuam.*

Transit tamen quo ad partem, si non appellat infra decem dies. num. 14.

15 *Sententiam dicitur acceptare non appellans ab ea infra decem dies.*

16 *Compromissum petens in iudicio, prosequendo Iudicium coram eodẽ Iudice, censetur dicta petitioni renunciare.*

17 Renunciare *cẽsetur iuri sibi competenti per actũ incompatibilem.*

18 *Appellans a sententia, redeundo coram Iudice a quo, censetur appellationi renunciare.*

19 *Compromissum expirat, si partes redeant simul ad Iudicem ordinarium.*

20 *Compromisso petito in iudicio, processus Iudicis est validus, parte non appellante ab vlteriori processu.*

21 *Recusans Iudicẽ, si non appɾllet ab vlteriori processu, processus est validus.*

22 *Filius representat personam patris in successione ab intestato.*

Procedit in linea collaterali, quando agitur de succedendo patruis carnalibus tantùm. n. 23.

24 *Statutum exclusiuum fœminarum vti fauorabile recipit extensionem ex identitate rationis.*

Contraria opinio est verior, & magis communis. num. 25.

Imò, illud neque extendi posse ex maioritate rationis, tenent plures Doct. num. 26.

27 *Agnationis conseruandæ ratio a statuto considerata restringitur ad casus, & personas a statuto consideratas.*

28 *Statuta non excludunt personas, nisi id expressè agant,*

Si enim adiungeretur persona, alteraretur forma successionis a statuto considerata. num. 29.

30 *Materia si sit correctoria, cautè procedẽdũ est in extensionibus de persona ad personam.*

31 *Testis vnicus de auditu non probat plenè contra inducentem.*

Quicquid contrarium sentiant aliqui Doct. ibi. num. 32.

33 *Testis vnicus plenè probat contra inducentem, si eius depositio reproducatur in iudicio, aliàs secùs.*

34 *Statutum exclusiuum fœminarum habet locum etiam in hæreditate Clerici.*

Contraria opinio est verior, & magis communis. num. 35.

36 *Statutum non comprahendit, quod in specie statui, & disponi a statuentibus non potuit.*

37 *Laici non possunt disponere de personis Ecclesiasticis, aut eorum bonis directè, nec indirectè.*

ALLEGATIO LXXI.



Xcellentissime Domine. Probaui aliàs admodum plenè iuribus, & authoritatibus, D. Berardam vxorẽ relictam q. Io. Fœlicis Blondi de Cantiano, vti amitam, & ideò proximiorem succedere debere in hæreditate adm. R. q. D. Ioannis Canelli Clerici de eodem eius ex fratre nepotis, exclusis Vitale & Francisco fratribus consobrinis eiusdem D. Ioannis, non obstãte Statuto exlusiuo fœminarũ, vt videre est ex allegatione præcedenti, a qua modò discedere non intendo, cum adhuc sim eiusdem sententiæ, non obstantibus in contrarium eruditè deductis per Excellentissimum exaduerso in causa Aduocatum, quibus sublatis, vt credo, non dubito, de bono iure D. Berardæ agentis clarè non apparere.

Non obstant igitur primo petensa nullitas iudicij
moti pro parte ipsius D. Berardæ ob petitionẽ
compromissi factam pro parte Vitalis, & Fran-
cisci reorum conuentorum vigore *Statuti lib. 2.*
rub. 27. aretantis consanguineos vsque ad ter-
tium gradum ad compromittendum causas in-
1 ter eos vertentes, † quæ sola petitio compro-
missi statim dicitur suspendere iurisdictionem
Iudicis ordinarij *sec. Bald. in l. 1. num. 3. C. si*
quacum. præd. potes. Blanc. de comprom. par. 6.
2 *n. 2. Lancell. de atten. par. 2. cap. 15. n.* 384. †
cessante autem iurisdictione, vel suspensa, pro-
cessus dicitur nullus *Vant. de null. in tit. de nul.*
ex desec. iurisd. ordin. n. 128. *Grauat. ad Vestr.*
in pract. lib. 5. cap. 15. num. 16. Scacc. de sent.
& re iudi. glos. 7. quæst. 1. num. 10. cum iuris-
dictio sit basis, & fundamentum totius proces-
sus *Vant. de nullit. in tit. quis possit dice. de null.*
num. 37. & seq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 66. in
prin. & de sent. & re iudic. d. glos. 7. quæst. 1.
sub num. 10.

Quia dictum obiectum euitatur ex pluribus, &
primò, quia Iudex pronunciauit, non esse locum
dicto compromisso, & ideò esse procedendum
3 ad vlteriora in causa corã Dominatione sua, †
quæ sententia ob non appellationem aduersa-
riorum transiuit in rem iudicatam *Surd. cons. 61*
num. 2. vol. 1. Maran. in prac. par. 6. in secundo
actu num. 214. Scacc. de appell. quæst. 12. nu.
143. & quæst. 17. lim. 1. nu. 69 Rota *apud Scacc.*
de appell. decis. 94. num. 1. & transit in rem iu-
dicatam

de tacit. lib. 4. tit. 29. num. 18. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 302. in prin. par. 2.

28 Ad instar appellantis a sententia, qui, redeundo, & comparendo coram Iudice a quo in eadem causa, censetur appellationi renunciare *Franch. in cap. cum teneamur 17. sub num. 4. & in cap. sollicitudinem 54. n. 10. de appell. Gabr. comm. concl. de appell. concl. 2. in prin. Lancell. de atten. par. 2. cap. 12 in præfat. num. 15. & seq. & ampli. 2. priu. num. 4. & 5. Barz. decis. 154. num. 12. Caph. cons. 661. num. 38. lib. 5. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 2. n. 14. Paitel. in auoot. ad exped. ciuil. 32. sui Patris num. 1. & seq.* vbi testatur de communi opinione, *Rota decis. 22. nu. 2. par. 2. rec. & in Maiorlcen. beneficij 17. Martij 1642. coram* R. *P. D. Dunozetto, & in* Romana *retrouendit. domus 9. Maij 1642. coram* R. *P. D. Carillo §. nec releuat &c.*

29 Et quod, facto etiam compromisso necessario vigore Statuti, si partes redeũt simul ad Iudicem ordinarium, compromissum expirat, voluerunt *Specul. de arbitr. & arbitrat. §. finitur in prin. Blanch. de comprom. par. 7. num. 10. versic. vndè in hoc &c.* & voluit etiam *Lancell. de atten. par. 2. cap. 15. num. 213. & 214.*

Postremò non est locus prætensæ nullitati iudicij ex dicta causa petitionis compromissi, de qua

30 supra, quia, vt † Iudex, petito, seù facto compromisso, procedere non valeat, requiritur non solùm oppositio de ipso compromisso, sed etiam ipsius Iudicis admissio, vel a nõ admissione appellatio, aliàs processus est validus, vt post *Feliu. in cap. cæterum 3. col. 6. de rescript. Ruin cons. 61. num. 36. lib. 5. & Curt. Iun. cons. 175. nu. 2. par. 1.* per eum adductos tradit *Lancell. de atten. par. 2. d. cap. 15. num. 186. & seq.*

31 Ad instar illius, qui Iudicem recusauit, a quo, nisi appelletur ab vlteriori processu, processus ipse remanet validus *sec. doctrinam Innoc. in cap. cum speciali. 61. sub num. 6. de appell. Ruin. d. cons. 61. num. 36. lib. 5. Curt. Iun. d. cons. 175. n. 2 par 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. n. 72. Rot. apud Achill. decis. 1. de recus. Iudi. & decis. 563. nu. 2. par. 1. diuer. & apud Greg. XV. decis. 466. n. 7. & ibi Adden. & decis. 3. num 2. par. 4. & decis. 7. num. 5. par. 5. recen. & apud Duran. decis. 124. num. 4.*

32 Neq; pariter vllo modo venit attendendũ, † quod Vitales, & Franciscus aduersarij filij q. Antonij fratris germani D. Berardæ in successione ab intestato repræsentent personam d. Antonij eorum patris *§. cum filius Inst. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur, Aldoni. cons. 88. n. 3. Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 9. nu. 1. & seq.* & ideò iure representationis valeant admitti ad successionem D. Ioannis vnà cum ipsa D. Berarda eorum amita.

33 Quia in linea collaterali ius representationis habet tantùm locum, quando agitur de succedendo patruis carnalibus, non autem, quando agitur de succedendo fratribus consobrinis, vt in casu nostro, vt tradunt *Gabr. com. concl. de succes. ab intest. concl. 1. num. 13. Ant. Gomez in l. 8. Taur. num. 10. & 18. & var. resol. lib. 1. cap. 1. n. 15. vers. quinto &c.* Rola. *cons. 100. num. 10. lib. 1. Menoch. de præsump. lib. 4 præsump. 95. num. 18. Thesaur. decis. 65. num. 31 Vinc. de Franch. decis. 157. num. 3. Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 9. num. 25. Rota decis. 48. num. 10. par. 6. recen.*

34 Tertiò non obstat, quod Decretum exclusiuum fœminarum, vti conditum ad effectum conseruandæ agnationis, dicatur fauorabile, & ideò veniat extendendum ex identitate rationis in eo expressæ, etiam de persona ad personam, vt voluerunt *Ias. in l. 2. num. 4. C. de in ius voc. Curt. Iun. cons. 87. num. 5. par. 1. Caroc. decis. 37. nu. 10.* alios adducens, & de magis communi opinione fidem faciens, *Mascar. de gene. stat. interpr. concl. 4. num. 62. & Ciriac. contr. 137. num. 6.*

35 Quia respondeo, quod imò contraria opinio, nempè Statutum prædictum extendi non posse ex identitate rationis, est verior, & magis communis, quam tenuerunt Doct. numero plures, & authoritate grauiores, & præcipuè *Paris. cons. 49. num. 69. lib. 3.* vbi testatur de communi opinione, *Caph. cons. 2. num. 21. et 22. lib. 1. Ladercb. cons. 37. num. 10.* alios adducens, *Gail. prac. obser. lib. 2. obser. 124. n. 8. Turret. cons. 21. num. 10. lib. 3. Soc. Iun. cons. 30. num. 26. lib. 1. Aldoni. cons. 83. num. 15. et seq. et cons. 98. nu. 16.* alios pariter referens concordantes, *Hond. cons. 57. num. 70. vol. 1. Gratia. discep. foren. cap. 15. num. 19. par. 1. Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 17. num. 52. D. Andreol. contro. 138. num. 5. et seq.* vbi testatur de magis communi opinione, & quamplures Doctorum adducit authoritates, in fortioribus terminis *Michal. de fratr. par. 3. cap. 11. num. 161.* Regens *Capic. Latro* post hæc scripta visus *decis. 96. nu. 28. lib. 1. & decis. 165. num. 40. lib. 2. Aldogra. cons. 48. num. 11. et seq. lib. 2.* quam opinionem firmauit sæpius *Rota* Rom. & præcipuè *decis. 461. num. 4. par. 2. recen. et decis. 547. num. 5. par. 5. rec. lib. 2. et decis. 68. num. 17. et seq. et decis. 264. nu. 19. et seq. par. 6. recen. et in Narnien. successionis 26. Nouembris coram R. P. D.* Merlino *§. quartò quia, etc.* & alibi passim, ita ut de hoc hodie, maximè propter authoritatem Rot. Rom. non videatur esse ampliùs dubitandum.

36 Imò neque sufficere maioritatem rationis, vt Statutum prædictum extendi possit, voluerunt Doct. quamplures magni nominis, & præcipuè

Eugen. conf. 83. *num.* 40. *lib.* 1. *Aldoui. d. conf.* 98. *num.* 17. quamplures adducens Doct. authoritates, *Hond. conf.* 1. *num.* 30. *et conf.* 8. *num.* 54. *lib.* 1. Giouagn. *conf.* 1. *num.* 17. *et* 18. *& conf.* 66. *num.* 21. *lib.* 1. *D. Andreol. d. contro.* 138. *num.* 6. vbi adducit triginta Doct. authoritates, & testatur de magis communi opinione, *Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 161. *Regens Capic. Latro decis.* 41. *nu.* 16. *et decis.* 96. *num.* 27. *et* 28. *lib.* 1. *et decis.* 165. *nu.* 40. *lib.* 2. post hæc scripta visus, & hoc sit dictum ex abundanti.

27 Ratio autem conseruandæ agnationis a Decreto considerata censetur restricta ad casus, & personas in eo expressas, vt dicunt *Paris. d. cons.* 49. *num.* 72. *Gabr. conf.* 12. *num.* 2. *lib.* 1. *& conf.* 100. *num.* 31. *lib.* 2. *Laderch. d. conf.* 37. *num.* 7. *Thob. Noni. conf.* 94. *in fin. Surd. decis.* 9. *num.* 16. *vers. non etiam &c.* plenè *Aldoui. d. conf.* 98. *num.* 18. alios referens sectatores, *D. Andreol. d. contro.* 138. *num.* 5. *Rot. decis.* 388. *num.* 29. *et* 30. *par.* 5. *& decis.* 150. *num.* 15. *et decis.* 175. *num.* 27. *par.* 7. *recen.* quos retuli, & sequutus sum *allegat. praeced. nu.* 22. quibus addo *Aldogra. d. conf.* 48. *n.* 17. *et seq. lib.* 2. post hæc scripta visum.

28 Statuta enim, vltra adducta in allegatione antecedenti, quæ hic, breuitati studendo, referenda non putaui, nunquam excludunt personam, nisi specificè, & expressè id agant *Bald. in l. quod verò* 13. *versic. item pone ff. de legib.* latè *Marta de success. legal. par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 3. *num.* 9. *& seq.* quos refert, & sequitur *Carena resol.* 196. *num.* 6. & habet locum solùm in casibus in eis formaliter expressis. vt, vltra *Grat. Caph. Hon*[illegible]*Theod. Rube. & Rota in loc. adductis in allegat. praeced. num.* 17. scripserunt etiã *Rola. conf.* 96. *nu.* 16. *lib.* 4. *Bello. Casalen. conf.* 53. *num.* 8. *& Caren. d. resol.* 196. *num.* 9.

29 Aliàs, si adiungeretur persona, alteraretur forma successionis a statuto tradita, vt considerant *Ancar. in cap. Canonum statuta* 1. *col. fin. versic. inter consilia &c. de constit. Alex. conf.* 141. *nu.* 14. *lib.* 7. *Ruin. conf.* 39. *nu.* 2. *vol.* 3. *Marta de success. par.* 2. *quæst.* 3. *art.* 2. *casu* 1. *num.* 2. *& seq.* quos pariter refert, & sequitur *Caren. d. resol.* 196. *num.* 4.

30 Maximè, cum in materia correctoria iuris communis cautè sit procedendum in extensionibus de persona ad personam, nec de facili sit recedendum a clara dispositione iuris communis, vt dixit *Rota decis.* 388. *num.* 4. *par.* 5. *recen.*

Neque pariter nocet, quod ex aduerso asseritur, constare, D. Berardam fuisse dotatam ex depositione Marciantonij Rondini testis ipsius D. Berardæ, contra conclusionem firmatam *in allegatione antecedenti num.* 32. quod agens ad exclusionem fœminæ dotatæ vigore statuti tenetur probare illius dotationem, vt valeat obtinere, vt tradũt *Corn. Natt. Michal. & Rota ibi adducti.*

Quia respõdeo multipliciter, & primò, quod
31 d. testis deponit tantùm de auditu, & ideò cum sit vnicus non probat plenè contra inducentem *Thob. Noni. conf.* 24. *num.* 24. *Rimi. Iun. conf.* 60. *num.* 5. *& seq. lib.* 1 *& conf.* 152. *num.* 5. *lib.* 2. *Hond. conf.* 84. *n.* 51. *lib.* 2. *Rota decis.* 594. *n.* 2. *par.* 3. *diuer.* quicquid sit, quãdo testis deponit de credulitate *ad conf. Roma.* 104. *in fin.* cum sit diuersa ratio inter testem deponentem de credulitate, & deponentem de auditu, qui cum potuerit audiuisse a parte aduersa, ideò minùs est ei credendum, quod non potest contingere in teste de credulitate, vt benè considerat *Thobi. Noni. d. conf.* 24. *num.* 24. quam
32 opinionẽ cẽseo veriorem per prædicta, † quicquid contrariè senserint *Gabr. Caph. Bertaz. & Bursat.* quos sequitur *Farinac. de testi. quæst.* 69. *num.* 57.

33 Secundò, quia testis vnicus tunc plenè probat contra inducentem, quando eius depositio simpliciter reproducitur in iudicio, quia tunc censetur approbata persona, & dictum, secus tamen est, quando eius dictum, seu testificatio non fuit in iudicio reproducta, seu fuit reproducta in parte, & partibus fauorabilibus tãtùm, & non aliàs, & contra eius dictum fuit oppositum, vt in casu nostro, quia tunc censetur solùm approbata persona, non dictum, & testis non plus probat contra inducentem, quàm probaret contra alium, vt declarant *Farinac. de testi. quæst.* 62. *num.* 243. vbi testatur de communi opinione, & in terminis testis de auditu *quæst.* 69. *num.* 58. *Hond. conf.* 84. *num.* 50. *& seq. vol.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 552. *num.* 9. *par.* 3. *Costa de scien. & igno. cent.* 1. *dist.* 6. *n.* 7. *Adden. ad Greg. XV. decis.* 215. *nu.* 9. *Posti. de manuten. obseru.* 89. *nu.* 13. & ita obseruat *Rota Rom.* vt videre est *ex decis.* 249. *num.* 12. *par.* 1. *& decis.* 283. *nu.* 2. *& decis.* 464. *nu.* 5. *& decis.* 529. *num.* 4. *in fin. par.* 3. *& decis.* 90. *num.* 2. *&* 3. *& decis.* 475. *num.* 5. *par.* 4. *& decis.* 407. *num.* 34. *par.* 5. *& decis.* 75. *nu.* 7. *& decis.* 268. *num.* 10. *& decis.* 259. *num.* 10. *par.* 7. *recen.* & alibi passim.

Tertiò, quia d. testis non deponit, a quo fuerit dotata, Decretum verò non excludit fœminam dotatam a quocumque; sed solùm dotatam a Patre, Matre, Auo, Fratre, vt ex eo est videre, vnde cum D. Berarda dotari potuerit ab aliquo alio consanguineo, seu ab extraneo, intrare non potest dispositio illius, quod, dum loquitur cum dicta qualitate circa modum dotationis, non potest illi esse locus, nisi concurrente d. qualitate, vt in terminis considerat *Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 50. *& Rota in d.*

Nar-

Narnien. succesl. 26. Nouembris 1629. coram R. P. D. Merlino §. tertiò quia, et §. deniq; in fine.

34 Postremò non obstat, quod exaduerso deducitur, quod statutum exclusiuum fœminarum habeat locum etiam in hæreditate Clerici, & sic d. *D. Ioannis ex Surd. conf.* 560. *nu.* 11. *lib.* 4. *Thesa. Iun. quast. foren. lib.* 2. *quast.* 2. *per totum, Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quast.* 19. *n.* 5. *versic.contraria etc. Hodier. ad Surd. decis.* 20. *num.* 24 *et seq. Michal. de frat. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. cum alijs per eos adductis.

35 Quia cōtraria opinio est verior, & hodie magis recepta, quā tenuerūt ex Neotericis *Ruin. Caph. Rim. Iun. Rol. Pācirol. Mandel. Fachin.* perperàm pro cōtraria parte allegatus per *Hodier. vbi supra*, qui hanc dicit verissimam opinionem *Surd. Marta, Duard. Bellet. D. Andreol.* qui hanc opinionem benè probat, & contrarijs doctè respondet, *Illustrissimus D. meus Spevell. et Balth. Thomas. in loc. adductis in allegat. praced. nu.* 28. & postremò *Rota in d. Rauennaten. hæredit.* 5. *Iunij* 1648. *coram Card. Ottobono*, vbi articulo maturè discusso hanc firmauit opinionem, & omnibus contrarijs benè satisfacit, & postremò in *Bononien. hæredit.* 28. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. Bichio. per tot.* post hæc scripta visa, itaut dicta opinio, non solùm sit magis vera, vt dicunt Doct. supradducti, sed etiam dici valeat magis recepta per Doct. itaut in iudicādo nullo modo, maximè propter *Rot. Rom.* authoritatem, ab ea sit recedendum, vt pariter dix it in allegat. præced.

36 In Statutis enim, vt dixi in *d. allegat. nu.* 29. nunquam compræhendi potest illud, de quo in specie statui, & disponi a Statuentibus non potuit *l.* 1. *& ibi Deci. ff. de offic. eius. cap. in generali* 81. *ff. de reg. iur. Deci. in cap. Ecclesia S. Maria* 10. *num.* 100. *de constit. D. Andreol. d.*

37 *contro.* 227. *num.* 4. † laici verò non possunt disponere de personis Ecclesiasticis, nec de eorum bonis directè, nec indirectè, cum eorum iurisdictioni non subsint *cap. Ecclesia S. Maria* 10. *de constit. cap. decernimus* 2. *de iudi. cap. fin. de vita & honest. cleri. cap.* 1. *de immun. Eccles.* & ideò sub generalibus verbis statutis, neq; Clerici, neq; eorum bona, aut hæreditates vllo modo compræhendi possunt, vt tradunt *D. Andreol. d. contro.* 227. *num.* 4. *& Rota in d. Rauennaten. hæredit. coram. Eminentissimo Ottobono*, et in *d. Bononien. hæredit. coram R. P. D. Bichio*, in quibus omnibus in contrarium facientibus benè respondetur, quæ cum in d. locis videri possint, ideò, ne hic de carta in papirum, vt dicitur, illa transducere videar, breuitati studendo, iterum referenda non duxi.

Ex quibus omnia in contrarium adducta omninò sublata esse censeo, & ita &c. Saluo sēper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit in *Terra Cantiani, habito voto ab Excellentissimo D. Ludouico Bricchio I. C. Callien. de anno* 1648. *declarando, hæreditatem D. Ioannis, qua erat notabilis valoris deberi ab intestato D. Berarda Amita, relictis scutis quinquaginta Vitali & Francisco, pro quolibet de cōsensu ipsius D. Berarda, & ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deipara &c.*

ARGVMENTVM.

Laudum prolatum post terminum a Statuto præfixum quando sit nullum, & quid, si sit excessiuū, vel sit latum sine citatione partis. Citatio quādo sit necessaria in prolatione laudi, maximè, si in compromisso sit illi renunciatum, & quid in laudo arbitratoris. Tutor, qui non confecit inuentarium, & satisdationem non præstitit, an possit administrare, & tutela an sit nulla, si sit suscepta, non requisita matre pupilli. Laudum latum in personam mortui quando sit nullum. Agens rei vendicatione an teneatur docere de dominio plenè, & concludenter. Pactum assecurationis, seu, vt dicitur, caput saluum factum a socio quando sit licitum. Ad lucrandum fructus an requiratur bona fides positiua, seù titulus verus, seù sufficiat titulus putatiuus, vel nullus, error iuris, vel abesse malam fidem.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum post terminum a statuto præfixū est nullum.*
Maximè, quando statutum præfigit instantiam Iudici, seù iurisdictioni num. 4.
2 *Arbitrorum potestas expirat post lapsum diem compromissi.*
3 *Instantia perempta pereunt libellus, litis contestatio, & alia acta ordinatoria iudicij.*
5 *Statutum terminans instantiam dicitur ordinatorium.*
6 *Statutum loci, vbi fit iudicium, seruatur in ordinatorijs, etiam contra forenses.*
In decisorijs verò attenditur statutum loci contractus. num. 7.
8 *Laudum excessiuum est nullum in totum, si sit latum sub vnica verborum structura. & nu.* 52.
9 *Sententia est nulla in totum, si sit excessiua, & lata sub vnica verborum structura.*
Itaut modicus excessus vitiet totam sententiam. num. 10. *&* 53.
11 *Laudum latum sine citatione partis est nullum.*
12 *Citatio est necessaria in quolibet actu, in quo quis lædi potest, aliàs actus est nullus.*
13 *Citatio est de iure natura, & est species defensionis.*

14 Citationis defectus, uti tollens defensionem, est insanabilis.
15 Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.
16 Laudum latum cum tutore, qui non fecit solemnia, est nullum, licet secus sit, si sit pupillo fauorabile.
17 Litigans cum tutore debet habere copiam tutelæ, & inuentarij, aliàs sibi imputet, si nulliter agit.
18 Tutela suscepta, non requisita Matre Pupilli, ipsaq; non existente in mora, est nulla.
19 Citationem non fuisse adhibitam, vel minùs legitimè adhibitam paria sunt.
20 Citatio nulla nullum operatur iuris effectum.
21 Citatio, quando fuit remissa per partes, in actu non est necessaria.
Procedit in causis modici praiudicij, non autem in magnis. num. 22.
Secundò non procedit, quando agitur de re contentiosa, quæ indiget discussione, quia tunc requiritur monitio partis, vt iura sua deducat. num. 23.
24 Citatio non requiritur in prolatione laudi facta per arbitratorem.
Contrarium tenent quamplures Doct. nu. 25.
Prima opinio non procedit, quando agitur de re contentiosa, quæ indiget rei discussione, quia tunc requiritur saltem monitio partis, vt iura sua deducat. num. 26.
27 Laudum latum in personam mortui est nullum. Maximè, quando mors est nota Iudici, & parti. num. 28.
Licet, hoc non esse necessarium teneant plures Doct. num. 29.
30 Instantia nō transit in hæredem in compromisso.
31 Instantia non transit in hæredem sine citatione in eius persona.
32 Rei vendicatione agens tenetur probare dominiū Plenè, & concludenter. num. 33.
34 Actore non probante reus absoluitur.
Etiamsi reus nihil probauerit pro eius parte. num. 35.
36 Ius metimur ex persona actoris.
37 Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus.
38 Lege, quod decisum non inuenitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.
39 Vox vnius vox nullius.
40 Consuetuto est probanda per duos testes.
41 Res perit domino. & num. 50.
42 Locata res, quod finita locatione restituatur locatori, est de natura contractus locationis.
43 Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.
44 Verba secundùm naturam contractus sunt accipienda.
45 Interpretatio illa est recipienda, per quam promissor minùs obligatur.
Et illa semper fieri debet contra eum, qui pacto nititur, cum potuerit apertiùs loqui. n. 46.
47 Cōtractus recipit interpretationē a consuetudine.
48 Assecurationis contractus est licitus, quando socius in compensationem assecurationis remittit socio partem lucri ei tangentem.
49 Facta non præsumuntur, nisi probentur.
51 Actioni subsidiariæ non est locus, stante actione directa.
54 Probatio dubia, & incerta non releuat.
55 Non probat hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse.
56 Testis depositio corruit, data possibili veritate in contrarium.
57 Nemo præsumitur iactare suum.
58 Testis deponens dubitatiuè de eius iudicio non probat.
59 Dictio (in circa) reddit dubiā depositionē testis, quando agitur de probatione præcisa.
60 Chirographum recognitum venit appellatione instrumenti.
61 Probationes concludentes requiruntur contra instrumentum.
62 Probatio per testes non admittitur contra ea, quæ probantur authenticis scripturis.
63 Instrumentis magis inhærēdum est, quā testibus.
64 Fructus vt lucrentur, non requiritur bona fides positiua, nec titulus verus, sed sufficit putatiuus, & nullus, & abesse malam fidem.
65 Fructus vt lucrentur, sufficit ignorantia facti, & error iuris.
66 Compensatio est faciēda de debito liquido ad aliud liquidum.
67 Compensationis exceptio cui obstat, non dicitur verus creditor.

ALLEGATIO LXXII.



Xcellentissime Domine. Laudum latum per admodum Illustr. DD. de Fœlicijs Callienses inter DD. de Pacijs ex vna, & de Cenciattis Cantianenses ex altera debet nullum declarari, vel reuocari, cum illud peccet tàm quoad validitatem, quàm quoad iustitiam; quò ad validitatem quidem ex plu-
1 ribus, & primò, † quia illud fuit latum post terminum a Statuto Callij præfixum, nempè post tres menses, vt habetur in d. Statuto *lib. 6. rub. 67. in fin.* ad tex. *in l. cum non ex eo 6. C. quan. prou. non est necess. & in l. 1. in fin. C. de recep. arb.* & tradunt *Afflic. decis. 73. num. 8. Roma. cons. 67. nu. 1. Paris. cons. 134. nu. 14. lib. 4. Magon. decis. Luceu. 98. num. 13. Costa de re integ. dist. vlt. num. 7. Paitel. ad expedit. ciuil. 77. suis Patris num. 36. Franc. Becci. cons. 99. num. 7. et seq. lib. 1. Scacc. de iudi. lib. 2. cap. 2. num. 705. Rota apud Buratt. decis. 29. in fine.*
2 Post lapsum enim diem compromissi expirat omnis potestas arbitratorum *d. l. 1. C. de recep. arb. &*

arb. et l. si cum dies 26. §. si intra ff. eod. tit.
Alex. cons. 82. in prin. lib. 5. Fanc. Becci. d.
3 cons. 99. num. 7. † & cum perempta instantia,
pereant libellus, litis contestatio, & alia acta
ordinatoria iudicij Maran. in pract. par. 5. num.
55. Asin. in pract. §. 2. cap. 15. in prin. Paitel.
exped. ciuil. 16. num. 16. & ibi Adden. nu. 33.
Costa de re integr. d. disti. vlt. num. 11. et seq.
Scacc. de iudi. d. lib. 2. cap. 2. num. 706. meri-
tò laudum, seù sententia non potest esse valida
vt argumentantur Alberi. de Stat. par. 1. cap.
56. nu. 1. et 2. Scacc. d. cap. 2. num. 706. Vinc.
de Franch. decis. 626. num. 2. & Giurb. decis.
83. num. 1.

Quod quidem redditur certissimum in casu nostro,
cum d. Statutum præfigat instantiam causæ, seu
iurisdictioni, non autem Iudici, vt ex ipso Sta-
tuto videre est d. rub. 67. in fin. ibi Addentes,
quod compromissum voluntarium duret per tres
4 menses, et non vltra etc. † quo casu, lapsa instan-
tia, laudum esse nullum nemo dubitat, vt tra-
dunt Alberi. de Stat. d. par. 1. quæst. 56. Bald.
de Stat. in ver. Terminus nu. 3. Maran. in pract.
par. 5. num. 58. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2.
num. 712. alios adducens, Asin. in pract. §. 2.
cap. 3. num. 5.

5 Quod verò d. Statuti dispositio attendenda sit
inter dictas partes facit, quod illud, vti termi-
nans instantiam compromissi, dicitur ordinato-
rium Hond. cons. 24. num. 6. lib. 1. Mascar. de
gener. stat. interpr. concl. 6. n. 197. Giurb. decis.
116. nu. 2. Scacc. de iudic. d. lib. 2. cap. 2. nu.
457. & seq. et n. 692. vers. quia respondeo &c.
Cartar. decis. Genuen. 79. num. 1. Balth. Tomas.
in suis tract. var. tom. 4. de immun. Eccles. num.
370. vbi dicit, Clericum litigantem coram Iu-
dice laico ligari d. Statuto de instantia loquen-
te, vti respiciente ordinatoria iudicij, Caren.
resol. 115. nu. 8. vbi dicit, quod ita omnes con-
cludunt.

6 In ordinatoriis verò seruatur Statutum loci,
vbi fit iudicium etiam inter forenses Rol. cons.
48. num. 6. lib. 3. Hond. cons. 29. nu. 3. & 12.
lib. 2. vbi testatur de communi opinione, Scacc.
de iudic. d. cap. 2. nu. 651. & in tract. de appel.
quæst. 18. num. 4. & 5. Gratia. discep. foren. cap.
545. num. 22. par. 3. vbi dicit, hoc esse in iure
tritum alios adduces concordantes, Thes. Iun.
quæst. foren. 7. n. 3. & 9. lib. 2. vbi de communi
Posti. de subhas. inspec. 24. num. 30. et in spec.
29. num. 56. Guazzi. defen. 36. cap. vlt. nu. 2.
Caren. d. resol. 115. nu. 8. et 9. Rota decis. 552.
num. 6. par. 3. & decis. 305. num. 10. par. 6.
recen.

7 Imò, cum compromissum inter dictas partes
fuerit initum in dicta Ciuitate Callij, attendéda
est dispositio Statuti illius, etiamsi illud respi-
ceret decisoria Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex
defec. proc. num. 56. Scacc. de iudi. in d. cap. 2
num. 655. vers. confirmatur ista &c. Posti. de
subhas. d. inspec. 29. num. 55. Guazzi. d. defen.
36. cap. vlt. num. 5. Balth. Tomas. in d. tit. de
immun. Eccles. nu. 730. in fin. alios referentes
concordantes.

8 Secundò est nullum d. laudum, cum illud sit
excessiuum, & vti latum sub vnica verborum
structura, & non per capita separata, est nullum
in totum Bart. cons. 159. nu. 8. Cæph. cons. 676.
num. 24. lib. 5. Rota apud Burati. decis. 29. nu.
9 15. ad instar sententiæ, quæ ratione excessus in
totum est nulla ob illius indiuiduitatem Gratia.
discep. foren. cap. 363. num. 4. & seq. par. 2. &
cap. 408. num. 1. par. 3. Posti. de subhas. inspec.
50. num. 85. Caren. resol. 45. num. 1. Rub. in
sing. Rot. Rom. tom. 1. ad decis. Pute. 323. lib. 1.
plures adducens Rotæ decisiones, Rota decis.
221. num. 8. & seq. par. 2. diue. & decis. 333.
sub nu. 3. par. 2. rec. & decis. 411. nu. 4. par. 5.
rec. & apud Posti. de subhas. decis. 62. num. 5. &
apud Merli. de pign. decis. 75 nu. 12. & in Anco-
nitana census 21. Decembris 1641. coram R. P. D.
Cerro §. minùs obstat &c. vel saltem est iniusta,
vti lata contra ius litigatoris, vt latè dixi ego
alleg. 34. num. 36. & seq.

10 Ita vt modicus excessus vitiet totam senten-
tiam, & totum laudum, vt tradunt Gratia d. cap.
363. num. 3. Caren. d. resol. 45. num. 1. Rot. d.
decis. 221. nu. 1. par. 2. diue. & in Larinen. fru-
menti 1. Iunij 1577. coram Card. Blanchetto, &
in terminis subhastationis, & executionis latè
probat Posti. de subhast. inspec. 50. num. 9. &
seq. & de manut. obseru. 12. num. 93. alios ad-
ducens sectatores; quod verò dictum laudum
sit excessiuũ infra probabitur, dũ de illius iusti-
tia agetur.

11 Tertiò est nullum d. laudm ex defectu citati-
onis partis l. diem 32. §. si quis ff. de arbi. Cano-
nistæ in cap. Quintauallis 23. & ibi Imol. de iure-
iu. Gabr. com. concl. de citat. concl. 1. num. 44.
& seq. Paitel. ad expedit. ciuil. 77. sui Patris
num. 31. vbi dicit, hoc procedere, etiam data fa-
cultate procedendi de iure, & de facto Blanch.
de comprom. quæst. 9. sub nu. 3. Rota apud Card.
Manti. decis. 299. num. 1. & 2. & apud Zachi
de oblig. came. decis. 41. num. 3. & decis. 26
num. 7. par. 4. rec.

12 Regula enim est generalis, quod in quolibet
actu, in quo pars lædi potest, est citanda, alias
actus est nullus l. de vnoquoque 47. ff. de re iudi.
l. nam ita Diuus 39. ff. de adopt. clem. pastoralis
2. de re iudic. & latè exornant Duen. reg. 92.
Maran. in prac. par. 6. de citat. per tot. Gabr.
comm. concl. de citat. concl. 1. per tot. Scacc. de
iudic. lib. 1. cap. 88. per tot.

13 Cum citatio sit de iure naturæ, & species de-
fensionis, imò dici possit de iure Diuino Genes.
cap.

cap. 3. vbi, *Vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es?* & ideò nullo modo potest omitti *Duen. reg. 92. in prin. Maran. vbi supra nu. 3.* latè *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. citat. post prin. Thoma. decis. Marcb. 99. nu. 6. Posth. de manut. obseru. 79. nu. 3. Rot. decis. 365. n. 3. par 1. rec. & apud Caual. decis. 53. nu. 1. & 2. apud Buratt. decis. 118. num. 8.*

14 Et ideò defectus citationis, vti tollens naturalem defensionem, de iure etiam Diuino competentem, vt supra, est insanabilis *glos. in clem. sæpè 2. de verb. signif. Deci. cons. 603. num. 11. & seq. Vant. in d. tit. de nullit. ex defect. citat. num. 9. Thoma. d. decis. 99. nu. 6. Gargiar. Iun. cons. 97. num. 86. lib. 1. Rot. decis. 179. nu. 2. par. 1. & d. decis. 365. nu. 3. eadem par. 1. rec.* vbi dicit, stante defectu citationis non esse locum arbitrio, & *decis. 312. num. 2. par. 4. rec.*

15 Maximè cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum *l. 1. ff. de arbit. Blanc. de comprom. quæst. 9. sub num. 3. Menoch. de arbitr. casu 8. num. 4. Surd. cons. 472. num. 22. lib. 4.*

Quod verò d. laudũ sit nullũ ex defectu citationis benè probatur ex eo, quia in illius prolatione fuit citatus D. Andreas Pacius filius q. D. Iosephi Pacij prædefuncti minor decimoquarto anno, qui, vti pupillus non potest citari *l. neq; impuberes 22. & ibi Alex. & Doct. communiter ff. de in ius voc. Mising. obseru. 35. cent. 2. per tot. Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. de tuto. & curat. tit. 19. nu. 4219.* & citatus etiam fuit adm. Reu. D. Io. Dominicus eius prętensus tutor, qui eum non fecerit inuentarium, neq; fideiussorem præstiterit, rem pupilli saluam fore, non potuit administrare, neq. esse in iudicio
16 pro d. minore, † itaut laudum contra eum latum sit nullum, licèt secùs esset, si laudum fuisset illi fauorabile *l. si tutor tutus 4. et ibi Bart. Bald. et alij C. in quibus caus. in integ. rest. non est necess.* benè *Mising. obseru. 37. nu. 1. cent. 2.* vbi dicit, hoc esse singulare, & perpetuò notandum, *Rot. Genuen. decis. 18. num. 2. & 11. Borgn. de tuto. & curat. num. 25. et seq. Osasch. cons. 36. num. 14. et seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. num. 107. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 25. de tuto. qui satisd. non ded. diffin. 1. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. et cura. tit. 13. num. 75. et 79. et tit. 19. num. 3342. in fin.* & benè declarat *Rot. apud Verall. decis. 387. par. 2. et decis. 324. nu. 2. par. 3. et apud Greg. XV. decis. 530. nu. 4. et ibi Adden. litera A. et decis. 574. num. 1. et seq.*

17 Qui enim litigat cum tutore debet habere copiam tutelæ, & inuentarij, aliàs sibi imputare debet, si nulliter agit *Bart. in l. si tutor. 4. num. 1. C. in quib. cau. restit. in integ. &c. Vant. de nullit. in tit. de nullit ex defec. mand. nu. 149. Borgn. de tuto. & cura. num. 26. & seq. Mising. d. obseru. 37. num. 2. & 3. cent. 2. Rota apud Greg. XV. decis. 574. num. 5.*

18 Quod eò magis est dicendum, cum dicta tutela fuerit suscepta per D. Io. Dominicum non requisita Matre D. Andreæ pupilli, ipsaq; in mora illam suscipiendi non existente, & sic omninò nulliter, vt not. *Petr.* Rainc. *Bart. Bald. Salic. & alij Doct. communiter in Auth.* Matri, *& Auia C. quan. mul. tutc. offic. fung. Deci. cons. 16. num. 6. Surd. cons. 159. nu. 16. lib. 2. Gabr. comm. concl. de citat. concl. 1. n. 281. Galgan. de tutel. lib. 3. quæst. 11. nu. 11.* quem refert. & sequitur *Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 11. num. 39. & tit. 21. nu. 21.* alios adducens.

19 Citationem autem non fuisse in actu adhibitam, vel minùs legitimè fuisse adhibitam paria sunt *l. pen. in prin. ff. de suis, & legit. hæred. l. si autem nullum 4. C. de legit. hæred. cap. fin. de restit. spoli. Surd. cons. 3. num. 12. & cons. 45. num. 42 lib. 1.* latè *Barbo axiom. 174. num. 14. & 15. Rot. decis. 161. nu. 13. par. 4. rec. tom. 2.*

20 †& citationem inualidam nullum operari effectum, & processũ, ac sententiam non validare, scripserunt *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. cita. num. 22. et seq. Rola. cons. 68. n. 14. & seq. lib. 2.* benè *Gail. obser. 48. nu. 3. lib. 1.* alios adducens *Mising. obser. 18. n. 1. cent. 2. Pereg. decis. Patau. 137. n. 5. Aldoui. cons. 46. n. 1. et 2. Rot. decis. 382. n. 3. par. 4. rec. tom. 2.*

21 Neque obstat, si dicatur citationem fuisse remissam per pactum in cõpromisso appositum ibi *partibus præsentibus, & absentibus, citatis etc.* & ideò illam non fuisse necessariam *Scacc. de iudi. lib. 1. cap. 88. num. 6. Ciriac. contro. 261. num. 17.* ex duobus, & primò, quia d. verba habent tantùm locum in causis modici præiudicii, non autem in causis grauibus, & magni ponderis, vt post *Butr. Lauden. Curt. Sen. Soc. Sen. Aret. et Felin.* per eam adductos in simili firmat R*ota decis. 553. num. 3. par. 1. rec.* ne in arduis & grauibus negociis habenæ arbitris nimis relaxentur, vt aduertit *Rot. loc. cit.*

23 Secundò, quia stantibus verbis suprad. licèt citatio formalis, citra veri præiudicium, non requireretur, tamen cum in compromisso sit deducta res controuersa, & contentiosa, quæ indiget partium scrutinio, & instructione, vt ex actis causæ apparet, requiritur saltem monitio partis, & illius auditio in discussione negocii, & sic illius citatio, vt supra meritis causæ arbitrum informare valeat, itaut arbiter habere possit perfectam cognitionem omnium iurium partis, quæ ipso iure necessaria est, aliàs laudum est nullum, vt tradunt *Salic. in l. societatem 77. §. arbitrorum nu. 14. ff. pro soci.* vbi dicit, quod supradicta verba licèt tollant citationem, non tollunt tamen discussionem

negocij

negocij, & sequitur *Comen. cons. 7. per tot.* & antè eum *Bald. cons. 8. num. 2. & seq. vol. 3.* vbi dicit, dicta verba, licèt tollant citationem, non tollere tamen discussionem iurium, quæ debet fieri cum ipsis partibus, quos referendo sequitur *Laderch. cons. 98. nu. 10.* & ita sentit etiam *Gabr. comm. concl. de citat. concl. 1. nu. 49. & 200.* & post eum *Ciriac. contro. 261. num. 20.* & stantibus d. verbis, *Parte citata, & non citata,* citationem per arbitros omitti non posse, sed habita perfecta cognitione iurium partium tradit *Grat. cons. 158. num. 25. par. 2.* quem sequitur *Gabr. de citat. d. concl. 1. nu. 50.* cum quælibet plenaria potestatis concessio non excludat cognitionem, quę ipso iure necessaria est, & quæ sine d. requisitione, seu monitione haberi non potest, vt not. *Bald. in l. prolatam 4. num. 12. C. de sent. & inter l. omn. Iudic. Laderch. d. cons. 98. num. 10.* & sentiunt *Doct. adducti infra num. 25.* addo *Capic. Latro decis. 167. nu. 33. lib. 2.*

24 Neque obstat pariter, si dicatur, nos versari non solùm in arbitro, sed etiam in arbitratore, qui potest eius laudum proferre sinè partis citatione, vt tradunt *Canonistæ in cap. Quintanallis 33. de iureiu. Gail. obseru. 109. in fin. Soc. Iun. in l. si quis arbitratu 43. num. 53. ff. de verb. oblig.* vbi restatur de veriori, & communiori opinione *Laderch. d. cõs. 98. n. 8.* quã plures recenset *Gabr. de citat. d. concl. 1. nu. 199.* & sequi videtur *Rot. decis. 585. nu. 1. par. 2. rec. quæ apud Buratt. est decis. 70. num. 1.*

25 Quia omisso, quod d. opinio non est tuta, cum contrarium teneant Doct. quamplures, & præcipuè *Bart. in d. l. si quis arbitratu*, quem sequuntur ibi *Petr. Ang. Bal. Imol. & Petr. de Besut.* qui testatur de communi opinione, & dicit in iudicando, & consulendo ab ea non esse recedendum *ff. de verb. oblig. Anan. cons. 83. nu. 2.* vbi dicit istam opinionem vti melioribus rationibus fulcitam esse in iudicando, & consulendo tutiorem, & ita consuluit *Bart. cons. 166. num. 1. et seq.* quem sequuntur Doct. relati per *Gabr. in d. tit. de citat. concl. 1. num. 194.* & hanc communem opinionem testatur *Gail. d. obseru. 109. in fin.* licèt opinio cõtraria ei magis placeat, *Io. Bapt. Perus. de arbitr. lib. 11. fol. 15.* et hanc *Bart.* opinionem fuisse in facto seruatam dicit *Bald.* relatus per *Ias. in d. l. si quis arbitratu sub num. 21.* & illam vidisse pluries seruari in practica dicit *Soc. Iun. ibi num. 56.* & hanc quæstionem difficilem dicit, & de ea dubitauit *Rot. decis. 585. in prin. par. 2. rec.* vt fatetur *Ciriac. d. contro. 261. num. 18.*

26 Non obstat, inquam, d. opinio, quia illa potest habere locum, quando in compromisso fuit deducta res, quę non est litigiosa, quia in d. casu arbitrator fungitur officio negociorum gestoris, seu procuratoris, qui in explicandis negocijs sibi liberè commissis non indiget præsentia constituentium, vt dicit *Rot. decis. 26. num. 6. par. 4. rec.* secùs tamen est, quando in compromisso fuit deducta res litigiosa, & controuersa, quæ indiget partium instructione, & scrutinio, prout in casu nostro, vt apparet ex actis, quia tunc requiritur auditio partium in discussione negocii, & illius requisitio, seu citatio ad hoc, vt super meritis arbitratorẽ informare valeat, ita vt ille habere possit plenam cognitionem iurium partis, quæ omninò necessaria est ad laudum ferendum, aliàs illud est nullum, vt tradunt *Ias. in d. l. si quis arbitratu. 43. nu. 21. Soc. Sen. num. 29. et Soc. Iun. num. 53. vers. in hoc difficili etc. ff. de verb. oblig. Boer. decis. 283. n. 35. Curt. Iun. cons. 33. num. 10. par. 1. Aldobr. cons. 59. nu. 6. Gabr. in d. tit. de citat. concl. 1. num. 200. Alex. cons. 130. nu. 5. vol. 1.* benè *Laderch. d. cons. 98. num. 8. et seq.* alios adducens, *Ciriac. d. contro. 261. n. 18. et seq. Maresco. var. resol. lib. 2. cap. 70. nu. 3.* vbi testatur de communi opinione, & ita tenuisse Rotam Romanam, prout verè ita tenuit *decis. 585. nu. 1. et 2. par. 2. et decis. 26. num. 6. par. 4. rec.*

Licèt enim arbitrator iudicialiter non procedat, debet tamen partes conuocare, audire, & interrogare, meritaq; causæ discutere, quod sine partis vocatione, vel citatione fieri nèquit, quo prætermisso non poterit, quid æquius est, arbitrari, imò præsumitur dolus, qui nunquã censetur remissus, & laudum remanet omninò nullum, vt declarant *Soc. Iun. in d. l. si quis arbitratu num. 53. vers. in hoc difficili etc. Laderch. d. cons. 98. nu. 8. et. seq. Rota d. decis. 585. num. 1. et 2.* de qua monitione, requisitione, seu citatione facienda dicto D. Andreæ pupillo saltem in discussione meritorum causę cum non appareat, vel minùs legitimè facta appareat ad effectum supradictum, meritò dicendum est, d. laudum remanere prorsus nullum per iura supradicta.

27 Quibus eò magis locus esse debet, quia, aut laudum fuit conceptum in personam D. Iosephi Pacij, qui longè ante illius prolationem vitam cum morte commutauerat, & est nullum *l. in summa 59. §. fin. ff. de re iudic. Gabr. cons. 56. num. 15. vol. 1. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. iurisd. nu. 106. Marau. in prac. par. 6. de sent. nu. 107. & seq. Vinc. de Franch. decis. 245. n. 2. & seq. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 17. num. 323.* in terminis de laudo *Caren. resol. 87. num. 16. & 17. Rot. decis. 38. nn. 5. par. 7. rec. & apud Burat. decis. 241. num. 8. & seq. & apud Merli. de pigno. decis. 76. nu. 11.* cum persona mortui non sit supposita iurisdictioni alicuius viuentis, vt tradunt *Vant. & Caren. in loc. supra citatis.*

maxi-

28 Maximè, cum illius mors nota fuerit Iudici,
& parti, vt not. *Mising. obser.* 85. *num.* 4. *cent.*
1. *Gail. obseru.* 109. *num.* 4. *lib.* 1. *Gratia. discep.*
foren. cap. 18. *n.* 32. *par.* 1. *& cap.* 243. *num.*
9. *& seq. par.* 2. *Franc. Becci. cons.* 110. *nu.* 2.
Costa de scien. & igno. cent. 2. *dist.* 74. *num.* 6.
Rot. *d. decis.* 38. *num.* 6. *& apud Buratt. decis.*
241. *num.* 8. *& seq. & apud Merli. de pigno.*
29 *decis.* 76. *num.* 11. licèt hoc non transeat sine
difficultate, cum contrarium, imò scientiam
non requiri tenuerint Doct. quamplures, & pre-
cipuè *Vant. in d. tit. de nullit. ex defec. iurisd.*
num. 106. *Card. Manti. de tacit. lib.* 7. *tit.* 26.
num. 1. *& seq. Surd. cons.* 99. *num.* 14. *lib.* 1.
Guazz. defen. 35. *cap.* 27. *num.* 2. *D. Andreol.*
contro. 30. *num.* 4. *Vinc. de Franch. decis.* 245.
num. 3. *Caren. d. resol.* 87. *num.* 16. *& alij.*

Aut illud fuit cõceptum in personam D. Andreæ
pupilli hæredis, & contra eum ferri non potuit
sine citatione, ratione continuationis iudicij
30 incæpti cum D. Iosepho patre, † cum instan-
tia incepta cum defuncto in compromisso, vel
non transeat in hæredem *Bart. Bal. & Alber. in*
l. diem proferre 32. *§.* 1. *ff. de arbitr. Abb. in cap.*
fin. num. 4. *& seq. de arbit. Asin. in prac. §.* 2.
cap. 12. *num.* 15. vbi dicit, id latius firmasse *in l.*
1. *num.* 148. *ff. de relig. & sumpt. fune. Noal. de*
transm. casu 57. *num.* 25. *&* 33.

31 Vel non transit sinè citatione in personam
hæredis, vt per *Bart. in l. Lucius* 78. *ff. ad Trebell.*
quem refert, & sequitur *Mising. d. obseru.* 85.
num. 3. *Pereg. de fideic. art. vlt. num.* 30. *Costa*
de scien. & igno. d. dist. 74. *nu.* 2. *Noal. d. casu*
57. *num.* 26. ad hoc, vt acta facta repeti
valeant, & ipse possit iura sua deducere, vt
illa per arbitros discuti valeant, quæ dis-
cussio est omninò necessaria ad laudi va-
liditatem, vt not. *Doct. proximè adducti*, & ad
effectum liquidandi, quod sit hæres *Noal. d. num.*
26. quæ cum non sint facta, vel minùs legitimè
sint facta, vt supra probaui, laudum remanet
omninò nullum.

Secundò principaliter d. laudũ peccat, & quidem
32 grauiter quò ad iniustitiam, † quia pro parte
DD. de Cenciattis agentibus contra DD. de
Paciis ad consequutionem caprarum rei vendi-
catione, vt patet ex illorum libello, opus ipsis
erat probare de dominio illarum *l. officium* 9. *ff.*
de rei vendic. Ias. in §. omnium num. 22. *& ibi*
Arct. num. 8. Mising. *nu.* 35. *& Io. Oinot. num.*
61. *Inst. de act. Abb. cons.* 17. *sub nu.* 1. *par.* 2.
Mascar. de prob. concl. 537. *n.* 1. *lib.* 1. *Ciriac.*
contro. 300. *num.* 25. *Rot. decis.* 181. *nu.* 1. *&*
decis. 501. *num.* 1. *par.* 4. *& decis.* 36. *num.* 2.
& decis. 288. *nu.* 2. *par.* 7. *rec.* & alibi passim

33 Et quidem plenè, & concludenter, cum in
rei vendicatione super dominio innitentur ori-
go, & radix petitionis *Bald. in l. cum res* 12. *in*
fin. C. de prob. Crane. cons. 157. *num.* 13. *Masca.*
d. concl. 537. *num.* 2. Rot. *apud Caputaq. decis.*
280. *num.* 4. *par.* 1. *& d. decis.* 181. *num.* 1. *&*
d. decis. 501. *nu.* 1. *par.* 4. *& d. decis.* 36. *n.* 2.
& d. decis. 288. *num.* 2. vna cum identitate illa-
rum, & ipsarum demonstrationibus, vt tradunt
Roffre. *de libell. par.* 1. *in tit. de act. specia. nu.*
1. *& seq. & par.* 4. *in tit. de rei vendic. num.* 9.
Pacell. ad expedit. ciuil. 23. *sui Patris num.* 14.
Alex. cons. 183. *nu.* 17. *lib.* 6. Rota *decis.* 234.
num 14. *par.* 7. *rec.* & per tales probationes,
quæ non possint alijs conuenire *Ruin. cons.* 30.
num. 6. *lib.* 1. *Rota apud Card. Caual. decis.* 128.
num. 1. *et decis.* 295. *nu.* 8. *par.* 1. *et decis.* 96.
nu. 5. *par.* 7. *rec.* quæ cum non fuerint probata,
34 imò neq; articulata, † sequitur, quod dicti Acto-
res non possint obtinere, & DD. de Paciis rei
cõuenti sint absoluendi a petitis ad tex. *in l. qui*
accusare 4. *C. de eden. l. vlt. C. de rei vendi. l.*
actor 23. *C. de prob. cum simil.* & exornant
Alpha. collect. 102. *Paris. cons.* 104. *num.* 1.
et seq. vbi loquitur in terminis nostris *lib.* 1.
Mascar. de prob. concl. 35. *per tot. vol.* 1. plenè
Barbo. axiom. 10. *lib.* 2.

35 Etiamsi dicti rei conuenti nihil probauerint
pro eorum parte, vt tradunt *Doct. in d. l. qui*
accusare 4. & præcipuè *Deci. num.* 14. *Ias. nu.* 5.
& Purpu. nu. 17. *C. de eden. Rola. cons.* 33. *nu.*
16. *& cons.* 58. *num.* 7. *lib.* 2. *Masca. d. concl.*
36. *num.* 22. *Barbo. d. axiom.* 10. *num.* 4. Rot.
apud Cassad. decis. 2. *num.* 2. *de sent. & re iudic.*
& decis. 4. *num.* 2. *de re iudic. in nouis.*

36 Ius enim metimur ex persona actoris, non
autem ex persona rei *l.* 1. *in prin. ff. si pars hæred.*
peta. Surd. cons. 150. *num.* 89. *lib.* 1. *& cons.*
326. *num.* 9. *& cons.* 353. *nu.* 12. *& cons.* 377.
num. 17 *& cons.* 415. *num.* 11. *lib.* 3. *Barbo. d.*
axiom. 10. *num.* 3. *Ciriac. contro.* 236. *num.* 3.
Rot. *decis.* 178. *num.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2. &
ideò ipsi rei conuenti possunt excipere contra
actores, *sine interesse agitis, & quo ad vos liberas*
ædes habemus, l. loci corpus 8. *§. competit*
in fin. ff. si seru. vendi. Ciriac. d. contro. 236.
num. 4.

Neque obstat prætensio dictorum actorum, quod
cum capræ traditæ ad affictum Bastiano Cen-
ciatto affictuario deficiant, illarum damnum,
& deficientia sustineri debeat pro rata caprarũ,
tàm per ipsos actores, quàm etiam per DD.
de Paciis, qui pariter illorum capras locaue-
runt eidem affictuario ex pluribus, & primò
quia, id iure non probatur, vndè intrat regula
37 † quod lex non dicit, neque nos dicere debe-
mus *l. si seruum* 70. *§. Prætor ait. ff. de acq.*
hæred. l. 3. *in fin. ff. de præuari. §. optimum Auth.*
38 *de non elig. sec. nub. mul.* † & quod lege
decisum, vel expressum non inuenitur non est
superstitiosis inuentionibus præsumendum *l.*
dise-

discutientis 5. & ibi Alberi. C. de repud. cap. illa
2. ne sede vaca. Franc. Becci. cons. 35. num. 4. &
cons. 43. nu. 11. Surd. cons. 219. nu. 21. vol. 2.
Barbo. axiom. 136. nu. 7. si enim lex id voluisset,
expressisset *l. vni. §. sin autem ad deficientis C. de*
cadu. tollen. cap. ad audientiam 12. de decim. Surd.
decis. 88. num. 4. & decis. 322. num. 2 2. Tiraq.
in l. si vnquam in verbo libertis num. 3. C. de
reuoc. donat.

Neque vllum potest fieri fundamentum super depositione Antonij Bastianini primi testis Actorum *super 15. articulo* attestantis de solito ita practicandi in d. casu, cum in eius depositione non habeat contestes, sed sit solus, vnde intrat
39 illud tritum pronunciatum, † vox vnius vox nullius, de quo *in cap. in omni negocio 4. in cap. veniens 10. in cap. licèt vniuersis 23. de testi. & in l. ius iurandi 8. C. eod. tit.* quod exornāt *Farina. de testi. quæst. 63. num. 1. & Barbo. axiom. 70. per tot.* & dixi ego *alleg. 1. num. 65.*
40 Consuetudo verò probari debet per duos testes *Guid. Pap. cons. 116. num. 9. & cons. 171. num. 3. 10. Fab. Areti & alij in §. ex non scripto Inst. de iure. natu. gent. &c. Mascar. de prob. concl. 424. num. 4. & 13. lib. 1. Viui. comm. opin. litera I. vers. testes duo sufficiunt &c.* secundùm impressionem Perusinam per reg. *l. vbi numerus 12. ff. de testi.* quam exornat *Farinac. de testi. quæst. 63. num. 262. et seq.* qui debent deponere de visu populi, frequentia actuum, & de diuturnitate tēporis, aliàs non dicitur probata consuetudo *Curt. Iun. cons. 189. num. 10. Deci. cons. 483. num. 20. Mascar. d. concl. 424. num. 2. & seq. Hond. cons. 53. num. 13. vol. 1. Surd. cons. 335. num. 32. lib. 3. Rota Genuen. decis. 117. per tot. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 4. nu. 219. & seq.* de quibus nulla fit mentio per d. testem, meritò &c.

Secundò, quia d. prætensio sustinendi damnum amissionis caprarum pro rata non solùm iure non probatur, imò ius disponit contrarium, cum enim DD. de Cenciattis actores locauerint capras Bastiano Affictuario, illæq; perierint; vt deponunt testes in causa examinati, clari iuris est, quod in damnum ipsorum de Cenciattis perierint, non autem Bastiani Affictuarij, nec
41 DD. de Pacijs ex regula, † quod res perit domino *l. pignus 8. & ibi Bal. C. de pign. act. l. si inter 21. §. 1. in fin. ff. de pigno. Mangil. de euict. quæst. 95. nu. 19. Rot. Genuen. decis. 183. nu. 2. P. Layma. in Theol. moral. sect. 5. tract. 4. cap. 7. num. 3.*

Neque obstat, si dicatur, quòd capræ datæ fuerunt Affictuario ad caputsaluum, & ideò damnum illarum non spectet ad ipsos de Cenciattis, sed ad Affictuarium, & sic locus esse debeat prætensæ partitioni damni pro rata, ex duobus, & primò, quia ex lectura Apocæ super locatione caprarum confectæ apparet, nullam in ea extare pactionem d. caputsaluum inferentem, sed solùm extare promissionem restituendi capras
42 in fine affictus in eodem numero; † quæ cum sit de natura contractus locationis *Caroc. de loca. & cond. par. 6. quæst. 1. num. 5. P. Layma.*
43 *in Theol. moral. sect. 5. tract. 4. cap. 20. n. 4.* † illius expressio non alterat dispositionem, & nihil operatur *Anear. cons. 147. num. 4. Cance. in resp. 2. post 2. vol. var. resol. num. 54. Surd. cons. 110. in prin. lib. 1. Barbo. axiom. 89. num. 15.* alios adducens.
44 Cum verba secundùm naturam contractus sint accipienda, quia id tacitè actum intelligitur inter partes *l. cum quid 3. & ibi Bar. nu. 3. ff. si cert. pet. Bal. in l. si repetendi 7. num. 2. C. de cond. ob cau. Craue. cons. 245. n. 5.* vbi dicit potius verba esse impropria nda, *Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 67.*
45 Et cum interpretatio illa sit recipienda, per quam promissor minùs obligatur *l. semper in obscuris 9. & l. semper in stipulationibus 35. ff. de reg. iur. cap. in obscuris 30. de reg. iur. in 6. Affl. decis. 373. num. 3. Card. Mant. de tacit. d. lib. 2. tit. 4. num. 59. Ciriac. contro. 461. nu. 20.* & quod alter contrahentium damnum nō patiatur *Crau. cons. 245. num. 9. Menoch. cons. 55. num. 23. & cons. 128. num. 10. Card. Manti. d.*
46 *tit. 4. num. 81.* † nec non interpretatio fieri debeat contra eum, qui pacto nititur, qui potuit apertiùs loqui *l. veteribus 40. ff. de pact. Alex. cons. 140. num. 1. lib. 1. Curt. Iun. cons. 124. num. 18. Ceph. cons. 595. num. 17. vol. 4.* latè *Card. Manti. d. tit. 4. num. 99.*

Neque nocet, si replicetur, quòd in Terra Cantiani, & eius territorio adest cōsuetudo locandi oues, & capras ad caputsaluum, & ideò pactum restituendi capras in eodē numero in d. apoca ap-
47 positum debeat importare caputsaluum, † cū contractus recipiat interpretationem a cōsuetudine, cui partes censentur, voluisse se conformare *d. l. semper in stipulationibus 35. ff. de reg. iur. Craue. cons. 20. nu. 7. Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 9. num. 11. Rot. in Romana grani 13. Nouembris 1641. coram R. P. D. Cerro.*

Quia omisso, quod d. consuetudo non præsumitur; sed est probanda, vt dixi *supra num. 39.* quia, inquam, quatenus in d. apoca extaret pactum continens, caputsaluum, illud esset nullum, & fœneratitium, vti redolens societatem leoninam vigore *Bullæ Sixti V. 45. in 2. vol.* Bullar. incipien. detestabilis &c. illud expressè prohibentis, & tradunt, seclusa Bulla, *S. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 39. Corrad. de contract. quæst. 91. Medi. in instruc. lib. 1. cap. 14. §. 27.* & alii relati per *Costam de ratu quæst. 200. nu. 3. & 4.*
48 Neque valet, si dicatur, locatorem posse assecurari a socio de capitali, & certa parte lucri,

quandolocator in recompensationem assecurationis remittit socio certam partem fructuũ caprarum ei tangentem, qua remissione, & cõpensatione periculi stante contractus assecurationis capitalis est licitus, vt in casu nostro, non obstante dispositione d. Bullæ, vt declarant *Nauar. de vsur. num. 32. P. Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 25. dub. 3. num. 32. P, Layma. in Theol. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 20. num. 4. Eminentiss. Card. Lugo de iusti. & iur. disput. 29. sect. 5. num. 74. & disput. 30. sect. 4. num. 40. & seq.* cum aliis per me adductis *alleg. 1. num. 42.* vbi hoc latè comprobaui, quia, quòd fructus caprarum sit tantæ quantitatis, vt, deductis expensis necessariis pro illis alendis, ac custodia illarum, locatori debeatur tanta quantitas fructuum, quæ remitti valeat socio in compensationem assecurationis, & quod pars, quæ ei remittitur, sit iusta, & arbitrio perito-
49 rum, periculo respondeat, † vti in facto consistentia, non præsumuntur *l. in bello 12. §. fact. ff. de capt. et postlib. reu. l. si emancipati 9. C. de collat. cap. licèt 1. de const. in 6.* cum aliis relatis *per Barbo. axiom. 93. nu. 27.* sed debent pro iustificatione d. pacti probari, vti fundamentum intentionis *l. actor. 23. C. de prob. l. qui accusare 4. C. de eden. Barbo. axiom. 103. num. 2. & axiom. 123. num. 1.* Rot. *decis. 576. nu. 24. par. 5. rec. lib. 2.* prout fuerunt probata in casu *dicta allegat. 1.* vt ex ea, *& alleg. sequen.* est videre, de quibus cum non constet in casu, de quo agitur, d. pactum assecurationis capitalis, & caput saluum, quatenus adesset, remanet omninò nullum, præcipuè stante Bulla Sixti Quinti.

Preterea non potest deueniri ad prætensam partitionem damni amissionis caprarum contra
50 DD. de Paciis, quia, aut capræ, quę perierunt, † perierunt ipsis de Cenciattis, vti dominis illarum, iuxta dispositionem tex. *in d. l. pignus 8. & ibi Bald. C. de pigno. act. & in l. si inter 21. §. 1. ff. de pigno.* cum aliis adductis *supra num. 40.* & non est vlteriùs quærendum, nec aliquis alius molestandus, aut perierunt Bastiano affi-
51 ctuario vigore d. caputsalui, † & tunc, cum ipsi Actores habeant actionem directam ex locato pro illarum restitutione contra Bastianum, non possunt vti actione subsidiaria pro partitione damni pro rata contra Pacios, non excusso ipso Bastiano affictuario, illoq; non reperto non soluendo, vt not. *Costa de remed. subsid. prælud. 5. num. 3. & remed. 63. num. 7. Carena resol. 248. in prin.* Rot. *decis. 258. num. 1. par. 4. diuer. et decis. 310. in prin. & decis. 341. nu. 1. & seq. par. 5. rec.* cum remedium ordinarium faciat cessare extraordinarium *l. in causæ 17. ff. de mino. 20. ann. Bart. in l. Prouinciali 3. ff. de nou. oper. nunc. Costa in prac. conuent. par. 1. n. 146. & in rub. de Iudi. n. 115. Barbo. axiom. 202. n. 1.*

Postremò d. laudum est excessiuum, & ideò nullum, seu potiùs iniustum, cũ condemnet Pacios ad restituendum Cenciattis capras nonaginta, ad quarum restitutionem non tenentur, quod aperte demonstratur, quia ipsi de Pacijs receperunt a Bastiano affictuario capras ducentum nonaginta in totum, ex quibus, cum ipsi verè consequi deberent capras ducentum quinquaginta septem dicto Bastiano locatas in pluribus vicibus, vt apparet ex illorũ apocis in iudicio exhibitis, & recognitis, sequitur, quòd receperint indebitè tantum capras trigintatres; non autem nonaginta, ad quarum restitutionẽ
52 laudum illos condemnat, † & ideò illud est notorie excessiuũ, & iniustum ad notata *per Bart. cons. 159. num. 8. Ceph. cons. 676. num. 24. lib. 5. Rot. apud Buratt. decis. 29. num. 15.* vt de sententia tradunt *Gratia. Posth. Theod. Rube. & Rot. in loc. relatis supra num. 9.*

53 Ad constituendum autem sententiam, seù laudum excessiuum sufficit, quod etiam in modico sit excessus, vt probant *Gratia. discep. forens cap. 363. num. 6. Caren. resol. 45. num. 1. Rot. decis. 221. num. 1. par. 2. diuer. & in Larinen. frumenti 8. Iunij 1577. coram Card. Blanchetto, & alij adducti supra num. 10.*

Neque obstat, quod allegatur per Cenciattos, nẽpe capras DD. de Paciis non fuisse, nisi ducentas, & ideò ipsos verè recepisse capras nonaginta vltra numerum eis debitum, quia, si benè aduertantur dicta testium examinatorum pro DD. de Cenciattis, id non apparet concludenter probatũ, Antonius enim primus testis super 3. artic. deponit dubitatiuè per verba *da ducẽto capre*, probatio verò dubia, & incerta non iuuat, in terminis Rola. *cons. 57. nu. 27. & seq. lib. 1. Ceph. cons. 77. num. 27. & seq. vol. 1.* quem sequitur *Farinac. de testibus quæst. 68. num. 4. Surd. decis. 75. num. 17. & decis. 260. num. 9. Caren. resol. 126. in prin.* Rota *apud Duran. decis. 402. num. 21.* non obstante, quòd super interrogatoriis affirmet, illas non fuisse plures, cum ipse fuerit præsens consignationi illarũ, quia capræ fuerunt consignatæ in tribus vicibus, & diuersis temporibus, vt patet ex dictis chirographis desuper confectis, ipse autẽ interfuit vni tantùm consignationi, meritò eius depositio non concludit, illas non potuisse esse numero plures *l. non hoc 4. C. vnde legit. l. neq; natales 10. C. de prob. cap. in præsentia 8. de prob.* cum aliis apud *Barbo. axiom. 91. nu. 2.* maximè cum subiungat, tempore d. cõsignationis non fuisse confectum chirographum, vndè dari potest, quòd tempore confecti chirogra-
56 phi aliæ fuerint consignatæ, † data autem possibili veritate in contrarium, eius depositio corruit *Aldoni. cons. 18. nu. 30. & cons. 31. n. 10.*

Farinac.

Farinac. de testibus quæst. 68. nu. 4. Ciriac. contro. 84. num. 6. & 7. & contro. 150. num. 30. & contro. 180. num. 22. Rota decis. 216. num. 13. par. 6. rec. & apud Greg. XV. decis. 353. num. 2. cum aliis per me adductis *allegat. 1. num. 20.*

Quæ interpretatio benè comprobatur, ex eo, quod non est verisimile, quod Bastianus affictuarius confessus fuerit in eius damnum recepisse ad affictum capras numero plures, quàm verè receperit, cum nemò præsumatur iactare suum *l. cum de indebito 25, vers. qui non soluit ff. de prob. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus num. 206. & seq. C. de renoc. don. Menoch. de arbitr. casu 88. nu. 1. & seq. Barbo. axiom. 112. num. 1.* alios adducens *Rot. decis. 34. num. 3. par. 3. recen.* quod autem non est verisimile, non est credibile *Purpur. cons. 279. n. 16. lib. 1.* Rimi. *Iun. cons. 362. num. 15. & 16. Barb. axiom. 223. num. 7.* maximè cum aliàs sequeretur falsitas contra se ipsum *Mant. cons. 248. num. 3. Silua. cons. 7. num. 11. & seq.*

Secundus verò testis super eodē articulo deponit, nescire quantitatem præcisam caprarum, tertius verò, & quartus testis deponunt dubitati-
58 nè de eorum iudicio *Deci. cons. 363. num. 4. Mascar. de prob. cōcl. 1370. in prin. vol. 3.* alios adducens, plenè *Farin. de testibus quæst. 68. nu. 32. & 33. Ludo. decis. Perus. 28. num. 5. Caren. resol. 194. num. 14. Rota in Bononien. dotis 24. Martij 1634. coram.* R. P. *D. Merlino §. nec aduersantur &c.* testis enim in sua depositione debet simpliciter factum narrare, non autem iudicare *Alex. cons. 132. num. 25. lib. 5. Deci. cons. 156. num. 4. Gabr. cons. 178. nu. 10. lib. 1. Farin.* alios quamplures adducens *d. quæst. 68. num. 32. Caren. d. resol. 194. num. 14. Rot. decis. 107. num. 33. par. 2. diuer.*

59 Nec non deponunt cum dictione in circa, quæ, cum agatur de probanda quantitate præcisa, non potest referri ad modicam quantitatem, sed testium depositionem dubiam reddit, & incertam, itaut non probent *Gratian. discep. foren. cap. 277. num. 10. & 24. & seq. par. 2. & cap. 512. num. 9. & 10. par. 3. Ang.* Grat. *de dictio. dict. 92. num. 4. Barbo. de dictio. dict. 154. num. 6. & 7. Farinac. de testi. quæst. 68. nu. 20. & 21. Rota apud Greg. XV. decis. 290. nu. 3.* quicquid aliàs senserit eadem *Rot. coram Cæs. de Grass. decis. 10. num. 6. de testibus*, quæ habet locum, quando agitur de quantitate non præcisa, vt declarant Doct. supradicti concordando decisiones supradictas, quæ inter se contrariæ videbantur, & ijsdem modis, ac deterius deponunt dicti testes circa numerum caprarū super *6.* & *7.* articulo, vt ex processu est videre, meritò &c.

60 Quod eò magis est dicendum, cum agatur de probando contra chirographa legitimè recognita, quæ dicto casu veniunt appellatione publicorum instrumentorum *Abb. in rub. de fid. instru. post num. 1. & ibi Deci. in fin. Affl. decis. 272. num. 2.* benè *Magon. decis. 15. num. 17. & seq.* vbi dicit, quod dicta scriptura priuata æquipollet publico instrumento *Genua de script. prin. lib. 1. in tit. an scrip. priu. ven. appell. instr. num. 28. Bertaz. de claus. in rubr. num. 3. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. num. 17.* & quæ vigore statuti habent vim publicorum instrumentorum, quando sunt recongita, *Genua de script. priu. lib. 1. in secunda concl. l. scripturas C. qui potio. in pign. hab. num. 30. Gait.*
61 *vbi supra nu. 17. & cap. 2. tit. 8. nu. 3093.* † quo casu requiruntur contra illa concludentes probationes *Bero. cons. 147. sub nu. 34. lib. 2.* Rota *apud Greg. XV. decis. 157. nu. 15.* & ante eum *Franc. Becci. cons. 52. num. 6. lib. 1.*

62 Imò probatio per testes non admittatur cōtra ea, quæ probantur authenticis scripturis *Rot. apud Dura. decis. 426. in fin.* vbi dicitur id-
63 fuisse millies decisum, † cum magis sit inherēdum instrumentis, quam testibus *l. census 10. ff. de prob. Crau. cons. 45. num. 15.* Rota *decis. 91. sub num. 9. et decis. 582. sub num. 6. par. 1. recen. et in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644. coram R. P. D. Bichio in princ.*

Quod quidem laudum patet esse excessiuum per supradicta, non solùm in terminis, de quibus supra, verum etiam quādo esset locus partitioni damni amissionis caprarum pro rata inter dictas partes, quia cum appareat ex chirographis, quod Pacij dederint ad affictum capras ducentum quinquaginta septem, & Cenciatti centum quinquaginta, & quod Cenciatti recuperauerint ab affictuario capras triginta octo, & sic illi defecerint capræ centum duodecim, si esset locus partitioni damni pro rata, Pacij qui dederunt capras 257. tenerentur ad amissionē pro quinta parte ex octo, & Cenciatti pro tertia parte ex octo, vt patet, & sic Pacij tenerentur amittere, & reddere Cenciattis capras septuaginta tantum, quæ est quinta pars caprarum 112. & reliquas quadraginta duas tenerentur amittere Cenciatti, quæ capræ 70. & 42. faciunt numerum caprarum 112. amissarum, vt patet, vndè cum fuerint condemnati in laudo ad restituendum capras nonaginta, laudum remanet semper excessiuum, nullum, & iniustum per iura supra adducta.

Iniustum est etiam d. laudum, dum condemnat dictos de Pacijs ad restitutionem nonaginta caprarum, & ad solutionem affictus illatum, quia quicquid dici possit, quo ad capras trigintatres, quas Cenciatti prętendunt illos habuisse ab Affictuario indebitè, & vltra numerū caprarū 257.

per eos locatas, vt supra. Certè quoad reliqua, quas prætendunt, Pacios teneri restituere, non quia illas habuerint indebitè, sed quia decuiertia illarum debeat eos percutere pro rata, quatenùs teneantur, quod non credo per iura supra adducta, nescio, quo iure Pacij teneri debeant ad restitutionem fructuum illarum, maximè ante litem contestatam, cum ipsi fuerint in bona fide, recipiendo ab Affictuario proprias capras
64 ei locatas, † Ad lucrandum verò fructus non requiritur bona fides positiua, neq; titulus verus; sed sufficit titulus putatiuus, & etiam nullus, vel abesse malam fidem *l. sed & si lege 28. §. scire, & ibi Bart. num. 4. Bald. num. 1. Castr. num. 7. & alij Doct. communiter ff. de petit. hared. Franc. Becci. cons. 95. num. 15. Cabal. cons. 163. num. 40. lib. 1. Hodier. ad Surd. decis. 281. num. 13. & seq.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 74. n. 1. & ibi Adden. litera A. & decis. 320. n. 2. & 3. & decis. 528. n. 7. par. 2. rec. & apud Cenc. de cens. decis. 206. n. 5. & in Mediolan. pensionis 19. Ianuarij 1635. in prin. coram R. P. D. Merlino.*
65 Itaut non solùm ignorantia facti; sed etiam error iuris ad illorum acquisitionem sufficiat *Hond. cons. 31. num. 72. vol. 1. Cabal. d. cons. 163. num. 36. Ant. Franc. Costa cons. 41. num. 31. Franc. Becci. d. cons. 95. num. 15. Hodier. ad Surd. d. decis. 281. num. 13. & seq. Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 629.* Rota *in Melenitana hæredit. 5. Martij 1625. coram R. P. D. Merlino, & in dicta Mediolan. pensionis in princ. corā eod.* cum igitur non constet de aliqua mala fide ipsorum de Pacijs neque vera, neque præsumpta, imò fructus per eos fuerint percepti ex proprijs animalibus, ad restitutionem fructuum nullo modo teneri debent.

Quo verò ad prætensionem scutorum sexaginta vnius de paulis pro parte DD. de Cenciattis, vt in eorum libello, illa compensanda veniunt in creditis DD. de Pacijs, qui è contra sunt creditores ipsorum de Cenciattis in scutis decem & septem de paulis, vt in positione 24. in scutis vigintiquinq; monetæ pariter ex aduerso confessatis, in scutis vndecim de paulis, vt in libris Aromatariæ, & in scutis quatuor de paulis per eos solutis de ordine D. Pauli Cenciatti, quæ constituunt summam scutorum quadraginta octo de paulis, quæ vti liquida veniunt com-
66 pensanda in dictis scutis 61. de paulis iuxta petita per ipsos de Paciis in eorum exceptionibus pro æquiualenti quantitate *l. 1. & tot. tit. ff. & Cod de compen. & not. Graff. de except. excep. 15. per tot.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 568. num. 11. & decis. 503. nu. 24. par. 4. rec. tom. 2.* ille enim, cui obstat exceptio compen-
67 sationis, non dicitur verus creditor. *Posth. de subhast. inspec. 50. num. 37.*
Quare &c. saluo &c.

Fuit lata sententia ad fauorem DD. de Pacijs, dum fuerunt absoluti ab obseruatione iudicij, reseruato iure meliùs agendi, & facta priùs excussione contra Affictuarium per Excellentissimum D. Cæsarem Actium Forosempronien. Iudicem delegatum, & Auditorem Eminentiss. D. Card. Vidman Legati Vrbini in Ciuitate Pisauri de anno 1653. per acta D. Guidi Floridi Not. causæ, & Cancellarij Audientiæ. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Mobilium appellatione an veniant Frumentum, & Vinum, quod est domi vltra vsum familiæ ad effectum vendendi, maximè in contractibus, in quibus sit stricta interpretatio. Legatum an veniat largè interpretandum, maximè, si sit factū amico, vel coniunctæ personæ, & quid stantibus coniecturis, vel communi vsu loquendi. Communis vsus loquendi generalis, & notorius an sit probandus. Masculinum quando concipiat fœmininum in vltimis voluntatibus, & in contractibus.

S V M M A R I V M.

1 *Mobilium appellatione veniunt omnia, quæ moueri possunt de loco ad locum.*
Et ideò veniunt etiā fructus à solo separati. num. 2.
3 *Mobilium appellatione veniunt frumentum, & vinum, quod est in domo venditioni paratum.*
Contrarium tenent veriùs quamplures Doct. & tenet Author. num. 4. & seq.
5 *Frumentum, & Vinum venditioni paratum testator non censetur inter res suas habere.*
6 Lex prædia 27. §. liberto. ff. de fund. instr. declaratur.
7 *Legatum latam admittit interpretationem.*
Cum testator in re legata magis videatur diligere legatarium, quam hæredem. num. 8.
Contrarium tenent plures Doct. num. 9.
10 *Legatum relictum valdè amico, latam admittit interpretationem.*
Et idem est, quando est relictum personæ coniunctæ. num. 11.
Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 12.
13 *Interpretatio stricta fit in contractibus.*
14 *Mobilium suorum stricta appellatione vinum, & frumentum venditioni paratum non veniunt.*
15 *Mobilium appellatione quid veniat, aliud statuitur in vltimis voluntatibus, & aliud in cōtractibus.*
16 *Masculinum concipit fœmininum in testamentis, & vl-*

& vltimis voluntatibus.

In contractibus verò secùs. num. 17.

18 *Verba dubia contrahentium contra eos sunt interpretanda.*

19 *Verba dubia interpretantur contra eos, qui in illis se fundant.*

20 *Mobilium appellatione veniunt etiam frumentũ & vinum venditioni paratum, stante dictione vniuersali, omnia.*

21 *Verba vniuersalia in contractibus, in quibus fit stricta interpretatio, non multum operantur.*

22 *Mobilium appellatione an veniant frumentum, et vinum venditioni paratum, stante dictione vniuersali, omnia, Author distinguit.*

23 *Mobilium appellatione an veniant frumentum, & vinum venditioni paratum, attenduntur cõiecturæ.*

24 *Interpretatio est facienda, ne vnus ex contrahẽtibus sit in damno.*

25 *Interpretatio, quæ inducit iactum, & donationem, est fugienda.*

26 *Frumentum non præsumitur durare vltra trieunium.*

27 *Interpretatio est facienda, per quam excluditur superfluitas.*

28 *Coniecturæ non sunt considerandæ, vti singulæ; sed simul iunctæ.*

29 *Communis vsus loquendi attenditur ad cognoscendum, quid veniat appellatione mobilium.*

30 *Verba secundùm communem vsum loquendi intelligenda sunt.*

31 *Communis vsus loquendi præfertur rigidæ verborum significationi.*

32 *Verba vulgariter prolata non sunt intelligenda secundùm artem litterarum.*

33 *Mobilium appellatione veniunt frumentum, & vinum, stante communi vsu loquendi, quando adest verbum vniuersale, omnia.*

Contrarium tenent plures Doct. ibi nu. 34.

35 *Communis vsus loquendi non præsumitur; sed debet probari.*

Fallit, quãdo ille est vniuersalis, & notorius. num. 37.

36 *Communis vsus loquendi, quod appellatione mobilium veniant solùm supellectilia, & Massaritiæ domus, est vniuersalis, & notorius vbique Terrarum.*

ALLEGATIO LXXIII.



EXcellentissimi Domini. Super articulo, qui modò in controuersiam venit inter Perillustr. DD. Iugales de Ioanninis hæredes q. Perillustr. D. Stephani Rubei de Ciuitate Vrbini ex vna, & Perillustr. D. Hieronymum Rubeum de eodem ex altera, in quo quæritur, An sub nomine Mobilium, quæ in partem obuenère dicto D. Stephano fratri D. Hieronymi in diuisione bonorum paternorum inter eos facta, & quæ in Instrumento transactionis cessa fuerunt DD. Iugalibus de Ioanninis hæredibus D. Stephani pro scutis mille monetæ Vrbinatensis, comprehendantur, & veniant etiã frumentum, & vinum, quæ fuerunt reperta in hæreditate q. D. Ioannis Rubei Patris DD. Hieronymi, & Stephani recollecta in proprijs bonis, & quæ, vltra vsum familiæ, D. Ioannes Pater vendere solebat, vel potiùs illa sint separatim in calculo apponenda, censeo in casu de quo agitur, frumentum, & vinum prædictum non venire sub dicto nomine Mobilium, & ideò illa esse in calculo, vltra dicta scuta mille inter alia bona per D. Stephanum alienata, apponenda ex infrascriptis, & primò.

1 Quia, licèt sub nomine Mobilium omnia contineri dicantur, quæ de loco ad locum moueri possunt, vt tradunt *Deci. cons.* 472. *num.* 4. *&* 5. *Giurb. ad Consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 12. *glos.* 5. *in prin. Merli. de pigno. lib.* 2. *cap.* 49. *in prin. Altogr. cons.* 70. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *& Rota apud Greg. XV. decis.* 257. *num.* 1. *&* 2. *& ibi Adden. num.* 12.

2 Et ideò sub dicto nomine venire etiam fructus a solo separatos, voluerint *Deci. d. cons.* 472. *num.* 1. *& seq. Card. Manti. de coniect. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 5. *&* 6. *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 137. *num.* 10. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 154. *Altogra. d. cons.* 70. *num.* 1. *et per tot. lib.* 1. *& cons.* 35. *num.* 22. *& seq. lib.* 2. *& D. Andreol. contro.* 102. *nu.* 1. *& seq.* qui alios adducunt concordantes.

3 Nec non etiam venire frumentum, & vinum in domo testatoris repertum, & recollectum in propriis bonis, quod vltra vsum, & necessitatem familiæ ipse testator vendere solebat, vt in casu nostro, tenuerint *Deci. d. cons.* 472. *num.* 5. *& sequen. Card. Manti. de coniect. dicto. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 5. *&* 6. *Menoch. d. præsump.* 137. *num.* 10. *Pinell. in rub. par.* 2. *num.* 44. *C. de bon. mater. Palma cons.* 33. *num.* 26. & alii, quos referunt, & sequuntur *Altogra. d. cons.* 70. *nu.* 34. *lib.* 1. *et d. cons.* 35. *num.* 22. *lib.* 2. *& D. Andreol. d. contro.* 102. *post prin.*

4 Dicta tamen opinio non est tuta, & contrariã censeo veriorem, maximè in casu, de quo agitur, nempè appellatione Mobilium non venire frumentum, & vinum, quod testator habebat in domo, vltra vsum familiæ, ad effectum vendendi, quam tenuerunt Doct. quamplures, & præcipuè *Capra cons.* 45. *nu.* 9. *Gabr. cons.* 98. *nu.* 36. *& seq. lib.* 1. latè comprobans, *Simon. de Prat. de interpret. vlt. volu. lib.* 4. *interp.* 1. *dubit.* 8. *num.* 14. *&* 15. *Caroc. decis.* 78. *n.* 11. *Thesa. Iun. quæst. foren.* 26. *num.* 7. *et* 8. *lib.* 1. *Ferrer. ad Constit. Cathal. Hac nostra solu. matrim.*

temp.

temp. 1. declarat. 4. num. 93. & nouissimè latè comprobant *Merli. Pignatel. contro. foren. cap. 65. nu. 17. & seq. cent. 2.* dicens ita fuisse per S. Cons. iudicatum, & *Adden. ad Rot. decis. 90. num. 230. par. 9. recen. tom. 1.*

Qui quidem mouentur per tex. non solum in *l. 1. C. de verb. signif. & in l. generali. 32. §. vxore ff. de vsufr. lega.* quibus respondere conantur Doct. ex aduerso adducti, & præcipuè *Altogr. et D. Andreol. in loc. sup. proximè citatis*, sed etiã per tex. in *l. nam quod liquidè 4. §. item si quis ff. de penu lega.* ibi *Item si quis sit solitus fructus suos vendere &c.* & in *l. cum quæreretur 58. §. lana. ff. de lega. 3.* ibi *Ex quibus pater familias vendere solitus esset &c.* & in *l. pediculis 34. §. item cum quæreretur ff. de aur. & argen. lega.* vbi habetur, quod legato omni ornamento muliebri non venit id, quod negotiandi causa venale proponi soleret, nisi de eo quoq; testatrix sensisse probetur, vt declarat *Merli. Pignatel. d. cap. 65. num. 10.* quæ benè eorum intentionem probare dicuntur.

5 Nec non etiam mouentur ex illa ratione, quia frumentum, & vinum venditioni paratum Testator non videtur inter res suas habuisse *l. seruos autem 71. §. fin. l. nuper 85. ff. de lega. 3.* & fatetur *Ant. Fabr. lib. 1. coniect. cap. 6. vers. Nisi aliquid etc.* & not. etiam *Ferrer. ad Constit. Cathal. Hac nostra d. declar. 4. n. 37.* & benè declarat Merli. *Pignatel. d. cap. 65. n. 6.* vbi dicit ita firmiter tenendum esse, & iuris intellectu illa non censentur esse in domo, sed potiùs casu *d. §. vxori*, & not. *Adden. ad Rot. d. decis. 90. num. 231. par. 9. rec. tom. 1.* nec non etiam, quia illa non dicuntur ad perpetuum vsum destinata, vt docent *Gabr. d. cons. 98. num. 37. et* Merli. *Pignatel. d. cap. 65. num. 10. in fin.* & ante eos senserat Cuman. *in d. l. generali 32. §. vxori ff. de vsufr. lega.*

6 Quibus non videtur obstare tex. in *l. prædia 27. §. liberto ff. de fund. instr.* super quo se fundant Doct. contrarium tenentes, cui dicit *Altogr. d. cons. 75. num. 22. lib. 2.* responderi non posse, quia vltra solutionem d. tex. allegatam *per Gabr. d. cons. 98. nu. 41. et cons. 103. n. 8. vol. 1.* quæ cum apud eum videri possit, illam breuitatis gratia non refero, illi benè satisfacit etiam *Merli. Pignatel. in d. cap. 65. num. 24. et 25.* dicens, ideò residuum illud vini viuo testatore venditi legato cedere, quia ex verbis in legato contentis, ex eorumdemq; generalitate *et his, quæ in eodem essent cum morior etc.* videtur illud pro suo testator habuisse, argumento eorum, quæ eleganter disserit *Pomp. in l. nuper 85. ff. de lega. 3.* Eo præcipuè, quod eius traditione ad huc non facta dominium non erat in emptorem translatum *l. traditionibus C. de pact.* & ideò merito legato cedere dixit I. C. ad hoc enim satis est, vt tanquam suum testator habuerit, cum in legatis ad certam sumendam coniecturam voluntatis testatoris non de iure, sed de facto quæri oporteat ad tex. in *l. Seiæ 20. §. fin. iuncta glos. in verbo non de iure ff. de fund. instr.* & not. eleganter *Camill. de Medi. cons. 7. num. 4* Hæc Merli. *Pignatel. d. cap. 65. num. 24. et seq.*

Secũdò respondeo magis strictè ad casum nostrũ, quod tex. *in §. liberto* loquitur in legato mobi-
7 lium, prout faciunt Doct. ex aduerso adducti. † quod latam admittit interpretationem *ad tex. in l. in testamentis 12. ff. de reg. iur.* vt tradunt *Arg. & Castr. in l. certo generi 13. ff. de seru. rust. præd. Crot. in l. 1. nu. 2. ff. de lega. 1. Alex. in l. si ita scriptum 46. nu. 4. ff. de lega. 2. Bart. cons. 195. nu. 2. lib. 1. & cons. 51. n. 4. lib. 2. Bald. cons. 58. in prin. lib. 3. & cons. 59. nu. 4. lib. 5. Anear. cons. 27. num. 6. Corn. cons. 216. num. 16. lib. 2. Deci. cons. 389. nu. 2. & cons. 652. num. 6.* latè *Natt. cons. 626. per tot.* & latissimè comprobat *Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 1. num. 28. & seq.* vbi testatur de veriori opinione, & contrariis benè respondet, & idem tenent *Bero. quæst. 30. num. 10. & Paul.* Rube. *resol. pract. de testam. cap. 5. num. 87.*

8 Cum testator in re legata magis videatur diligere legatarium, quam hæredem arg. *§. 1. vers. in summa Inst. de donat.* quem ad hoc propositũ ponderat *Card. Manti. d. tit. 1. num. 39.* & not. etiam Caroc. *decis. 56. num. 15. Gratia. discep. foren. cap. 611. n. 36. par. 4. et cap. 955. n. 36. par. 1.* maximè cum in re legata legatarius quodammodo hæres appelletur *l. id tempus 14. §. in re legata in fin. ff. de vsu cap.* Card. Mant. *d. num. 39.* R*ota decis. 261. n. 2. par. 1. rec.* cum quibus pertranseunt Ciriac. *contro. 490. n. 13. et* Calui. *de æquit. lib. 2. cap. 145. num. 20.*

9 Quod licèt non videatur transire sine aliqua difficultate, cum contrarium alij sentiant, & præcipuè *Hond. cons. 63. num. 48. et seq. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 321. num. 101.* Calui. *de æquit. d. cap. 145. num. 16. et* Castill. *de vsufr. cap. 9. num. 37.*

In casu tamen *d. §. liberto* videtur id clarè procedere, cum legatum factum fuerit propriæ libertæ, & pro tertia parte etiam hæredi institutæ, vt dicit *glos. ibi*, & sic personæ valdè amicæ, &
10 dilectæ, † quod certum est latam admittere interpretationem, vt not. *Menoch. de arbitr. casu 146. in prin.* Costa *de fact. scien. et igno. cent. 1. dist. 66. n. 2. Gratia. discep. foren. d. cap. 955. num. 34. et 51. par. 5. et Calui. de æquit. d. cap. 145. nu. 15.* & in terminis nostris, quando legatum fuit relictum personæ etiam hæredi institutæ, quod latè sit interpretandum, vti magis dilectæ relictum admittit *D. Andreol. d. contro. 102. sub num. 9.* alios adducens concordantes,

dantes, nec non Rota in Mutinen. dotis 15. Nouembris 1641. coram Eminentissimo Card. Panzirolo, quam referunt Adden. ad Rot. d. decis. 636. num. 72.

11 Ad instar legati relicti personæ coniunctæ, quod pariter latè venit interpretandum ad fauorem legatarij Caroc. decis. 56. num. 13. latè Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 23. et seq. Gratia. discep. foren. cap. 70. n. 6. par. 1. vbi testatur de veriori opinione, & cap. 611. num. 17. et seq. et n. 34. par. 4. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 105. nu. 29. et seq. latè Adden. ad Rot. decis. 636. num. 65. et seq. par. 4. rec. tom. 3. Illustrissimus Dominus meus Sperellus Episcopus Eugubinus decis. 176. nu. 73. et seq. Calui. de aquit. d. cap. 145. num. 20. et seq. Rot. decis 309. num. 13. et decis. 265. in fin. et decis. 337. num. 7. par. 1. rec. et decis. 680. n. 5. par. 4. rec. tom. 3. et decis. 239. num. 10. par. 7. rec. et in Romana legati 24. Ianuarij. 1642. coram R. P. D. Royas §. prima desumpta etc. & tradunt etiam Altogra. d. cons. 70. num. 14. et D. Andreol. d. contro. 102. nu. 9. qui in hac præsumpta dilectione testatoris quo ad extensionem legati mobilium, ita vt veniat frumentum, & vinum, magnum faciunt fundamentum.

12 Quicquid contrarium senserint Hond. cons. 63. num. 48. & seq. lib. 1. & cons. 57. nu. 37. & seq. lib. 2. Mangil. de euict. quæst. 63. n. 25. et Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 106. num. 18.

13 Nos autem sumus in contractibus, in quibus stricta sit interpretatio, & verba strictè accipiuntur l. quicquid adstringendæ 99. ff. de verb. oblig. Bart. in l. obuenire 130. ff. de verb. signific. Bero. quæst. 30. num. 10. Hond. cons. 111. n. 26. lib. 1. in terminis transactionis, vt in casu nostro, Fusar. de subst. quæst. 311. num. 89. Adden. ad Rot. decis. 199. n. 79. par. 8. rec. Rota decis. 172. nu. 90. par. 6. rec. & apud Zacch. de oblig. camer. decis. 242. num. 9. vbi dicitur, verba in contractibus esse strictissimè accipienda.

14 Mobilium autem suorum, & bonorum stricta, & rigorosa appellatione frumentum, & vinum venditioni destinatum non veniunt l. argumento 25. §. si quis addiderit, l. pediculis 34. §. item cum quæreretur ff. de aur. & arg. lega. Ant. Fab. lib. 1. coniect. cap. 6. vers. Nisi aliquid &c. Gabr. d. cons. 98. num. 2. Merlin. Pignatel. d. cap. 65. num. 29. cent. 2.

15 Et in terminis nostris hanc differentiã, quòd disposita in legatis, seù vltimis voluntatibus, in quibus sit lata interpretatio quo ad appellationem Mobilium, non sint attendenda in contractibus, in quibus sit stricta interpretatio, agnouit Bart. in l. si ita 8. col. 2. ff. de aur. & argen. lega. & in l. quidam 7. ff. de vino, oleo, triticoq; lega. quem referendo sequitur Bero, d. quæst. 30. num. 10. meritò &c.

16 Hinc videmus, quòd in testamentis, & vltimis voluntatibus masculinum concipit fœmininum l. qui duos 60. ff. de lega. 3. Fusar. de subst. quæst. 311. per tot. D. Andreol. contro. 134. num. 29. Adden. ad Rot. decis. 199. num. 149. & seq. par. 8. rec. Rot. decis. 316. nu. 2. par. 1. rec. & decis. 98. num. 7. par. 8. rec. & in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 13. May 1641. coram Reuerendissimo Merlino Decano §. comprahenditur &c.

17. Quod tamen in contractibus est secùs, in quibus fit stricta interpretatio Rolan. cons. 93. num. 12. & seq. lib. 2. vbi testatur de communi opinione Benint. decis. 52. in prin. Gratia. discept. foren. cap. 58. num. 15 par. 1. Clar. in §. emphyt. quæst. 32. num. 3. & ibi Adden. litera B. Fusar. d. quæst. 311. num. 89. latè Adden. ad Rot. d. decis. 199. num. 92. & 151. vbi testatur de magis recepta DD. opinione, & quamplures adducunt ita sentientes Gamma. decis. Lusit. 233. num. 8. qui pariter testatur de magis communi Doct. opinione, Rota apud Card. Seraph. decis. 504. per tot. & hanc opinionem magis communem propter authoritatem Rotæ dicit Altog. cons. 22. num. 23. lib. 1.

Quæ quidem redduntur certiora in casu nostro,
18 † cum verba dubia contrahentium contra eos sint interpretanda, cum potuerint apertiùs legem dicere, ad tex. in l. veteribus 40. ff. de pact. Rube. Alex. cons. 128. sub num. 15. Alcia. cons. 96. num. 34. et cons. 563. num. 2. Peregr. de fideic. art. 26. num. 8. Adden. ad Rota d. decis. 199. num. 143. par. 8. rec.

19 Et interpretanda pariter veniant contra illos. qui in eis se fundant, quales sunt DD. Iugales de Ioanninis cap. contra eum 57. de reg. iur. in 6. Surd. decis. 322. num. 63. Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 99. latè Barbo. in collect. ad. d. cap. contra eum in prin. Adden. ad Rot. d. decis. 199. num. 144. Altogra. cons. 90. num. 38. lib. 1. Rota decis. 126. num. 7. par. 8. recen.

Neque DD. de Ioanninis fundamentum facere possunt super illa dictione vniuersali, tutti i mo-
20 bili, † qua stante, appellatione mobilium venire etiam frumentum, & vinum, quod testator habet venale, vltra vsum domus, voluerunt Menoch. d. præsup. 137. num. 5. & cons. 407. num. 16. lib. 4. Palma d. cons. 33. num. 2. Altogra. d. cons. 70. n. 6. & D. Andreol. d. contro. 102. num. 7. quasi ex appositione d. verbi vniuersalis, omnia, legatum, seù promissio non recipiat restrictionem, vt aduertit Merli. Pignatel. d. cap 65. num. 8.

21 Quia respondeo duplicitee, & primò, quod, cum nos simus in contractibus, in quibus fi stricta, imò strictissima interpretatio, vt supra

pro-

probaui, verba vniuersalia non sufficiunt, & non operantur d. effectum *l. si de certa 31. & ibi not. C. de transf. Soc. cons. 266. nu. 15. lib. 2. Rota apud Zacchi: de oblig. exmer. decis 93. num. 15.*
22 Secundò respondeo distinguendo, quòd, aut dictum verbum vniuersale est appositum in legato, vel promissione generis generalissimi, puta, *omnia bona, omnes res &c.* & tunc illud non restringitur ad bona, & res, quas testator, vel alius tanquam suas habuit; quin veniant etiam venalia; aut est appositum in legato, vel promissione generis subalterni, puta mobilium, supellectilium &c. & tunc frumentum, & vinū venale non cedere legato, statuit I. C. *in l. pediculis 34. §. item cum quæreretur ff. de aur. & arg. lega.* vbi, legato omni ornamento mulîebri non venit id, quod negociandi causa venales proponi soleret, nisi de eo quoq; testatrix sensisse probetur, vt bene declarat *Gabr. d. cons. 98. nu. 11.* & post eum *Merlin. Pignatel. d. cap. 65. nu. 10. & 11.* vbi dicit, dictam distinctionem *Gabr.* securiorem esse, & tex. *in d. §. item cum quæreretur* doctè more suo expendit.

Secundo principaliter frumentum, & vinum supradictum nō continentur sub dicto verbo, *mobilium*, in casu nostro, cum plures coniecturæ
23 suadeant contrarium † quas ad hoc propositum, cum agatur de re dubia attendendas esse, dixerunt *Borgni. de vsufr. mul. reli. sub nu. 82. Thesa. Iun. d. quæst. foren. 26. num. 9. D. Andreol. d. contro. 102. nu. 9. & Altogra. d. cons. 70. n. 10. & 11. lib. 1. Adden. ad Rot. d. decis. 50. num. 204. par. 9. rec. tom. 1.*

Prima autem coniectura, & illa quidem admodum vrgens, desumitur ex eo, quòd mobilia in partem obuenta D. Stephano Rubeo, & concessa DD. de Ioanninis pro scutis mille absq; frumento, & vino, de quibus supra, longè superant valorem dictorum scutorum mille, vt ex Inuentarijs desuper confectis clarè videre est, ita ut, si sub dicto nomine, *mobilium*, compræhenderentur etiam frumentum, & vinum, quod supponitur pro parte D. Stephani ascendere ad scuta octingenta circiter, DD. de Ioanninis habuissent mobilia scutorum mille octingentū pro scutis mille tantum, & sic D. Hieronymus remansisset enormiter læsus, & grauatus in scutis octingentis circiter, quod nullo modo est di-
24 cendum, † cum interpretatio semper sit facienda, ne vnus ex contrahentibus sit in damno, maximè ita manifesto *Altogra. cons. 22. n. 26. lib. 2. Rota apud Buratt. decis. 359. num. 11. & decis. 471. num. 11.* & per quam euitatur iniustitia *eadem Rota apud Buratt. decis. 96. num. 17. & apud Cenc. de cens. decis. 554. num. 9.* & ne vna ex partibus sit decepta *Rot. apud Greg. XV. decis. 126. in fin.*

Secunda desumitur coniectura, quæ non multùm distat a superiori, quia, si sub dicto verbo, *mobili*, quæ fuerunt data pro scutis mille contineretur frumentum, & vinum, D. Hieronymus donasset DD. de Ioanninis, & sic proiecisset scuta octingenta circiter, vt supra, quod pari-
25 ter non est dicendum, † cum interpretatio, quæ inducit donationem, & iactum, omninò sit fugienda *Rota decis. 517. nu. 3. par. 5. rec. lib. 2. & in Pisauren. iocalium 22. Iulij 1648. coram R. P. D. Arguelles §. quibus sic præmissis &c.*

Tertia coniectura desumi potest ex illis verbis, *Siano, ò non siano hoggi in essere*; quia, cum frumentum, & vinum in partem obuenta D. Stephano, in esse post annos octo circiter, esse non
26 potuerint, † cum illa non præsumantur durare vltra triennium, vt post *Barbo. in l. diuortio 8. §. interdum n. 43. ff. solut. matr. Surd. decis. 81. in fin.* & alios per eum relatos firmat *Gratia. discep. foren. cap. 243. num. 70. par. 2.* si de illis etiam fuisset intellectum in d. transactione,
27 dicta verba fuissent superflua, vt patet; † interpretatio autem semper est facienda, per quam euitetur superfluitas *Surd. cons. 294. nu. 27. & seq. lib. 2. & decis. 272. num. 36. Rota in Spoletana successionis 17. Februarij. 1642. coram R. P. D. Pentingerio §. quibus addebatur &c.* & ideò dici debet, quòd d. partes sub d. verbo, *mobili*, intellexerint de mobilibus, quæ communiter vocantur supellectilia domus, quæ poterant adesse, & non adesse de tempore initæ transactionis, non autem de frumento, & vino, quæ necessariò de dicto tempore adesse non poterant.
28 Maximè iunctis supradictis alijs coniecturis, † cum coniecturæ non sint considerandæ, vti singulæ, & separatæ, sed simul iunctæ, ita vt vna aliam foueat, & adiuuet *Hond. cons. 54. nu. 13. lib. 2. Rot. apud Greg. XV. decis. 330. num. 10. & decis. 356. num. 18. & decis. 422. num. 23. par. 4. rec. tom. 2. & in Vrbinaten. prædij 3. Iunij. 1650. coram* R. P. D. *Bichio §. quare non applicatur &c.* vbi aliæ recensentur.

Postremò frumentum, & vinum non veniunt sub d. appellatione mobilium in casu nostro, stante
29 communi vsu loquendi, † qui venit in hoc attendendus, & qui rigidæ verborum proprietati est præferendus, iuxta quem mobilium appellatione veniunt tantùm, & intelliguntur supellectilia, & Massaritiæ domus, non autem frumentum, vinum, oleum, & similia, vt tradunt *Io. Andr. ad Specul. in tit. de fruct. & inter §. 1. vers. sed posse &c. Oldra. cons. 219. in fin. Natt. cons. 117. nu. 6. par. 1. Thesa. Iun. quæst. foren. 26. num. 3. & seq.* vbi dicit, ita in illo Excellentiss. Senatu fuisse iudicatum. *Pinell. in in l. 1. par. 2. num. 51. C. de bon. mater. Caroc. d. decis. 78. nu. 7. & seq.* vbi hoc latè comprobat, & dicit, quòd ita communis vsus obseruat.

Odd.

Odd. conf. 30. num. 19. lib. 1. vbi dicit, hodiè de communi vsu loquendi appellatione mobilium venire tantùm massaritias, & supellectilia domus *Plot. de in lit. iuran. §. 1. sub nu. 15. Castill. de vsufr. cap. 38. nu. 24. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 12. glos. 5. in prin. Merlin. de pigno. lib. 2. quaest. 48. nu. 24. & 49. num. 11. Thesa. decis. Pedem. 160. num. 7.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum, *Aldera. Mascard. de genera. stat. interp. concl. 3. num. 15.* ita vt meritò dicendum sit, hanc esse receptam Doct. opinionem.

30 Verba enim secundùm communem vsum loquendi intelligenda sunt, vt post illud Poetae *Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque Quae nunc sūt in honore vocabula, si volet vsus etc.* benè adnotauit *Alder. Mascar. d. concl. 3. n. 2. & seq. nec non Alex. conf. 69. n. 4. lib. 6. Franc. Becci. conf. 1. n. 4. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 313. nu. 22. par. 2.* maximè in legatis *Rot. in d. Romana legati. coram R. P. D. Royas.*

31 Qui communis vsus loquendi est tantae potentiae, vt praeferatur propriae verborum significationi *l. cum de lanionis 18. §. asinam ff. de fund. instr.* & tradunt *Aldera. Mascar. d. concl. 3. num. 3. Guid. Pap. decis. 148. in prin.* & alij Doct. supra proximè adducti *Massin. de confisca. quaest. 29. num. 51. Rot. vbi supra.*

Ita vt cessare dicatur ambiguitas d. verbi *mobili* propter communem vsum loquendi, qui est, vt de supellectili, & similium intelligatur, non autem de frumento, vino, oleo &c. *l. 1. 2. & 3. & l. supellectilis 6. ff. de supell. lega.* & benè declarat *Thesa. d. decis. 160. num. 7.* vbi dicit, dictum verbum *mobili* non ad legistarum ambiguitatem, sed ad ipsum communem vsum loquendi esse referendū, vt ibi per eum, maximè cum dictum verbum sit expressum in instrumē-

32 to transactionis vulgariter *i mobili*,† quod non venit intelligēdum secundùm artem literarum, sed secundùm vulgarem loquendi vsum *Bald. in l. lege. 12. tabularum 14. n. 3. C. de legit. haered. Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 8. sub num. 9. Ciriac. contro. 8. num. 115. Farin. conf. 45. nu. 25. lib. 1.*

33 Non obstante dictione vniuersali *Omnia* in transactione apposita, vt tradunt *Altogra. d. conf. 70. num. 19. D. Andreoli d. contro. 102. n. 20. &* Rota *apud Greg. XV. decis. 257. n. 10.* quia vltra superiùs adducta, quae hic non repe-

34 to, *num. 20.* stante dicto communi vsu loquendi, adhuc non venire sub dicto nomine Mobilium frumentum, vinum, & similia praecipuè destinata ad vendendum, voluerunt *Card. Zabar. conf. 51. in fin. Plot. de in litem iur. §. 1. n. 15. Thesa. Iun. d. quaest. 26. num. 10. Merlin. de pignor. lib. 2. quaest. 48. num. 25.* & in fortioribus terminis tenuerunt *Gabr. d. conf. 98. n. 39. lib. 1. & Merlin Pignatel. d. cap. 65. n. 10. & seq.*

35 Quibus non obstat, quod dictum commune vsum loquendi adesse in Ciuitate Vrbini non praesumatur, sed sit probandum per allegantem *Card. Manti. de coniect. d. lib. 9. tit. 3. n. 8. Thesa. d. decis. 160. num. 8. Altogra. d. conf. 70. num. 18. lib. 1. D. Andreol. d. contro. 102. num. 19. Rota apud Greg. XV. decis. 257. n. 10.* ita vt, si ille non probetur, non sit recedendum a propria verborum significatione *l. non aliter 67. ff. de lega. 3. l. si aliq 19. ff. de vsufr. lega. Card. Manti. de coniect. d. l. 9. tit. 3. n. 8. in fin.*

36 Quia, cum d. communis vsus loquendi sit notorius, publicus, & generalis vbiq; terrarum, vt testantur *Oldra d. conf. 219. vers. cum igitur & c. Caroc. d. decis. 78. num. 10.* vbi dicit, illum esse vniuersalem, *Castill. de vsufr. d. cap. 38. nu. 25.* vbi dicit, dictum vsum adesse vbique Terrarum, & ideò illum non esse probandum, & quod ita ipse in facto iudicaret *Pinell. de bon. mater. d. par. 2. num. 50. Odd. d. conf. 30. nu. 19. & seq.* vbi firmant, ita hodiè esse communem loquendi vsum, vt d. verbum *mobilium* intelligatur de supellectili domus tantùm, & ita illud intelligi in Ciuitate Bergomi, dicit *Caph. conf. 598. num. 57. lib. 4. Thesa. d. decis. 160. num. 7.* vbi dicit, dictum communem loquendi vsum adesse, non solum in Regione Pedemontium, sed etiam in tota Italia, vt per se manifestè quidem patet, cum nullum ferè reperiri posse crediderim, qui interrogatus quidnam per dictum verbum *i mobili* vulgariter prolatū, vt in casu nostro, intelligat, aliud sit responsurus, nisi illud intelligere de supellectilibus, & massaritiis domus, vt testantur Doctores supradicti, & vltra eos *Adden. ad Greg. XV. d. decis. 257. num. 15. in fin.*

37 Et ideò ille non est probandus, sed sufficit allegari, ita vt Iudex ex se ipso supplere possit *Deci. conf. 284. num. 10. & conf. 540. nu. 12. Crauet. conf. 137. num. 5. Simon. de Praet. de interpr. vlt. vol. lib. 1 dubit. 3. solut. 11. n. 7. Caroc. d. decis. 78. sub num. 10. Castil. de vsufr. d. cap. 38. num. 25.* vbi dicit, quod ita semper iudicaret, *Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 8. n. 10. Aldera. Mascar. d. concl. 3. nu. 51. Adden. ad Greg. XV. d. decis. 257. nu. 15. in fin. Rota apud Card. Seraph. decis. 730. num. 7.* addo ita sentientem *Farinac. conf. 30. num. 104. lib. 1.*

Maximè cum tot insignes Doctores testentur, dictum communem vsum loquendi esse generalē, & notorium, quo casu omninò illi standum esse post *Crauet. Rola. & alios* per eum adductos scribit *Giouagno. conf. 46. num. 30. lib. 1.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa supradicta adhuc non fuit terminata per sententiam, quod sciuerim. Laus Deo, & Virgini Deiparae &c.

ARGVMENTVM.

Promissio alicuius summæ facta per aliquem nullo iure cogente an dicatur donatio. Donatio inter viuos an reuocetur per superuenientiam filiorũ *ad l. si vnquam* 8. C. *de reuoc. donat.* Dicta *l. si vnquam* an habeat locum, quando donatur dimidia pars bonorum, vel aliqua pars minus dimidia, & quid stante iuramento in donatione apposito. Dispositio *d. l. si vnquam* an habeat locũ quando pater post liberos susceptos diù tacuit, nulla de reuocatione facta mentione, & an habeat locum in donatione remuneratoria, & in donatione ex causa dotis.

SVMMARIVM.

1 *Promissio alicuius rei, vel quantitatis alicui nullo iure cogente facta, & nihilo ex parte recipientis dato, vel promisso dicitur donatio.*
2 *Donatio dicitur omnis gratuita pactio, promissio, cautio de dando, concessio, & remissio ex causa liberali proueniens.*
3 *Contractus ad qualitatẽ cognoscendam non verborum sonus, sed effectus illius attendendus est.*
4 *Decretum Domini directi etiam in Castris Vassallorum locum habet.*
5 *Statuti dispositio facit rem claram, & manifestã Ita vt omnẽ faciat cessare disputationẽ. n. 6.*
7 *Iuramentum metu, & dolo extortum non firmat actum inualidum.*
8 *Statuta condita a laicis non possunt disponere de iuramento.*
9 *Iuramentũ de iure Canonico non confirmat actũ dolosum, nec meticulosum.*
10 *Donatio per superuenientiam filiorum reuocatur. Cum illa censeatur continere tacitam conditionem, si liberi non nascantur num. 11.*
12 *Donatio per superuenientiam filiorum reuocatur non solùm si donata sint omnia bona, sed etiam si sit donata dimidia pars illorum. Ac etiam, si sit donata pars minor dimidia, si sit talis, quam donator, si de filijs cogitasset, illam non donasset. num. 13.*
14 *Dictio, aliqua, de sui natura designat rem aliquam singularem, & particularem.*
15 *Donatio rei minimi valoris, non reuocatur ex dispositione* l. si vnquam C. de reuoc. donat.
16 *Donatio quando dicatur talis, quam donator non fecisset, si de liberis cogitasset, remittitur arbitrio Iudicis.*
17 *Donatio per superuenientiam filiorũ reuocatur, non obstante iuramento.*
18 *Iuramentum non firmat actum inualidum ex defectu consensus.*
19 *Iuramentum non extenditur ad incogitata.*
20 *Iuramentum intelligitur, rebus sic stantibus.*
21 *Iuramentum recipit eãdem interpretationem, & conditiones, quas recipit actus, super quo fuit iuratum.*
22 *Iuramentum contractui adiectum nõ auget illius obligationem, sed solùm religionis vinculum addit.*
23 *Donator, si susceptis liberis diù taceat, videtur donationem factam confirmare. Procedit, quando donatarius possidet rem donatam, & donans tacendo permittit illum possidere, aliàs secùs. num. 24.*
25 *Annalia ad agendum, perpetua sunt quo ad excipiendum.*
26 *Donator si susceptis liberis diù taceat, quod non censeatur illam confirmare, etiamsi donatarius possideat rem donatam, tenent quãplures Doct.*
27 *Dispositio* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *non habet locum in donatione remuneratoria.*
28 *Meritorum assertioni non statur, quando donatio fit inter personas prohibitas. Aliàs per dictam assertionem fieri posset fraus legi. n. 29. Etiam stante iuramento in contractu donationis apposito. num. 30.*
31 *Dispositio* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *habet locum etiam in donatione ex causa dotis.*
32 *Dos, quando promittitur ab extraneo nullo iure cogente, dicitur continere titulum lucratiuum.*
33 *Dispositio* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *dicitur fauorabilis, et ideò extendenda.*

ALLEGATIO LXXIV.



Excellentissime Domine. Viuanus q. Bertini de Castro Insulæ Fusariæ de anno 1610. promisit in vim donationis inter viuos D. Sueuę q. Bertardini eius nepti de Castro Frõtoni florenos ducentos monetæ nouæ eidem soluendos quando maritabitur, vt constat ex publico instrumento, ad quod &c. post quàm promissionem, & donationem Viuanus donator filiam suscepit, cum tempore donationis liberis careret, & dicta filia post se relicta ex hac vita migrauit, quæ cum de præsenti conueniatur medio iure a D. Sueua donataria ad solutionem dictorum florenorum ducentorum ei per Viuanum Patrem promissorum prætendit donationem prædictam impugnare ex remedio *l. si vnquam* 8. *C. de reuoc. donat.* quæritur ergo an iuridica sit illius prætensio.

In qua difficultate censeo, filiam Viuani prædicti bonum ius fouere, illamq; debere in sua exceptione ex remedio *l. si vnquam* 8. *C. de reuoc. donat.*

donat. obtinere. Pro cuius rei euidentia ante om-
1 nia præmitto,† promissionem prædictam Viuani dandi florenos ducentos D. Sueuæ quando maritabitur, vti nullo iure cogente factam, & nihilo pro parte D. Sueuæ Viuano dato, vel promisso, importare meram donationem ad tex. in l. 1. in prin. ff. de donat. Ang. cons. 254. num. 3. Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 2. in prin. Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 4. in prin. Clar. in §. donatio quæst. 16. versic. idemq; latè Giouagno. cons. 83. nu. 3. lib. 1. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 7. glos. 11. in prin. Rot. decis. 145. num. 6. in fin. par. 3. rec. addo Altogra. post hæc scripta visum cons. 7. in prin. lib. 1.

2 Cum omnis gratuita pactio, promissio, cautio de dando, concessio, & remissio ex causa liberali proueniens sit donatio, vt tradunt Bald. cons. 231. sub num. 8. lib. 1. & cons. 183. n. 1. lib. 4. Alex. cons. 137. num. 15. lib. 2. Port. Imol. cons. 36. n. 70. Ripa in d. l. si vnquam n. 11. & 12. quæst. quos refert, & sequitur Peregr. de fideic. art. 51. n. 61. versic. sed contra &c. Tiraq. de legi. connub. glos. 3. nu. 37. & seq. latè Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 324. num. 17. Donari enim dicitur, quod ex liberalitate conceditur l. donari 29. ff. de donat. l. donari 83. & ibi not. Deci. & Cagnol. ff. de reg. iur. Peregr. loc. cit. Giouagno. vbi supra.

Quod procedit licèt non fuerit expressum ver-
3 bum Dono,† cum ad cognoscendam qualitatem contractus non verborum sonus, sed effectus solum attendendus sit Clar. in d. §. donatio quæst. 16. versic. deniq; Gabr. consil. 168. nu. 4. lib. 1. cum aliis relatis per Card. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 2. num. 20. & in terminis nostris lib. 13. tit. 5. n. 6. prout etiam in terminis not. Peregr. d. art. 51. nu. 61. versic. sed contra &c. & Carpa. in d. cap. 324. num. 17. & seq. Giouagno. d. cons. 83. nu. 4. Giurb. decis. 111. nu. 4. Cirtac. contron. 270. num. 20. Rot. decis. 190. num. 6. par. 4. rec. tom. 2. & quod actum, non autem quod dictum est, attendi debeat Rolan. cons. 61. num. 33. & seq. lib. 2. Hond. cons. 34. num. 40. lib. 2.

Quibus præmissis, ad articulū, de quo agitur, accedendo, censeo, inquam, filiam d. Viuani obtinere debere, & ideò illam esse absoluendam a petitis pro parte D. Sueuæ ex duobus, & primò, quia donatio supradicta florenorum ducentorum, vti facta sine solemnitatibus, est nulla, & inualida non solùm vigore Decretorum Serenissimi Ducis Vrbini prohibentiū quascunq; donationes inter viuos absq; licentia eiusdem Serenissimi, declarando illas nullas, & inua-
4 lidas, vt ex eis est videre,† quæ habere locum etiam in Castris Vasallorum, & sic in Castro Insulæ Fusariæ, voluerunt Cast. cons. 368. vol. 2. & Brun. de stat. exclus. fæmin. art. 5. prin. in primo memb. 7. quæst. quos refert, & sequitur Rolan. de lucro dot. quæst. 85. per tot. sed etiam vigore Decreti Illustrissimi D. Comitis d. Ca-
5 stris† quibus stantibus, nullitas donationis dicitur clara, & manifesta Schrader. cons. 14. num. 93. lib. 1. Crau. cons. 4. num. 21. Aldou. cons. 12. in prin. & cons. 36. num. 1. Hond. cons. 12.
6 num. 7. & cons. 24. num. 3. lib. 1.† ita ut omnis eesset disputatio Aldou. cons. 35. num. 13. & cons. 46. num. 19. & cons. 69. nu. 3. Hond. cons. 1. nu. 21. & cons. 29. nu. 1. lib. 2. Gratian. discep. foren. cap. 157. num. 4. par. 1.

7 Non obstante iuramento in d. promissione apposito, quod, vti metu, & dolo extortum, quale illud præsumunt Decreta prædicta, donationem supradictam non firmat Gabr. cons. 151 n. 6. & seq. vol. 1. Hond. cons. 5. n. 40. lib. 2. Serafi. de priuil. iuram. priuil. 83. n. 79. & seq. Gratia. discept. foren. cap. 531. n. 9. par. 3. & cap. 750. num. 20. par. 4. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. n. 153. & par. 2. cap. 1. n. 13. in fin. D. Andreol. contron. 134. num. 61. Aiden. ad Buratt. decis. 422. in fin. Rota decis. 665. num. 10. par. 1. rec. & decis. 212. num. 16. & decis. 293. num. 5. & seq. par. 4. rec. tom. 2. & apud Posth. de manut. decis. 63. num. 4. & apud Buratt. decis. 612. n. 6. & seq.

8 Non ex eo, quod Decreta disponant de iuramento, quæ, vti condita a laicis, id facere non possunt cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. cap. fin. de rebus Eccl. non alien. Gabr. cons. 127. n. 17. & seq. lib. 1. Thob. Noni. cons. 14. num. 4. & seq. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 62. num. 6. & seq. D. Andreol. d. contron. 134. num. 59. & declarant Adden. ad Buratt. d. decis. 422. n. 18.
9 † sed quia intrat dispositio iuris canonici, quod iuramentum non confirmat actum dolosum, vel meticulosum, vt aduertit D. Andreol. d. contro. 134. num. 61. Aldou. cons. 1. num. 68. & Rot. d. decis. 293. num. 9. par. 4. rec. tom. 2.

Secundò quia, cum tempore factæ donationis Viuanus donator nullos haberet filios, & post factam donationem susceperit dictam eius filiā,
10 † donatio prædicta censeri debet per superuenientiam filiæ reuocata, iuxta dispositionē tex. in d. l. si vnquam 8. & ibi not. Cin. Oldra. Odofred. Petr. Butrig. Bar. Bal. Ang. Salic. Ripa, & alij Doct. communiter C. de reuoc. donat. Clar. in §. donatio quæst. 22. in prin. vbi quamplures adducit de communi, & magis communi opinione attestantes Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 3. num. 11. Honded. cons. 47. num. 21. & seq. vol. 1. Morot. cons. 43. num. 4. & seq. Card. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 10. num. 14. & seq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glos. 8. par. 3. in prin. Rot. decis. 591. num. 3. par. 3. recen.

11 Ratio est, quia ex tacita, & præsumpta mente dona-

donatoris talis donatio videtur habere tacitam conditionem *si liberi non nascantur*, quia non est verisimile, quod, si donator de filijs cogitasset, talem donationem facere voluisset, cum nemo censeatur, extraneos suæ posteritati velle præferre ad tex. in *l. cum auus 102. ff. de condit. & demon. & in l. cum acutissimi 30. C. de fideicom.* ita glo. *in d. l. si vnquam* in glos. *1. C. de reuoc. donat. Bart. in l. Titia Seio. 89. §. Imperator n. 1. ff. de lega. 2. Ant. Gomez var. resol. d. cap. 3. num. 18.* Gabr. *conf. 127. n. 37. vers. tamen non posse lib. 1. Capb. conf. 94. n. 11 lib. 1. Rot. d. decis. 591. num. 3.* & alij Doct. supra proximè adducti.

12 Et prædicta vera sunt non solùm quando donantur omnia bona, sed etiam si sit donata dimidia pars illorum tex. est in *d. l. si donata* ibi *Bona omnia, vel partem aliquam*, & ibi not. *Cin. Bald. Ripa in 7. & 8. quaest. & alij Doct. communiter Couar. var. resol. lib. 1. cap. 19. in fin. vers. His adijciendum &c.* & post *Alex. Ias. Deci. Corn. Roma. & alios* per eum relatos *Gabr. com. mun. concl. de donat. concl. 2. num. 6. & seq. Tiraq. in d. l. si vnquam in ver. Bona omnia, vel partem num. 7.* alios adducens *Clar. in d. §. donatio quaest. 22. vers. quarto infertur &c.* vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur de communi Doct. opinione *Hond. conf. 43. n. 3. vol. 1. Mangil. de imput: quaest. 95. nu. 5. & seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 126. Fontanel. in d. glos. 8. par. 3. num. 30. & 31.*

13 Nec non etiam quando donata fuit aliqua pars bonorum infra dimidiam, quæ tamen sit adeò considerabilis, vt non sit verisimile, donatorem illam fuisse donaturum, si de liberis suscipiendis cogitasset, prout in casu nostro, in quo mihi in facto supponitur, fuisse donatam saltem tertiam partem bonorum, vt tradunt *Bart. in d. l. Titia Seia 89. §. Imperator num. 9. ff. de lega. 2. Alex. conf. 71. nu. 3. & seq. lib. 4. & conf. 162. num. 1. lib. 6. Ripa in d. l. si vnquam in 7. & 8. quaest. & ibi etiam Tiraq. in vers. omnia, vel partem num. 13. 14. & seq.* vbi testatur de magis communi opinione, *Couar. var. resol. d. cap. 19. in fin.* vbi quamplures adducit; & testatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, *Gabr. d. concl. 2. num. 7.* vbi quamplures cumulat more suo Doct. authoritates, & quod dispositio *d. l. si vnquam* habeat locum in donatione alicuius rei particularis magni valoris, dicit esse communem opinionem *Clar. in d. §. donatio quaest. 22. vers. quarto infertur* alios referens concordantes quamplures, cum quibus pertransfeunt *Menoch. de arbitr. casu 133. in prin. Morot. conf. 43. num. 15. & seq. Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 88. per tot. Mangil. de imput. d. quaest. 95. num. 5. & seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. nu. 126.* vbi dicit, hanc esse meram veritatem, & *Fontanell. de pact. nupt. d. glos. 8. par. 3. num. 32.* vbi testatur de veriori opinione, & re vera hanc esse magis communem Doct. opinionem, in dubium reuocari non posse, censeo, ac etiam veriorem.

Cum enim præsumpta donantis voluntas, sit huius reuocationis causa, vt ex *glos. Bart. Bald. Gomez. & Gabr.* dixi *supra nu. 11.* & volunt Doct. omnes *in d. l. si vnquam*, certè dici debet, quod vbicunque illa militabit, esse etiam debeat reuocationi locus, vt benè considerat *Fontanell. in d. glos. 8. par. 3. num. 32. vers. & habet &c.*

14 Maximè cum *in d. l. si vnquam* non dicatur simpliciter de parte, sed cum illo adiuncto *aliquam*, † quæ ex propria eius vi, & natura significat rem quampiam singularem, seù particularem *§. præterea intestatus Inst. de fideicom. hered. glos. singularis in clem. 1. in vers. aut earum parte &c. de foro compet.* plenè *Tiraq. in d. vers. omnia, vel partem n. 5. & nu. 18. & seq. Alex. d. conf. 71. nu. 4. & ibi Adden. lib. 4. Mangil. de imput. d. quaest. 93. nu. 8. vers. & ea ratione &c. Fontanell. d. glos. 8. par. 3. num. 31.* imò de minima intelligi posse voluerunt *Hermosill. lib. 8. glos. 5. & 6. n. 1. tit. 4. par. 5. & Anell. Amat. conf. 1. num. 35.* quos referendo sequitur *Barbo. de dict. dict. 22. in fin.*

15 Licèt in re minimi valoris dispositionem *l. si vnquam* non habere locum, cōmuniter firment Doct. vt videre est apud *Tiraq. in d. verbo omnia, vel partem nu. 24. apud Menoch. de arbitr. d. casu 133. num. 1. apud Cancer. var. resol. d. cap. 8. nu. 126. in fin. apud Mangil. d. quaest. 95. num. 12. & apud Fontanell. d. glos. 8. par. 3. num. 34.*

16 Quando verò res donata dicatur talis, quam verisimiliter pater non donasset, si de liberis cogitasset, cum in iure diffinitum non reperiatur, relinquitur arbitrio Iudicis, qui attēta qualitate rei donatæ, & persona donantis, an sit diues, vel pauper, nobilis, vel ignobilis, ac alijs considerandis in proposito arbitrabitur, an donatio sit magna, vel parua, & subiaceat dispositioni *d. l. si vnquam* vt tradunt *Menoch. de arbitr. casu 133. in fin. Clar. in d. §. donatio quaest. 22. vers. quarto infertur in fine, Morot. d. conf. 43. num. 18. Cancer. d. cap. 8. num. 126. in fin. Mangil. d. quaest. 95. num. 13.* alias cumulans Doct. authoritates, & *Fontanell. de pact. nupt. clau. 5. glos. 8. par. 3. num. 33.*

In casu tamen, de quo agitur, satis manifestè apparet, locum esse debere dispositioni *d. l. si vnquam* cum non fuerit promissa, & donata aliqua res modica, & parui valoris, sed floreni ducentum, qui superant tertiam partem bonorum donatoris, & ferè æquant dimidiam, vt mihi in facto supponitur, vndè quilibet prudens Iudex benè arbitrari poterit, non esse

veri-

verisimile, donatorem fuisse vltra tertiam partem suorum bonorum donaturum,) si de liberis suscipiendis cogitasset, & sic locũ esse debere dispositioni *d. l. si vnquam*, cum illam locum sibi vendicare in donatione quartæ partis bonorum, consuluerit *Curt. Sen. cons. 1. col. 6. vers. & saltem sine dubio, & Imol. in cap. vlt. de donat.* quòs referunt *Tiraq. in d. l. si vnquam in d. vers. omnia, vel partem num. 24. & 27. & Mangil. de imput. d. quæst. 95. num. 12.*

17 Cui dispositioni *d. l. si vnquam C. de reuoc. donat.* locus esse debet non obstante iuramento in donatione apposito, cum illud dispositionẽ d. legis non auferat, nec impediat, vt tradunt *Bart. in d. l. Titia Seio 89. §. Imperator. nu. 11. de lega. 2. Corn. cons. 30. in fin. vol. 4.* vbi testatur de communi opinione, *Clar. in d. §. donatio quæst. 23. in prin.* alios adducens *Bocr. decis. 159. num. 6. Couar. in cap. quamuis par. 1. §. 4. num. 3. de pact. in 6. Gabr. in d. tit. de donat. concl. 2. num. 11.* quamplures referens ita sentientes *Caph. cons. 445. num. 14. lib. 3. Hond. cons. 43. num. 4. & 5. vol. 1. Gabr. cons. 127. num. 37. vol. 1. Seraph. de priuil. iuram. prin. 7. num. 14. Card. Manti. de tacit. lib. 21. tit. 10. num. 29.* vbi quamplures refert de communi opinione attestantes, *Mangil. de imput. quæst. 103. num. 14.* Rot. *d. decis. 591. num. 6. par. 3. recen.*

Dispositio enim *d. l. si vnquam* fundata est super præsumpta mente donantis, qui, si cogitasset de liberis, nunquam donasset, vt probaui *supra*
18 *num. 11.* † vndè cum lex præsuponat defectum consensus partis, nullo iuramẽto potest suppleri *l. fin. C. de non num. pecun. Surd. cons. 25. num. 9. & cons. 38. num. 8. vol. 1. Guid. Pap. decis. 227. Corn. cons. 441. col. fin. lib. 2.* quos refert, & sequitur Rota *d. decis. 591. sub nu. 6.*
19 † cum iuramentum nunquam trahatur ad incogitata *cap. Quintauallis 23. de iurim. Bald. in l. 2. quæst. 9. C. de rescind. vendit. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 170. C. de reuoc. donat. Caph. cons. 198. num. 7. vol. 2. Surd. cons. 37. num. 14. vol. 1. Rota d. decis. 591. n. 6. in fin.*

20 Secundò quia iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus, & aliquid de nouo non superueniente *l. quod seruius 8. ff. de condit. ob cau. data l. si conuenerit 14. ff. pro soci. Seraph. de priuil. iuram. d. priuil. 7. nu. 14. & priuil. 74. num. 137. Surd. decis. 289. n. 11. Rolan cons. 7. num. 57. lib. 3. Caph. cons. 118. num. 31. lib. 1.* vndè quando post dispositionem iuratam tale quid superuenit, quod tempore iuramenti præstiti verisimiliter dispositionem ipsam impediuisset, non debet iuramentum aliquid operari, vt animaduertit *Clar. in d. §. donatio quæst. 23. in prin.*

21 Quibus addi potest, quod iuramentum recipit eandem interpretationem, & conditiones, quas recipit dispositio, super qua fuit iuratum *Butri. in cap. Quintauallis 23. & in cap. quemadmodum 25. de iuretur. Hond. d. cons. 43. num. 4. vol. 1. Caph. d. cons. 118. num. 29. & seq. vol. 1. Osasch. decis. Pedem. 92. n. 5. Surd. cons. 264. num. 45. vol. 2.* & regulatur secundùm naturam actus, super quo interponitur *l. fin. C. de non num. pecun. Card. Mant. de tacit. lib. 31. num. 28.* Rot. *decis. 434. num. 3. par. 4. diuer.* & ideò cum donatio hanc recipiat conditionem, *si liberi non nascantur*, vt dixi *supra num. 11.* eandem etiam conditionem recipere debet iuramentum super illa interpositũ *Hond. cons. 43. nu. 3. Ant. Gomez var. resol. d. cap. 3. num. 11. Gabr. in d. tit. de donat. conclus. 2. n. 11.*

22 Maximè cum iuramentum contractui adiectum non augeat illius obligationem, sed solũ religionis vinculum addat *Deci. cons. 350. n. 2. Morot. cons. 24. num. 25. Surd. decis. 3. num. 9. & cons. 20. num. 8. lib. 1. Osasch. d. decis. Pedem. 92. num. 6.* cum iuramentum contractui adijciatur ad faciliorem illius exitum, & ideò non debeat illius naturam alterare *Clem. 1. de præben. Ias. in l. qui Roma 117. §. duo fratres num. 115. ff. de verb. oblig. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 49. num. 9.*

23 Neque obstat, quod Viuanus donator post susceptam filiam nullam de reuocando donationem mentionem fecerit, sed diù tacendo mortuus fuerit, & ideò videatur illã cõfirmasse, ita vt eius filia modò de dispositione *d. l. si vnquam* dare non possit ad notata per *Anton. Gomez var. resol. d. cap. 3. num. 12. per Hond. d. cons. 43. nu. 16. & per Thesau. decis. 121. per tot.*

24 Quia prędicta procedere forte possunt, quãdo per donatorem deuentum esset ad traditionem rei donatæ, & donatarius esset in possessione illius, quia tunc donator diù tacendo, & permittendo, donatarium possidere rem donatam, videtur quodammodo donationem per eũ factam cõfirmare, & illam nolle recuperare, secùs tamen est, quando donatarius non possidet rẽ donatam, vt in casu nostro, in quo per Viuanum floreni ducentum donati D. Sueuæ non fuerunt soluti, cum tempus solutionis adhuc eo viuente non aduenisset, quia tunc licèt donator tacuerit, non tamen dicitur donationem confirmare, cum donatio fuerit reuocata ipso iure, nec ideò donator aliquam declarationem facere teneretur, & in omnem casum ei satis fuisset illam facere, cum peteretur pecunia
25 promissa, & donata, † cum temporalia ad agẽdum perpetua sint quo ad excipiendum *l. purè 5. §. fin. ff. de doli excep. l. licèt 5. C. de excep. l. 4. C. qui admitt. Surd. decis. 277. nu. 17.* latè *Barbo. axiom. 28. num. 1.* ita vt omninò liceat filiæ, & hæredi Viuani de hac reuocatione vigore

gore d. l. si vnquam contra D. Sueuam agentē ad consequutionem rei donatæ per viam exceptionis obijcere, vt not. Rip. in d. l. si vnquam quæst. 42. alios adducens Paris. cons. 73. n. 16. & seq. lib. 1. vbi dicit, ita omnes Doct. tenere Caph. cons. 445. num. 25. & seq. lib. 3. Hond. cons. 84. nu. 27. lib. 1. Valasc. consult. 31. n. 6. vbi dicit, hoc non habere dubitationem, Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 10. num. 33. vers. secundo &c. Mangil. de imput. quæst. 97. num. 18. optimè Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 3. num. 49. & seq. Rota dict. decis. 591. n. 5. par. 3. recen.

26 Imò in fortioribus terminis, & hoc sit dictū ex abundanti, cum sit extra terminos casus nostri, nempè quando denentum fuit etiam ad traditionem rei donatæ, & pater donans post susceptos liberos diù tacuit, & permisit donatarium possidere rem donatam, & postea ex hac vita migrauit, quod filius illius hæres possit a donatario possessore vendicare rem donatam ex dispositione d. l. si vnquam, dummodo non sit lapsum tempus ad præscriptionem necessarium, voluerunt contra Viui. decis. 434. lib. 3. & Thesa. decis. 121. per tot. & alios Valasc. consult. 31. per tot. & Peguer. decis. 37. per tot. vol. 2. qui testantur ita in Senatu Lusitano, & Catalonia fuisse iudicatum, quam opinionem veriorem, & firmiorem esse dicit, illamque optimis rationibus comprobat, & contrarijs respondet Fontanell. d. glos. 8. par. 3. num. 53. 54. & seq. quæ cum apud eum de facili videri possint, & egrediantur terminos casus nostri, vlterius non prosequor.

27 Neque pariter obstat, quod ista donatio dici possit remuneratoria, cum fuerit facta cum illa assertione ob gratitudines receptas a Io. Baptista, & D. Diana, & ideò non subiaceat dispositioni d. l. si vnquam Gabr. comm. concl. de donat. concl. 2. nu. 45. Clar. in d. §. donatio quæst. 23. versic. item quaro Hond. cons. 47. num. 2. vol. 1. cum donatio remuneratoria non sit propria, & mera donatio l. Acquilius regulus, 27. ff. de donat. Abb. & alij Canon. in rub. de donat. & de magis communi opinione testātur Clar. in d. §. donatio quæst. 3. in prin.

28 Quia, omissis multis, quæ contra prædicta adduci possunt, cum donatio prædicta sit facta inter personas, inter quas pura, & mera donatio est prohibita vigore Decretorū, de quibus supra, meritis in instrumēto enunciatis nō est standum, sed illa debent aliundè probari, non solū quando generaliter sunt enunciatā, vt in casu nostro, sed etiam si in specie essent expressa, ne alias fieret fraus legi Clar. in d. §. donatio q. 3. versic. sed hic &c. Hond. d. cons. 47. num. 41. & seq. Andr. Gail. prac. obseru. lib. 2. obseru. 38. num. 6. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 6. n. 5. & lib. 13. tit. 15. n. 41. versic. sed diuersa &c. vbi alios adducit concordantes, & testatur de magis communi opinione, & lib. 21. tit. 4. nu. 10. Rota in Tarnisina feud. 13. Iunij 1632. coram R. P. D. Quecipo §. & quando merita &c.

29 Si enim standum esset assertioni donatoris super meritis quando sumus in prohibitis, semper eludi posset prohibitio legis per attestationem donatoris de existentia meritorum, quod non est dicendum, vt tradunt Clar. in d. §. donatio d. quæst. 3. vers. sed hic in fin. Hond. dict. cons. 47. num. 41. & seq. & Andr. Gail. d. obseru. 38. n. 6. D. Andreol. contr. 239. in fin. Rot. apud Greg. XV. decis. 294. num. 5.

30 Etiam stante iuramento in instrumento apposito Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 91. innumeros ferè adducens Card. Mantl. d. lib. 13. tit. 15. num. 41. vers. & hac ratio &c. & lib. 21. tit. 4. num. 11. Seraph. de priu. iuram. priu. 40. nu. 16. vers. contraria tamen, vbi testatur de magis communi Doct. opinione.

Dictæ enim assertiones de meritis fiunt vt plurimum ad colorandas donationes, non autem quod verè illa præcesserint, vt not. Natt. cons. 600. num. 38. lib. 3. Hond. cons. 47. num. 21. lib. 1. & Rota d. decis. 591. num. 10. par. 3. recen.

Neque nocet, quod dicta donatio videatur facta ex causa dotis, cuius acquisitio non dicitur fieri mero titulo lucratiuo, vt dicit Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. par. 1. num. 39. & seq. in quo solum dispositio d. l. si vnquam locum ha-
31 bet, vt tradunt Doct. in d. l. si vnquam, quia contrarium, imò etiam in donatione facta ex causa dotis locum habere dispositionem d. l. si vnquam est verius, & receptius, vt not. Bertran. cons. 16. col. 3. lib. 3. plenè Alex. cons. 71. vol. 4. per tot. Ripa in d. l. si vnquam quæst. 13. & 22. vbi hanc dicit esse communē Doct. opinionem, & ita sentit etiam Gabr. cōmun. concl. de donat. concl. 2. num. 26. & 41. alios adducens, cum quibus pertranseunt Morot. d. cons. 43. num. 11. & Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 3. num. 78. bene comprobans, & dicens, hanc esse certam, imò certissimam opinionem.

32 Quando enim dos datur ab extraneo, illa doris datio dicitur pura, & mera donatio, & merus titulus lucratiuus, cum hæc nullo iure cogētur, non autem onerosus Alex. d. cons. 71. in prin. & post Velasc. Anne Ruber. & Castil. per eum relatos scribit Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 1. par. 1. nu. 43. vndè nec mirum, si dispositio d. l. si vnquam in illa locum sibi vendicare debeat, vt volunt Bertran. Alex. Ripa, Gabr. Morot. & Fontanel. in loc. proximè adducti.

33 Quibus eò magis locum esse debere censeo, cum dispositio d. l. si vnquam dicatur fauorabilis, &

lis, & ideò amplianda, vt post *Corn. in conf.* 11. *col. fin. vol.* 3. per eum relatum dicit Gabr. *cōm. concl. de donat. concl.* 2. *num.* 37. *Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo libertis num.* 63. alios adducens, *& ibi Ripa in* 2. *quæst. verf. non obstat*, quem refert, & sequitur *Capb. d. conf.* 445. *num.* 38. *vol.* 3. quicquid dixerit Gabr. *Eugub. d. conf.* 127. *post num.* 37. *vol.* 1.

Quare &c. Saluo &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Donatio quando dicatur remuneratoria, vt non subiaceat dispositioni *l. si vnquam* 8. *C. de reuoc. donat.* Merita ad dictum effectum an probentur ex assertione donatoris, vel debeant probari, maximè quādo donatio fit inter personas prohibitas, & an sufficiat iuramentum, & quid, si fit expressa causa meritorum, & consanguinitatis. Donatio quando dicatur correspectiua. Dispositio *d. l. si vnquam* an habeat locum in donatione ob causam matrimonij. Donatio ob causam matrimonij quando dicatur simplex, vel ob causam. Renunciatio *d. l. si vnquam* an debeat esse specialis, vel sufficiat generalis omni legum auxilio.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio remuneratoria non subiacet dispositioni* l. si vnquam C. de reuoc. donat.

Contrarium tenent aliqui Doct. nu. 2.

3 *Meritorū assertioni factæ in donatione inter personas prohibitas donari non statur, sed illa sunt probanda.*

4 *Assertio contrahentium non probat causam quādo sumus in prohibitis fieri sinè causa.*

5 *Meritorum assertioni factæ in donatione inter prohibitos non statur, etiam si specialiter sint expressa.*

Licèt contrarium voluerint aliqui Doct. n. 6.

7 *Meritis enunciatis non est standum, sed illa debent probari non obstante iuramento.*

Quicquid contrarium senserint aliqui Doct. num. 8.

Quorum opinio procedere potest quando non agitur de alicuius præiudicio. num. 9.

Vel quādo iuramentum firmat donationem, vt inter patrem, & filium, & similia nu. 10.

11 *Iuramentum metu, & dolo extortum nihil operatur.*

12 *Iuramentum non transit ad hæredem quando non firmat contractum, sed solùm iurans tenetur illud seruare.*

13 *Donatio ob merita inter personas prohibitas valet quatenùs merita æquiualent donationi, & in excessu dicitur pura donatio.*

14 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

15 *Donatio, si fiat inter non prohibitos, non attenditur an merita æquiualeant donationi.*

Non procedit, quando agitur ad effectum reuocationis per l. si vnquam C. de reuoc. donat. *num.* 16.

Vndè qui nititur donatione debet merita clarè probare. num. 17.

18 *Qualitas personarum est attendenda ad effectum cognoscendi an merita æquiualeant donationi.*

19 *Merita debent producere actionem, vt sint talia, quæ faciant donationem remuneratoriam.*

Contrarium tenent Doct. magis com muniter. num. 20.

21 *Merita debent esse insignia, vt donatio dicatur remuneratoria, vt nō reuocetur per* d. l. si vnquā.

22 *Donatio facta consanguineo ob merita, & ob amorem non dicitur remuneratoria, sed facta ex causa consanguinitatis.*

Quicquid contrarium senserit Ripa in d. l. si vnquam, *cuius sententia declaratur n.* 24.

23 *Duæ causæ quando exprimuntur, quarum vna est naturalis, alia accidentalis, naturalis præfertur.*

25 *Donatio facta ob merita, & ex sua libera voluntate &c. non præsumitur facta ob merita, sed illa cēsentur enunciata ad colorandā donationē.*

Contrarium tenent aliqui Doct. num. 26.

27 *Dispositio* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *non habet locum in donatione correspectiua.*

28 *Creditor debitori soluenti debitum tenetur facere quietationem de recepto.*

29 *Actus vnus, quando est necessarius, et alter voluntarius non dicuntur correspectiui.*

30 *Donatio facta ob causam matrimonij non subiacet dispositioni* l. si vnquā C. de reuoc. donat.

Contrarium tenent Doct. communiter. n. 32.

31 *Dos non potest esse sinè matrimonio.*

33 *Donatio facta ob causam matrimonij in genere non dicitur donatio ob causam.*

Quicquid sit quando est facta ob certum matrimonium contrahendum cum certa persona num. 34.

35 *Donationem ob causam non facit omnis causa, sed solùm illa, quæ excludit liberalitatem ex parte dantis.*

36 Renunciari *an possit per patrem* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *est inter Doct. maximè controuersum.*

37 Renunciatio *generalis omni legū auxilio non tollit dispositionē* l. si vnquam C. de reuoc. donat. *sed requiritur specialis renunciatio.*

Non obstante iuramento num. 38.

39 *Iuramentum nihil operatur, quando deficit consensus.*

Iura-

40 *Iuramentum non porrigitur ad incognita.*

41 *Regula est stãdum, donec de exceptione doceatur.*

42 *Regulam habens pro se dicitur habere intentionem fundatam.*

ALLEGATIO LXXV.



Xcellentissime Domine. Dixi aliàs, & adhuc sum in eadem sententia, quod donatio facta a q. Viuano Bertini de Castro Insulæ Fusariæ D. Sueuæ q. Baptistæ de Frontono eius nepti ob filiam per eum suscep am post factam donationem, fuerit reuocata ex remedio *l. si vnquam 8. C. de reuoc. donat.* per iura tunc adducta, 1 quibus non discedere, imò illa confirmare intendo, nõ obstãtibus doctissimè in contrarium adductis per Excellentiss. D. exaduerso Aduocatum, qui præcipuè se fundat, quod dicta donatio sit remuneratoria, stante assertione, de qua in instrumento donationis, ibi *ob gratitudines receptas a Io. Baptista, & D. Dia-*
1 *na parentibus D. Sueuæ donatariæ* † quam non subiacere remedio *d. l. si vnquam*, voluerunt communiter Doct. vt videre est apud *Tiraq. in d. l. si vnquam in verf. Donatione largitus nu. 11. 12. & seq. Gabr. comm. concl. de donat. conclus. 2. nu. 45. & Clar. in §. donatio quæst. 23. vers. igitur quæro &c.* qui alios adducunt.

Quibus tamen non obstantibus, donationem prædictã omninò reuocatam esse per superuenientiã filiorum ex dispositione *d. l. si vnquam* absq; dubitatione tenendum est in casu, de quo agitur, vltra per me adducta in allegat. præcedenti ex
2 infrascriptis, & primò, quia † non est omninò tuta opinio per D. exaduerso consulentem allata, dispositionem *d. l. si vnquam* non habere locum in donatione remuneratoria, cum non desint Doct. quamplures contrariam opinionẽ tenentes, inter quos fuerunt *Cuiac. lib. 2. obseru. cap. 5. Nicol. Valla de rebus dubijs cap. 2.* quos refert, & sequitur *Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 89. per tot.* vbi hanc opinionem latè, ac doctè pluribus allatis fundamentis tuetur, & cõtrariis respondet, & illã verissimam appellat, & idem sentire videtur *Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 59. & seq. C. de bon. mater.*

Secundò, & meliùs, quia donatio, de qua agitur, non est vllo pacto remuneratoria, sed simplex, & pura donatio, quod comprobatur manifestè ex pluribus, & primò, quia in casu nostro de meritis non constat, non obstante assertione dona-
3 toris, de qua supra, † nam cum donatio facta fuerit inter personas, inter quas pura, & mera donatio est prohibita vigore Decretorum q. Serenissimi Ducis Vrbini, & Illustrissimi Comitis d. Castri, meritis per donatorem generaliter in instrumento donationis enunciatis nõ est standum, sed illa debent aliunde probari, vt scripserunt *glos. in l. si donatione 13. in glos. fin.* quam dicit esse ab omnibus approbatam *Alex. ibi num. 5. C. de collat. Clar. in §. donatio. quæst. 3. versic. sed hic occurrit*, vbi quamplures adducit de cõmuni opinione attestantes *Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 8. glos. 10. n. 14. Pascal. de patr. potes. par. 1. cap. 4. num. 42. Thesa. decis. 111. nu. 6. Tiraq. in d. l. si vnquã in vers. donatione largitus n. 87. Deci. cons. 366. num. 10. & seq. Hond. cons. 47. num. 41. & seq. lib. 1.* alios pariter adducens ita sentientes *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 40. num. 1. & seq. Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 6. nu. 5. & lib. 13. tit. 15. nu. 41. & seq. & lib. 21. tit. 4. num. 10. Franc. Becci. cons. 52. num. 68. lib. 1.* qui testatur de communi opinione. *Adr. Gail. prac. obseru. lib. 2. obseru. 38. nu. 6. Rot. decis. 591. num. 10. par. 3. rec. & decis. 586. nu. 16. par. 5. rec. lib. 2. & decis. 50. num. 8. par. 6. rec.* quicquid voluerint *Ias. cons. 154. lib. 2. & Deci.* sibi contrarius *cons. 20.* quos sequitur *Rip. in d. l. si vnquam quæst. 14. sub num. 31.*

Ratio est, quia si standum esset assertioni donantis super meritis, semper eludi posset prohibitio legis attestante donatore, merita præcessisse, & sic fieret fraus legi, quod nullo modo est dicendum, vt benè considerant *Clar. in d. §. donatio, quæst. 3. versic. sed hic in fin. Hon. d. cons. 47. nu. 41. & seq. Andr. Gail. in d. obseru. 38. num. 6. & Menoch. cons. 388. num. 11. & seq. lib. 4.*

4 Quod quidem est generale in omni materia, quod in prohibitis fieri sinè causa assertio contrahentium non probet causã *Pic. ad Stat. Vrb. glos. 7. nu. 41.* quem refert, & sequitur *D. Andreol. contro. 239. in fin. Leotar. de vsuris quæst. 72. num. 10. Rota apud Greg. XV. decis. 294. num. 5. & decis. 752. num. 3. par. 1. & decis. 597. n. 2. par. 4. diuer. & apud. Cenc. de cens. decis. 37. num. 6. & apud Posth. de manut. decis. 11. num. 5.* optimè eadem *Rota in Romana domorum 23. Iunij 1642. coram Reuerendiss. D. Cornelio Episcopo Patauino §. consisto auc* post hæc scripta visa.

Maximè cum de generali consuetudine passim fieri soleant donationes cum assertione meritorũ ad effectum colorandi donationes, non autem quod re vera merita interuenerint, & ideò nec mirum, si talis assertio meritorum, tanquam suspecta, & in fraudem legis apposita, non veniat attendenda, vt tradunt *Natt. cons. 600. num. 36. lib. 3. Hond. d. cons. 47. num. 21. Ant. Gomez ad l. 29. Taur. num. 32. & Seraph. de priu. iuram. d. priu. 40. num. 5. & 19.* addo *Rotam Auenion. apud Hiero. de Lauren. decis. 23. num. 15.* & dixi *allegat. praeced. num. 50.*

Quæ

5 Quę conclusio habet locum, non solum quando merita sunt generaliter expressa, vt in casu nostro, verùm etiam quando sunt expressa specialiter, quia adhuc non creditur assertioni donantis, sed illa debent aliundè probari, quando sumus in prohibitis, vt voluerunt *Deci. dicto conj. 366. n. 12. Corn. conſ. 44. col. 2. in fin. vol. 2.* vbi testatur de communi opinione, Rimin. *Inſt. de donat. in prin. n. 86. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus num. 89.* alios adducens ita sentientes, *Seraph. de priuil. iuram. d. priuil. 40. num. 5.* qui pariter testatur de communi opinione, & post Guglielm. *Cin. Alberi. Bald. Salic. Roma. Caſtren. Alex. Corn. Soci. Cuma. Tiraq. & alios* per eum adductos scribit *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 15. num. 41. verſic. ſed diuerſa &c.* vbi dicit, quod hæc est crebrior Doct. sententia, idem tradit *lib. 21. tit. 4. n. 10.* vbi dicit, ita tenuisse Rimi. *Iun. conſ. 295. num. 67. & Menoch. conſ. 112. nu. 9.* & ante eos *Soc. Sen. conſ 295. nu. 8. lib. 2.* ita vt dubitandum non sit, hanc esse veriorem, & magis communē Doct. opinionem.

Ratio enim illa, quod in prohibitis fieri sinè causa assertio contrahentium non probat causam, ne alias fiat fraus legi, quam ex *Pic. D. Andreol. Leotar. & Rota* adduxi *ſupra num. 4.* militat, tàm si merita generaliter, quàm si specialiter exprimantur, vt patet, & aduertunt *Seraph. in d. priu. 40. n. 5.* & ante eum *Tiraq. in d. verſic. donatione largitus n. 89. in fin.* vbi autem eadem est ratio, etiam eadē debet esse iuris dispositio *l. illud 32. ff. ad leg. acqui. l. a Titio 66. ff. de furt. l. illud 17. C. de Sacroſ. Eccle. §. ſi igitur Inſt. quod cum eo* cum aliis relatis per *Barbo. axiom. 197. num. 3.*

6 Quicquid contrarium voluerint *Bald. in l. illud 17. num. 8. C. de Sacroſ. Eccle. Caſtr. conſ. 345. col. 2. vol. 1.* & alii, quos refert *Tiraq. in d. verſic. donatione largitus nu. 87.* cum quibus pertransit *Maſcar. de prob. concl. 184. num. 11. vol. 1.* cum contra eos adsit verior, & magis communis Doct. opinio, de qua supra.

7 Neque obstat iuramentum, quia adhuc, illo stante, non statur assertioni donatoris de meritis, sed illa debent probari, secundùm magis communem Doct. opinionem, quam tenuerunt præcipuè *Alex. in d. l. ſi donatione 13. num. 10. & ibi Deci. num. 25. C. de collat.* qui loquitur etiam si merita essent specialiter enunciata, latè *Corn. conſ. 289. col. 11. cum duobus ſeq. lib. 4. Ruin. conſ. 135. poſt num. 10. vol. 1.* cum aliis, quos refert, & sequitur *Tiraq. in d. l. ſi vnquam in verſic. donatione largitus num. 91.* vbi hoc dicit verissimum esse Rimi. *Iun. Inſt. de donat. in prin. num. 87. & in conſ. 295. num. 67.* quem refert, & sequitur *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 15. num. 41. verſic. & hac ratio &c. & lib. 21. tit. 4. num. 11. verſic. tamen aliud tenet &c.* vbi loquitur etiam si merita essent specialiter expressa, *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 27. num. 3.* & hanc esse magis communem Doctorum opinionē, testatur *Seraph. de priuil. iuram. priul. 40. num. 16. verſic. contraria tamen &c.* vbi alios dat concordantes, licèt ipse illam non sequatur, *Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 5. nu. 12.* vbi de communi, quem refert, & sequitur *Franc. Becci. d. conſ. 52. nu. 68. lib. 1.* illamq; pariter dicit communem *Guttier. de contr. iura. par. 1. cap. 5. num. 20. & ſeq.* quibus addo ita sentientem Merli. *de legit. lib. 2. tit. 1. quaſt. 10. num. 32.* post hæc scripta visum, *& Rota deciſ. 346. num. 2. par. 4. diuer.*

Si enim aliter diceremus, esset in potestate donantis, legem prohibentem donationes fieri fraudare iuramento interposito, quod nullo modo est dicendum, vt in his terminis dicit expressè *Dec. in d. l. ſi donatione 13. ſub n. 25. C. de collat.* & post eum *Tiraq. in d. l. ſi vnquam d. verſic. donatione largitus nu. 91. in fin. & Card. Manti. d. lib. 13. tit. 15. num. 41. verſic. & hac ratio* subiungens, iuramentum in hoc casu, vti in fraudem legis interpositum, non esse attendendum, vt ibi per eum, maximè cū iuramentum non extendatur plus, quàm extendatur virtus promissionis, vt post *Ang. in conſ. 316. col. 1. & Oldra. conſ. 238.* per eum relatos scribit *Deci. in d. l. ſi donatione 13. ſub nu. 25.* alia adducens fundamenta.

8 Quicquid contrarium senserint *Bald. in d. l. ſi donatione 13. num. 2. C. de collat.* & alii, quos refert, & sequitur *Caph. conſ. 61. nu. 12. vol. 1. Maſcar. de prob. concl. 184. num. 13. & ſeq. lib. 1.* Milanen. *deciſ. 2. num. 82. lib. 2. & Seraph. d. priul. 40. nu. 23. verſic. ex quibus &c. & Gratia. diſcep. foren. cap. 386. nu. 9. par. 2.* cum contra eos adsit verior, & magis communis Doct. opinio, de qua supra, a qua in iudicando non puto recedendum ad not. per *Bart. in l. fin. C. de pœna iud. qui malè iud. Bald. & Caſtr. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſt. Abb. in cap. tua nos 9. de vſur. Cirlaci contro. 399. num. 2.*

9 Quorum opinio fortè procedere potest, quando non agitur de alicuius præiudicio, vt declarat *Maſcar. d. concl. 184. num. 30. & Merli. de legit. d. quaſt. 10. num. 33.* quod non potest verificari in casu, de quo agitur, in quo si iuramentum probaret merita, id cederet in prȩiudicium filiæ donatoris, vt considerat *Rota Auenionen. apud Hier. a Lauren. deciſ. 23. num. 12.*

10 Vel quando iuramentum firmat donationē, vt, puta, in donatione inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem, quo casu, firmata donatione, assertio meritorum non dicitur fieri inter personas prohibitas, in quibus terminis loquitur *Maſcar. d. concl. 184. num. 18. & 22.*

& ante eum *Grat. conf.* 63. *num* 24. *lib.* 2. &
videtur sentire Rota *decis.* 346. *num.* 3. *& seq.*
par. 4. *diuer.* quæ non possunt habere locum in
casu nostro, in quo iuramentum non solùm non
infringit dispositionem *d. l. si vnquam Clar. in*
§. donatio quæst. 23. *in prin. Hond. cons.* 43. *n.* 4.
& 5. *vol.* 1. *Card. Manti. de tacit. lib.* 21. *tit.* 10.
n. 29. *Măgil. de imput. q.* 103. *n.* 14. *Rot. decis.* 591.
num. 6. *par.* 3. *rec.* cum aliis adductis *allegat.*
11 *praced. num.* 17. vbi hoc latè comprobani, †
imò cum illud per Decreta prohibentia dona-
tiones præsumatur metu, & dolo extortum,
nullum effectum operatur, nec in aliqua consi-
deratione est habendum, vt tradunt *Gratia. di-*
scep. foren. cap. 531. *nu.* 9. *par.* 3. *& cap.* 750.
num. 20. *par.* 4. *D. Andreol. contro.* 134. *num.*
61. *Adden. ad Burat. decis.* 422. *in fin. Rot. decis.*
665. *num.* 10. *par.* 1. *rec. & decis.* 212. *nu.* 16.
& decis. 293. *n.* 5. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 2. cum
aliis per me adductis *allega. praced. n.* 7. *& seq.*
Ex quibus tollitur etiam obiectum, quod filia Vi-
uani, vti illius hæres, teneatur stare assertioni
iuratæ meritorũ factæ a Viuano, vt dicit *Seraph.*
de priuil. iuram. d. priuil. 40. *numer.* 7. quia
cum iuramentum per Decreta supradicta præ-
sumatur, vt dixi, metu, & dolo extortum, nul-
lius est efficaciæ, vt not. *Gratia. D. Andreol.*
Adden. ad Burat. & Rota in loc. proximè addu-
ctis, & comprobaui latiùs *allega. praced. nu.* 7.
nec non etiam, quia lis agitur cum filia Viua-
12 ni, non autem cum ipso Viuano, † cuius iura-
mentum, vti in fraudem legis præstitum, cum nõ
confirmet dictã assertionem meritorũ per eum
factam, vt dicit *Deci. in d. l. si donationé* 13. *nu*
25. *C. de collat. & alij Doct. supra adducti nu.* 7.
non transit ad filiam eius hæredem, neque illã
ligat, licèt fortè ipse Viuanus teneretur alias
seruare iuramentum iuxta *cap. debitores* 6. *de*
iur. ciuil. vt post *Bauer. Bald. Alcia. Calderi.*
Castr. Alex. Ruin. *& Ang. per eum adductos* de-
clarat *Gabr. cons.* 3. *num.* 8. *vol.* 1. vbi testatur
de magis communi Doct. opinione, & post eũ
Phanuc. de inuent. par. 7. *num.* 180. alios addu-
cens, *Couar. de pact. par.* 2. *§.* 1. *nu.* 7. *versic.*
quicquid sit &c. in fin. P. Molin. de iusti. & iur.
tom. 1. *disput.* 150. *col.* 3. benè *P. Sanch. in*
precep. Decal. lib. 3. *cap.* 13. *n.* 5. *& P. Laym.*
in sua Theol. Moral. lib. 4. *tract.* 3. *cap.* 10. *num.* 4.
Quando enim iuramentum non firmat actum, vt
in casu nostro, sed solùm obligat iurantem ad
obseruantiam iuramenti, tunc obligatio ex con-
tractu non potest transire ad hæredem, quia
nulla est, ergo nec iuramentum, licèt secus sit,
quando iuramentum firmat contractum, quia
tunc, sicut ad hæredem transit obligatio ex con-
tractu proueniens, ita & iuramentum ab eodem
ipsa, vt not. *Castr. in l. si quis pro eo* 57. *col.* 3.
ff. de fideius. Gabr. d. cons. 3. *num.* 8. vbi dicit, in
dicto casu hæredem neque teneri ad exoneran-
dam conscientiam defuncti, nisi defunctus verè,
vel præsumptiuè mandauerit restitutionem, vt
ibi per eum, & declarat etiam *P. Sanch. in loc.*
proximè adducto, & ante eum *Bertaz. in l. si quis*
maior. 41. *num.* 797. *C. de transac.*
Secundò principaliter, quod donatio prędicta non
sit remuneratoria, sed pura, & simplex, & ideò
subiaceat dispositioni *d. l. si vnquam*, demon-
13 stratur ex eo, † quia donatio facta ob me-
rita inter personas, inter quas prohibetur fieri
pura, & mera donatio, vt euenit in casu nostro
vigore decretorum, de quibus supra, eatenus
valet, & potest dici remuneratoria, quatenus
merita æquiualent donationi, & in eo, quod
excedit merita, pro pura, & simplici habetur
Alex. cons. 55. *nu.* 4. *vol.* 1. *Bertran. cons.* 164.
nu. 2. *lib.* 2. qui testatur de communi opinione,
quem refert, & sequitur *Clar. in d. §. donatio*
quæst. 3. *versic. sed non quid &c. Tiraq. in d. l.*
si vnquam in versic. donatione largitus num. 80.
& seq. Cæph. cons. 94. *num.* 19. *lib.* 1. *Hond. d.*
cons. 47. *nu.* 8. *&* 28. *lib.* 1. qui alios adducit
concordantes *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1.
cap. 1. *glos.* 10. *nu.* 11. *Andr. Gail. prac. obseru.*
lib. 2. *obseru.* 38. *num.* 6. *Card. Manti. de tacit.*
lib. 13. *tit.* 15. *num* 28. vbi dicit, ita tenuisse
Rotam in *Portuen. bonorum* 16. *Octobris* 1579.
coram Card. Seraph. Gratia. discep. foren. cap.
386. *num.* 3. *par.* 2. *P. Sanch. de matri. lib.* 6.
dispu. 6. *num.* 6.
14 Ratio est, quia limitata causa limitatum pro-
ducit effectum *l. in agris* 16. *ff. de acqui. rer.*
dom. l. cancellauerat 2. *ff. de his qui in testa. delen.*
l. cum pater 75. *§. dulcissimis ff. de legat.* 2. cum
alijs apud *Barbo. axiom.* 40. *num.* 29. & in ter-
minis nostris tradunt *Tiraq. in d. l. si vnquam in*
præfat. num. 110. *& Peregr. de fideic. art.* 51.
num. 65. *vers. quatenùs verò &c.* & ideò merita
non possunt plus operari circa validitatem do-
nationis, quàm ascendat valor ipsorum merito-
rum, vt dicit *Clar. in d. §. donatio quæst.* 3. *vers.*
non quid &c. & alij Doct. supra adducti.
Quod habet locum non solùm quando agitur de
donatione facta inter personas, inter quas pro-
hibetur pura, & mera donatio, vt in casu no-
stro, verùm etiam si agatur de donatione facta
inter personas, inter quas pura, & mera dona-
15 tio non prohibetur, † quia licèt inter personas
non prohibitas non attendatur, an merita æqui-
ualeant donationi, nec ne, cum, quia etiam sine
meritis donatio valuisset, vt considerat *Clar.*
in d. §. donatio quæst. 3. *vers. sed non quid*
in fin. vbi dicit, hoc non habere dubium & *Card.*
Manti. de tacit. lib. 13. *tit.* 15. *nu.* 28. alios ad-
ducens, id tamen habet locum quò ad validitaté
donationis a principio, quæ quidem valet, licèt
16 merita non iustificentur, † secus quando quæri-
tur.

tur an donatio, quę prętenditur remuneratoria,
reuocetur per superuenientiam filiorum iuxta
tex. *in d. l. si vnquam* 8. *C. de reuoc. donat.* cla-
rũ est, quod attendi debet, an merita ęquiualeãt
donationi, an non, cum in excessu remaneat pu-
ra, & mera donatio, & reuocetur ex disposi-
tione *d. l. si vnquam*, vt declarant *Deci. cons.* 356.
n. 10. *& seq. Gabr. comm. concl. de donat. concl.* 2.
nu. 46. vbi testatur de communi opinione, *Soc.*
Sen. cons. 295. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. *Ripa in d.*
l. si vnquam quæst. 14. *num.* 29. *et ibi Tiraq. in*
verbo donatione largitus nu. 79. *& seq. Bertran.*
cons. 175. *num.* 10. qui de communi opinione
testatur *lib.* 2. *Ruin. cons.* 67. *nu.* 10. *lib.* 5. quos
refert, & sequitur *Hond. d. cons.* 47. *num.* 19.
& post num. 35. *vers. sed si non quæritur &c. &*
num. 53. *vol.* 1. *Giurb. d. glos.* 10. *num.* 11. &
scribit etiam *Ceph. cons.* 294. *num.* 19. *lib.* 1.
alios adducens Gratia. *d. cap.* 386. *num.* 8.

Cum igitur donatio remuneratoria sustineatur
quatenùs merita æquiualent, & in excessu per
17 superuenientiam filiorum reuocetur, † necessè
est, de meritis clarè constare, & qui nititur do-
natione, merita clarè probare debet, aliàs est lo-
cus dispositioni *d. l. si vnquam*, non obstante
assertione donatoris de ipsis meritis, vt volue-
runt *Soc. Sen. d. cons.* 295. *num.* 8. *Deci. d. cons.*
366. *num.* 11. *& seq. Tiraq. in d. versic. donatio-*
ne largitus num. 97. *& seq. Gabr. in d. concl.* 2.
num. 46. *Soc. Iun. cons.* 8. *num.* 31. *lib.* 4. *Ruin.*
cons. 173. *num.* 12. *& seq. lib.* 1. quos refert, &
sequitur *Hond. d. cons.* 47. *num.* 20. *vol.* 1. vbi
dicit, ita etiam tenuisse Natt. *in cons.* 600. *num.*
38. *lib.* 3. & sentit *P. Sanch. de matr. d. lib.* 6.
disput. 6. *sub num.* 3.

Si enim donatio remuneratoria sustinetur tantùm
pro concurrenti quantitate meritorum, & in
excessu per superuenientiam filiorum reuoca-
tur, si sola assertio meritorũ sufficeret, cognos-
ci non posset, an merita sint donationi æqui-
ualentia, necne, vndè, vt de eorum quantitate
appareat, meritorum probatio necessaria iu-
dicatur, vt tradunt *Soc. Sen. Tiraq. & Hond. in*
loc. proximè citatis, vndè cum in casu nostro
merita probata non fuerint, locus esse debet
dispositioni *d. l. si vnquam* per supradicta.

Quæ eò magis locum habere debent, attentis ver-
bis donationis ibi *ob gratitudines receptas a Io.*
Baptista, & D. Diana parentibus D. Sueuæ dona-
tariæ, quod verbum *gratitudines* de sui natura
significat seruitia parui momenti, vt de se pa-
tet, & ad plus posset intelligi de meritis obse-
quialibus, quæ inter consanguineos licèt non
possint dici merè debita, secundùm *Tiraq. in d.*
l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 107.
negari tamen non potest, quin dici possint quasi
debita, & solita præstari, vt dicit *Hond. d. cons.*
47. *num.* 23. & ideò, vel nullius, vel non tàm
magnæ florenorum ducentorum sunt digna
remunerationis, & sic donatio remanet simplex,
& pura, & subiacet dispositioni *d. l. si vnquam*,
vt post *Corn. cons.* 244. *num.* 21. *lib.* 2. *Ceph. d.*
cons. 94. *num.* 16. *& seq. Ripa in d. l. si vnquam*
quæst. 14. *in fin. Paris. cons.* 73. *num.* 61. *lib.* 1.
& Menoch. in cons. 112. *n.* 11. *& nu.* 21. *lib.* 2.
per eum relatos benè declarat *Hond. d. cons.* 47.
num. 23. *lib.* 1. & sentit Giurb. *d. cap.* 1. *glos.*
10. *num.* 15.

18 Maximè attenta qualitate personarum, quæ
sunt pauperes, & humilis conditionis, quam
esse attendendam ad effectum cognoscendi, an
merita æquiualeant donationi, necne, scrip-
serunt *Menoch. de arbitr. casu* 132. *num.* 7. *&* 8.
Clar. qui de cõmuni testatur in d. §. donatio quæst.
3. *vers. sed quæro &c. Giurb. d. glos.* 10. *nu.* 13.
& Hond. d. cons. 47. *nu.* 26. qui alios adducit
quamplures ita sentientes.

19 Nec non etiam, quia quicquid sit de opinio-
ne *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 59. *& seq. C. de*
bon. mater. volentis, merita debere esse talia,
quæ actionem producant, vt donatio possit di-
20 ci remuneratoria, & vt talis sustineatur, † quã
esse communiter reprobatam dixerunt *Gratia.*
discep. foren. cap. 386. *nu.* 13. *par.* 2. *Fontanell.*
de pact. nupt. clau. 4. *glos.* 7. *par.* 2. *num.* 15. *&*
21 *Pascal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 54. † hoc
tamen certum est, quod, vt donatio dicatur re-
muneratoria, & non reuocetur per superue-
nientiam filiorum, oportet iustificare merita
insignia, singularia, & maximi momenti, &
talia, quæ pretio numerario dignè ferè æstimari
non possint, vt not. *Crot. cons.* 129. *num.* 3. *&*
seq. lib. 1. *Natt. d. cons.* 600. *num.* 38. *lib.* 3. *&*
Hond. d. cons. 47. *n.* 22. *vol.* 1. vbi ponit exem-
pla, *& P. Sanch. de matri. lib.* 6. *dispu.* 6. *n.* 5.
quæ nullo modo verificantur in casu nostro.

Tertiò donatio, de qua agitur, non potest dici re-
muneratoria, sed pura, & simplex donatio est
iudicanda, quia Viuanus donator dixit, dona-
tionem prædictam facere nõ solùm ob gratitu-
dines receptas a Io. Baptista, & D. Diana pa-
rentibus D. Sueuæ donatariæ, sed etiam ob
amorem eius erga D. Sueuam eius neptem, &
22 quia sic ei facere placuit, † quo casu donatio
sic facta consanguineo, illa non remunerationis
causa, sed ex causa consanguinitatis facta cen-
setur, & pura iudicatur donatio *Soci. Sen. d.*
cons. 295. *nu.* 9. *& seq. vol.* 2. *Paris. cons.* 73.
num. 61. *& seq. lib.* 1. latè Menoch. *cons.* 112.
num. 42. *& seq. lib.* 2. latissimè *Hond. cons.* 47.
num. 10. *& seq.* quamplures adducens ita sen-
tientes *vol.* 1. *Mascar. de prob. concl.* 160. *n.* 3.
& 4. *vol.* 1. *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.*
15. *num.* 46. *Carpa. ad Stat. Mediol. cap* 324.
nu. 5. *Marescot. var. resol. lib.* 1. *cap.* 50. *nu.* 7.
cum quibus pertransit *Merli.* post hæc scripta

visus in suo tract. de *legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 26. quicquid sit, quando donatio esset facta extraneo, vt per *Hond. d. cons.* 47. *n.* 14. *lib.* 1.

Ratio est, quia cum duplex causa fuerit expressa, vna meritorum, & alia consanguinitatis, donatio magis præsumitur facta ex causa consanguinitatis, quæ est naturalis, quàm ex causa meritorũ, quæ est accidentalis *ad tex. in l. qui habent.* 3. *ff. de tutel. l. tutor.* 31. §. *qua tutoribus ff. de excus. tuto. Hond. d. cons.* 47. *num.* 10. *& seq. Maresco. d. cap.* 50. *nu.* 7. *& seq. Tiraq. in d. l. si vnquam in versic. Donatione largitus n.* 72. *& seq.* & alij Doct. supra proximè adducti.

23 Quando enim duæ causæ exprimuntur, quarum vna est naturalis, & alia accidentalis, naturalis semper præfertur *l. Aurelius* 29. §. *Titius ff. de liber. lega. d. l. qui habent* 3. *ff. de tutel. Abb. cons.* 26. *num.* 10. *& seq. lib.* 2. *Ancar. cons.* 37. *num.* 6. *& seq. Barbo. axiom.* 40. *n.* 34. cum illa sit potentior, quàm accidentalis *Ant. Gomez var. resol. tom.* 1. *cap.* 5. *nu.* 34. *& cap.* 6. *num.* 8. *Gratia. discep. foren. cap.* 802. *nu.* 2. *par.* 5. *Menoch. cons.* 1. *num.* 16. *lib.* 1. *Barbo. d. axiom.* 40. *num.* 33. & cum causa naturalis præsumatur finalis, ciuilis verò impulsiua *l. si forte* 8. *in fin. & ibi Bart. ff de Castren. pecul. Marescot. d. cap.* 50. *num.* 6.

24 Quicquid contrarium sentire videatur *Ripa in d. l. si vnquam in* 17. *quæst.* quia illius opinio locum habere potest, quando vtraque causa est naturalis, aut vtraq; ciuilis, & æquè potens, quia tunc vtraq; præsumitur finalis, & ideò cum sit æquè considerabilis, sufficit, alteram adesse, licèt vna cesset §. *affinitatis Inst. de nupt. l. si ventri.* 8. *ff. de priuil. credit.* secùs tamen est, quando vna causa est naturalis, & altera ciuilis, quia, tunc naturalis præsumitur inductiua dispositionis, & finalis, vt dixi, & causa meritorum præsumitur impulsiua, quæ cum non sit propriè causa, sed quoddam motiuum, ideò attendi nõ debet, vt post *Bal. in l.* 1. *col.* 2. *ff. de fals. caus. adiect. lega. & in l.* 1. *col.* 2. *C. de lib. præt. & Felin. in cap. postulasti* 27. *col.* 3. *de rescrip. & in cap. solitæ* 6. *col.* 1. *de maiorit. & obed.* per eum relatos benè declarat *Marescot. d. cap.* 50. *num.* 8. *& sequen.*

Quartò ostenditur, donationem prædictam esse puram, & simplicem, non autem remuneratoriam, quia cum donator dixerit, dictam donationem facere sua spontanea, mera, & libera voluntate, & quia sic ei facere placuit, vt ex in-
25 strumento donationis est videre, † ex dictis verbis colligitur, quod quamuis donator dixerit donare ob gratitudines receptas, illa causa meritorum non fuit finalis, sed impulsiua, & apposita ad colorandam donationem, & ideò non esse attendendam, sed solùm esse attendendam illam clausulam *spontè, liberè, & quia sic ei facere placuit*, quæ puram, & simplicem donationem esse ostendit, vt post *Oldra. in cons.* 5. dixit *Soc. Sen. d. cons.* 295. *nu.* 9. *vol.* 2. *Ruin. cons.* 173. *num.* 12. *& seq. vol.* 1. *Deci. in d. l. si donatione* 13. *n.* 24. *C. de collat. Crauet. cons.* 85. *num.* 3. *par.* 1. *Alex. cons.* 14. *nu.* 1. *lib.* 1. *Decia. cons.* 32. *num.* 9. *lib.* 3. *Menoch. d. cons.* 112. *num.* 41. *lib.* 2. cum aliis relatis per *Hond. d. cons.* 47. *n.* 16. *& seq. lib.* 1. *Caph. d. cons.* 94. *sub num.* 19. & sequitur *Surd. cons.* 361. *nu.* 17. *lib.* 3. & post eum *Card. Manti. de tacit. & amb. lib.* 13. *tit.* 15. *num.* 45. & voluit etiam *Rota decis.* 591. *num.* 50. *par.* 3. *recen. & decis.* 217.
26 *num.* 20. *par.* 5. *recen.* † quicquid contrarium tenere videatur *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 8. cum quo pertransire videtur *Rota decis.* 346. *sub num.* 1. *par.* 4. *diuer.* volentes, dictam clausulam censeri appositam de stylo Notarij, & ideò non alterare naturam donationis in causam expressam factæ.

Maximè cũ huiusmodi generales assertiones meritorũ passim fiant ad colorandas donationes, non autem quod verè merita interuenerint, vt ex *Natt. Hond. Gomez, Seraph. & Rota Auenion.* probaui *supra num.* 4. & cum donatio facta fuerit D. Sueuæ tempore donationis in infantili ætate constitutæ, in qua cadere non possunt merita *Alex. cons.* 8. *num.* 10. *lib.* 3. *Mascar. de proba. concl.* 460. *num.* 12. *vol.* 1. alios adducens ita sentientes, *Rota Auenion. apud Hiero. a Lauren. decis.* 23. *num.* 10. *in fine.*

Neque obstat, quod D. Diana mater D. Sueuæ donatariæ in eodẽ instrumento donationis quietauerit Viuanum donatorem de dote suæ matris, ac etiam de dote ipsi D. Dianæ debita, & sic donatio per Viuanum facta eodem cõtextu, & in eodem actu dicatur mutua, & correspecti-
27 ua ad dictam quietationem, † in qua cum vterque videatur capere, non habet locum dispositio *d. l. si vnquam*, vt latè comprobat *Tiraq. in d. l. si vnquam in vers. donatione largitus nu.* 110. *& seq. Fontanell. de pact. nupt. clau.* 5. *glos.* 8. *par.* 3. *num.* 10. *& sequen.* cum illa non sit pura, & mera donatio, sed potius dici possit quædam permutatio, vt post *glos. Alberi. & Iac. Butrig.* per eum relatos dicit *Tiraq. in loc. proximè adducto*, *Rol. cons.* 44. *num.* 27. *lib.* 1.

Quia respondeo, quod Viuanus donator dotem matris D. Dianæ eidem soluit in florenis centũ viginti, & dotem ipsi D. Dianæ debitam eidem pariter soluit in summa florenorum ducentorum, vt patet ex ipso instrumento donationis,
28 †, & ideò ipsa tenebatur necessariò Viuano soluenti quietationem facere de dictis dotibus ab eo receptis *Bart. in l. cum Aquiliana* 5. *& ibi Bald. & Ang. ff. de transac. Ias. cons.* 9. *nu.* 32. *vol.* 1. *Ciriac. contro.* 267. *num.* 6. *Adden. ad Capic.*

ad Capic. Latro decis. 21. *nu.* 2. *par.* 1. post hæc
scripta visus, & tenebatur illam tacere, etiamsi
Viuanus non fecisset dictam promissionem, &
29 donationem, † vndè cum vnus actus esset neces-
sarius, & alter voluntarius, promissio Viuani
nullo modo dici potest mutua, & correspectiua
Castr. in l. petens 27. *nu.* 9. *C. de pact.* Lancell.
Gallia.cons. 40. *nu.* 6. *& seq. Alba cons.* 45. *per
tot.* & benè declarat *Menoch. de præsump. lib.* 6.
præsumpt. 12. *num.* 39.
30 Neque pariter nocet alterum motiuum ex-
aduerso factum, quod donatio facta D. Sueuæ,
vti facta contemplatione matrimonij, & sic ob
causam, non subiaceat dispositioni *d. l. si vnquã
Cæph. cons.* 94. *n.* 3. *lib.* 1. *Gratia. discep. foren.
cap.* 984. *num.* 27. *par.* 5. quia nullo modo lo-
cũ habere potest in casu, de quo agitur, ex plu-
ribus, & primò cum donatio non fuerit facta
contemplatione matrimonij, stante quod dona-
tor donare voluerit, etiamsi matrimonium nõ
sequeretur, vt apertè legitur in ipso instrumen-
31 to donationis, † dos verò non potest esse sinè
matrimonio *l.* 3. *ff. de iur. doti. Surd. decis.* 211.
nu. 18. *Card. Manti. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 23.
idem Surd. cons. 131. *num.* 14. *lib.* 1. Rota *decis.*
538. *num.* 1. *par.* 1. *diuer.*
32 Secundò quia contrarium in terminis, quod
imò dispositio *d. l. si vnquam*, habet locum etiã
in promissione, & donatione facta ob causam
dotis, tenent communiter Doct. & præcipuè
Bertran. cons. 16. *col.* 3. *lib.* 3. *Cassan. ad consuct.
Burgun. fol.* 288. *col.* 4. *Ripa in d. l. si vnquam,
quæst.* 13. *&* 22. vbi hanc dicit veram opinio-
nem, *Gabr. comm. concl. de donat. concl.* 2. *num.*
26. *&* 41. latè *Alex. cons.* 71. *lib.* 4. *per. tot.
Morot. d. cons.* 43. *n.* 7. *& seq.* & ita sentit etiam
*Tiraq. in d. l. si vnquam in versic. donatione lar-
gitus nu.* 145. quam opinionem benè compro-
bat *Fontanel. de pact. nupt. clausf.* 5. *glos.* 8. *par.* 3.
num. 78. vbi dicit, hanc esse certissimam opinio-
nem, quos adduxi etiam *allegat. præced. nu.* 31.
33 Ratio autem, vltra adducta *in allegat. præced.*
est clarissima, quia donatio alicui facta pro dote,
vel ob causam contrahendi matrimonij in ge-
nere, non expressa aliqua persona particulari,
vt in casu, de quo agitur, cum dicta causa non
sit finalis, sed tantùm impulsiua, vt in dubio
etiam præsumitur, non dicitur donatio ob cau-
sam, sed pura, & simplex, vt tenent magis cõ-
muniter Doct. & præcipuè *Deci. cons.* 216. *n.* 7.
Cæph. cons. 613. *num.* 21. latè *Morot. d. cons.*
43. *num.* 7. *& seq. Rol. cons.* 44. *num.* 2. *& seq.
lib.* 4. *Menoch. cons.* 261. *num.* 13. *lib.* 2. *Card.
Manti. de tacit lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 11. alios ad-
ducens *Gratia. discep. foren. cap.* 297. *num.* 1.
& seq. par. 2. *& cap.* 924. *nu.* 30. *& cap.* 984.
nu. 22. *& seq. par.* 5. *Mater. decis.* 10. *nu.* 1. 2.
& seq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. *glos.* 1.
num. 17. *& glos.* 29. *nu.* 2. *& seq.* quibus addo
ita sentientes *D. Andreol. contro.* 155. *num.* 4.
& seq. & contro. 166. *nu.* 41. *Hodier. ad Surd.
decis.* 322. *num.* 37. *& Michal. de fratr. par.* 1.
cap. 20. *num.* 21. *& seq.* post hæc scripta visos,
& latè comprobat *Altogra. cons.* 7. *num.* 12. *&
seq. lib.* 1.
34 Quicquid sit quãdo matrimonium esset cau-
sa finalis donationis, vt quia illa sit facta ratio-
ne certi matrimonij cum certa persona con-
trahendi, vel sponsus non fuisset aliter contrac-
turus, vt tradunt Doct. supradicti; & firma-
uit expresse Rota *in* Romana *donationis de Ca-
stellanis* 10. *Maij* 1632. *coram Reuerendissimo D.
Coccino Decano §. non obstat etiam &c.* quod
tamen non transit sinè difficultate, quando do-
natio sit ratione certi matrimonii, vt videre
est apud *Michal. d. cap.* 20. *num.* 21. quæ non
concurrunt in casu, de quo agitur.
35 Ratio autem supradictæ rationis est, † quia
non omnis causa in donatione expressa facit
donationem ob causam, sed illa talis esse debet,
quæ cõmodum, & vtilitatem donantis respiciat,
& liberalitatem excludat ex parte donantis,
si enim solùm commodum donatarij respiciat,
dicitur donatio simplex, non autem ob causam,
vt scripserunt *Corn. cons.* 45. *col.* 3. *lib.* 4. *Crauet.
cons.* 85. *num.* 2. latè *Peregr. de fideic. art.* 51.
nu. 65. *& seq.* Rolan. *d. cons.* 44. *num.* 2. *vol.* 4.
Morot. *d. cons.* 43. *nu.* 11. *Card. Manti. de tacit.
lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 11. vbi dicit, quod si extra-
neus dat pecuniam alicui mulieri, vt eam ma-
rito in dotem tribuat, sine dubio intelligitur
dare in causam dotis, tamen illa pura donatio
dicitur, quia liberalitatem, & munificentiã non
excludit ex parte donantis, vt ibi per eum, qui
hoc benè comprobat, & quamplures Doct ad-
ducit authoritates, & benè declarat more suo
D. Andreol. post hæc scripta visus *controu.* 240.
sub nu. 19. *& Altogra. d. cons.* 7. *nu.* 4. *& seq.*
Quibus cò magis locus esse debet in casu nostro,
cum donatio facta fuerit ab eo, qui nullo iure
tenebatur donationem facere, sed illa processit
ex mera liberalitate donantis, quod valdè de-
monstrat, simplicem donationem factam fuisse,
& causam excludit, vt not. *Castr. in l. vt liberis*
17. *col. pen. & ibi Deci. circa fin. C. de collat.*
quos refert, & sequitur *Morot. d. cons.* 43. *num.*
10. vndè, cum dicta donatio sit simplex, & pu-
ra, non autem remuneratoria, nec ob causam,
in ea locum habere dispositionem *d. l. si vnquã,*
nullo modo est ambigendum, vt not. Doct.
omnes communiter in eadem *l. si vnquam,* &
ibi plenè scribit *Tiraq. in versic. donatione lar-
gitus in princ. C. de reuoc. donat. Altogra. d. cõs.*
7. *num.* 23.
Vanum est autem omninò motiuum vltimo loco
exaduerso adductum, quod per Viuanum cen-

seatur

featur renunciatum dispositioni *l. si vnquam C. de reuoc. donat.* ex clausulis generalibus instrumenti *renunciauit omni legum auxilio*, maximè stante iuramento, quod dicitur habere vim specialis renunciationis *glos. in cap. ex rescripto 9. de iureiur. Soc. Iun. cons. 136. propè fin. lib. 1. Cephal. cons. 94. num. 7. lib. 1.* alios adducens.

36 Quia, omissa disputatione an dispositioni *l. si vnquam* possit per partem renunciari, de qua latè habetur per *Ceph. d. cons. 94. nu. 21. & seq. & per Mangil. de imput. quæst. 103. per totã, & per Clar. in §. donatioquæst. 22. versic. tertiò infertur*, vbi dicit, istum articulum esse ita dubium, vt rectè sciri non possit, quæ iam sit magis

37 gis communis Doct. opinio, † quia, inquam, vt censeatur renunciatum dispositioni *d. l. si vnquam*, non sufficiunt generales renunciationes, sed requiritur specifica, & indiuidua renunciatio *Roma. cons. 269. n. 2. & ibi Adden. litera D. Alex. in l. pen. num. 25. C. de pact. Clar. in d. §. donatio quæst. 22. versic. aut non constat &c.* vbi dicit, ita intrepidè esse tenendum *Hond. d. cons. 47. n. 43. lib. 1. Mangil. de imput. d. quæst. 103. num. 7. & nu. 11. Rota apud Card. Seraph. decis. 1337.* quam refert, & sequitur eadem *Rot. decis. 591. num. 6. par. 3. recen.*

38 Non obstante iuramento apposito *Oldr. cõs. 228. n. 8. Alex. cons. 71. n. 3. lib. 4 Corn. cons. 234. num. 2. lib. 2. Ripa in d. l. si vnquam nu. 4.* vbi de communi *Tiraq. in ead. l. si vnquam in præfat. num. 147. & seq. Mangil. d. quæst. 103. num. 12. Rota d. decis. 591. num. 6.* quia cum dicta constitutio sit fundata super præsumpta mente donãtis, quod si de liberis cogitasset, do-

39 nationem non fecisset, sequitur quod, † cum deficiat consensus donatoris, iuramentum supplere non possit illius defectum *Guid. Pap. decis. 227. Corn. cons. 441. col. fin. vol. 2. Surd. cons. 25. nu. 9. & cons. 38. nu 8. lib. 1. Mangil. d. quæst. 103. nu. 12. & seq. Cephal d. cons. 94.*

40 *num. 35. lib. 1. Rota d. decis. 591. n. 6.* † & cum iuramentum non trahatur ad incogitata *cap. Quintauallis 23. de iureiur. Bald. in l. 2. quæst. 9. C. de rescin. vend. Tiraq. in d. l. si vnquam in præf. num. 170. Ceph. cons. 198. num. 7. lib. 2. Surd. cons. 37. nu. 14. vol. 1. Mangil. d. quæst. 103. n. 13.* alios adducens concordantes *Rota d. decis. 591. nu. 6. in fine par. 3. recen.*

Quæ omnia licèt ex supradictis satis clara appareant, si tamen aliqua adesset dubietas, idem tamen in dubio dicendum esset, cum enim filia Viuani fundet intentionem suam in generali

41 regula *d. l. si vnquam*, † & regulæ standum sit donec de exceptione probetur *Dec. in l. 1. n. 7. ff. de reg. iur. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 12. num. 4. Card. Manticã de coniect. lib. 5. tit. 15. n. 31. Surd. decis. 356. n. 18. lib. 3. & decis. 255.*

42 *num. 8. & decis. 322. num. 40. & seq.* † cum habens regulam pro se dicatur habere intentionem fundatam *Ancar. cons. 223. in fin. Cravet. cons. 25. num. 8. Roma. cons. 123. num. 4. Rol. cons. 81. num. 4. lib. 1.* latè *Mascar. de prob. concl. 1268. num. 1. & seq. lib. 3.* ideò aduersaria, quæ se fundat in exceptione illa, quod donatio sit remuneratoria, & non reuocetur, debet exceptionem, & sic merita clarè probare, ita vt dubia illorum probatio nihil releuet, vt tradunt *Menoch. cons. 112. num. 18. lib. 1.* & post eum *Hond. in d. cons. 47. num. 54. & seq.* latè comprobans.

Quare &c. saluo &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit pro reuocatione donationis ad fauorem filiæ Viuani ex voto Illustrissimi Domini mei Comitis Io. Francisci Andreoli I. C. Eugubini clarissimi de anno 1638. vt apparet ex illius controuer. 67. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Obligatio vxoris facta in eodem instrumento vnà cum viro an sit valida, & confessioni eiusdem, quod pecunia, seu bona cesserint in ipsius vtilitatem, an sit standum. Et an ipsa possit se obligare, seu fideiubere pro viro, maximè stante iuramento. Iuramentum an firmet actum nullum ipso iure, & quid, si Statutum præsumat contractum, vel iuramentum metu, & dolo extortum. Et vxoris obligatio pro viro an sustineatur, si sit facta pro constituenda dote communi filiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vxor nõ potest fideiubere, et se obligare pro viro.*
Ita vt illius promissio, & obligatio pro eo sit ipso iure nulla. num. 2.
Et neque teneat fideiussio. num. 3.
Et neque vlla oriatur obligatio, neque naturalis. num. 4.

5 *Vxoris obligatio in eodem instrumento cũ viro est nulla, si non constet, negocium in illius vtilitatem cessisse.*
Cum tunc præsumatur colore quæsito pro viro se obligasse. num. 6.
Quod verò bona, vel pecuniæ cesserint in vtilitatem vxoris, non præsumitur, sed est probandum. num. 7.

8 *Vxoris assertioni, quod pecuniæ cesserint in illius vtilitatem, non creditur.*

9 Auth. si qua mulier C. ad Vellei. *dispositio habet locum in omni contractu.*

10 *Decretum Ducis Vrbini prohibet omnem obligationem mulieris pro viro, vel alys personis.*

11 *Vxoris obligatio pro viro sustinetur de iure canonico stante iuramento.*

12 *Iura-*

12 *Iuramentum non confirmat actum nullum ipso iure.*

Contrarium tenent plures Doctores nu. 13.

14 *Iuramentum non firmat contractum nullum, quando Statutum præsumit illum dolosum, seù meticulosum, & iuramentum dolo extortum.*

Cum de iure canonico iuramentum nō firmet actum dolosum, seù meticulosum. num. 15.

16 *Decretum Ducis prohibens obligationes mulierum pro viris procedit, tàm in expressa quàm in tacita obligatione.*

17 *Vxor, quæ se obligauit vnà cum viro, non potest allegare præsumptam fideiussionem pro viro cōtra creditorem, sed solùm contra virum.*

Quæ opinio non est tuta, sed valdè dubitabilis. num. 18.

Et procedit, quando illa habet regressum cōtra bona viri, secùs si remaneret indotata, vel læsa vltra dimidium dotis. num. 19.

20 *Vxoris obligatio pro viro facta pro dotanda communi filia est valida.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores. num. 28.

21 *Dotis fauore cessat beneficium Senatus Consulti Velleiani.*

22 *Lex vna declarat aliam.*

23 *Lex noua intelligitur secundùm antiquā, quando loquitur de materia, de qua loquitur antiqua.*

24 *Correctio legum in dubio est vitanda.*

25 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra aliū priuilegiatum.*

Procedit, quando priuilegia sunt æqualia, quia maius priuilegium præfertur minori. n. 27.

26 *Priuilegiū dotis est potētius priuilegio Velleiani.*

29 *Statutum generaliter loquens non comprehendit casum specialiter priuilegiatum.*

30 *Statutum disponens idem, quod ius commune, recipit easdem limitationes, ampliationes, & declarationes, quas ius commune.*

ALLEGATIO LXXVI.



Xcellentissime Domine. D. Catherina vxor relicta q. Sebastiani Marci de Villa Claserna Territorii Terræ Cantiani, quæ confessa fuit, vna cum dicto Sebastiano eius viro recepisse ad affictum capras quinquaginta circiter ad triennium a Bartholomæo Bastiani Merolli de Cantiano cum obligatione soluendi paulum vnum cum dimidio pro qualibet dicto locatori annuatim, & illas restituendi in eodem numero in fine affictus, & prout latiùs habetur in apoca in iudicio exhibita, venit absoluenda a petitis contra eam pro parte Bartholomæi actoris, cum illius promissio, & obligatio sit nulla, & inualida, vti facta ad fauorē Sebastiani eius viri, tàm ex dispositione iuris communis, quàm vigore Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini.

Ex dispositione iuris communis, inquam, quia mulier ob suspicionem, quod maritus blanditijs, seù minis illā inducat ad se obligandū pro ipso in præiudicium suarum dotium, & bonorum, prohibetur se obligare, promittere, & fideiube-
1 re pro viro, † ita vt eius obligatio, promissio, & fideiussio pro eo sit ipso iure nulla, tex. est in *Auth. si qua mulier, & ibi not. glos. & communiter Doct. C. ad Vellei.* & tradunt *Pir. Maur. de fideiuss. par. 2. sect. 8. cap. 3. nu. 9. & seq. Surd. decis. 164. num. 11. & ibi Hodier. in prin. Grass. de excep. excep. 27. n. 22. & seq. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 5. nu. 1. & seq. Merli. Pignat. contro. foren. cap. 56. n. 1. cent. 1. Posti. resolut. 89. num. 2. & seq. Capic. Latro decis. 148. n. 1. lib. 2.* Rota *apud Zacchi. de societ. decis. 3. nu. 2. & apud eundem de oblig. camer. decis. 100. n. 1. & apud Duran. decis. 449. in fin. & decis. 212. num. 12. par. 4. rec. tom. 2.*

2 Ita vt illius obligatio, & fideiussio pro viro; vt dixi, sit ipso iure nulla, vt tradunt *Surd. d. decis. 164. num. 11. & seq.* Mart. *Medi. exam. 20. num. 5. & decis. 93. num. 1.* quem refert, & sequitur *Posti. d. resol. 89. num. 3. Thes. decis. 223. num. 1. & seq.* vbi dicit, resistere hoc casu non solùm Senatusconsultum Velleianum, & illius rationem, sed etiam dispositionem *d. Auth. si qua mulier*, & illius rationem, ita vt non requiratur exceptio Velleiani, vt ibi per eum, *Marescot. d. cap. 5. n. 3.* alios adducens *Ciriac. contro. 215. in prin.* Rot. *apud Zacchi. de societ. d. decis. 3. num. 3. & d. decis. 212. n. 14. par. 4. rec. tom. 2.*

3 Quod in tantum est verum, vt pro ea neque teneatur fideiussor *l. si mulier 16. §. fin. ff. ad Velle. l. mulierem 14. C. eod. tit.* & tenent *Hering. de fideiuss. cap. 10. num. 18. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1966. Thesa. quæst. foren. 6. n. 5. lib. 4.* quos refert, & sequitur *Merli. Pignat. d. cap. 55. num. 17.* latè comprobans.

4 Et dispositio eiusdem *Auth. si qua mulier* impediat ortum cuiuscunque etiam naturalis obligationis, cum resistat in dicto casu non solùm Senatusconsultum Velleianum, & illius ratio fragilitatis mulieris, sed etiam specialis dispositio *d. Auth.* quæ pinguius prouidet vxori annullando illius promissionem, & obligationem ipso iure, vt tradunt *Hond. d. cons. 45. sub num. 17. Thesa. d. decis. 223. in priu. Gratell. decis. 132. in prin. & Ciriac. d. contro. 215. n. 1. & 13.*

5 Quæ quidem conclusio habet locum non solùm quando vxor accessoriè accedit obligationi mariti, sed etiam quando ipsa, & maritus insimul se obligant in eodem instrumento constituētes se principales debitores, vt in casu nostro,

quia

quia, si non appareat euidenter, negocium cessisse in vtilitatem vxoris, præsumitur color quæsitus, & vxorem ipsam fideiussisse pro viro, vt tradunt *Bald. in d. auth. si qua mulier num. 13. Alberi. n. 2. Ias. nu. 8. Salic. nu. 8. C. ad Vellei. Rola. cons. 64. num. 7. & 8. lib. 1. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 89. num. 1. Hond. cons. 45. nu. 11. & seq. & nu. 19. & 22. lib. 1. Marescot. d. cap. 5. nu. 11. & 12. Grass. d. except. 2. n. 43. Gargi. Iun. d. cons. 31. sub num. 178. vers. caterùm notant &c. lib. 2. Ciriac. contro. 37. n. 21. & contro. 215. num. 4. & seq.* alios adducens sectatores, latè *Calui. de aquit. lib. 2. cap. 152. num. 1. & seq. & cap. 153. num. 7. Posti. d. resol. 89. num. 4. Merli. Pignatel. contro. foren. cap. 55. num. 3. & seq.* vbi dicit, hoc eò magis procedere, si vxor se obliget in solidum vna cum viro *Olea de cessio. iur. tit. 5. quast. 3. n. 3. Rot. decis. 365. n. 8. par. 4. rec. & decis. 731. num. 2. par. 3. recen.*

Quicquid dici posset, quando appareret euidenter, contractum initum per virum, & vxorem fuisse celebratum super re pertinente merè ad vxorem, vt habetur per *Ciriac. d. contro. 37. per totam.*

6 Vxor enim ita se obligando vnà cum viro, vt dixi, dum non apparet, negocium in eius vtilitatem cessisse, præsumitur colore quæsito tacitè intercedere pro marito, & negocium, res, siuè pecunias in totum peruenisse ad virum *Abb. cons. 44. in prin. par. 1. Hond. d. cons. 45. n. 22. & seq. Gargiar. Iun. d. cons. 31. nu. 178. vers. caterùm notant &c. Ciriac. d. contro. 37. nu. 2. & d. contro. 215. num. 7. Olea d. tit. 5. quast. 3. num. 3. Rot. d. decis. 731. n. 2. par. 3. recen.*

7 Quod verò negocium, res, seu capræ receptæ per D. Catherinam vxorè vnà cum Sebastiano viro, vt in d. apoca, in eius vtilitatem cesserint, non præsumitur, sed plenè, & concludenter est probandum, vt habetur in *d. auth. si qua mulier*, & in corpore, vndè sumitur, & ibi hoc not. *Bart. Bald. Salic. & alij, idem Bald. in l. si cum serunm 33. n. 3. ff. si cert. pet. Bald. Nouel. de dote par. 7. prin. 1. num. 15. in fin. Tiraq. de retrac. lignag. §. 31. glos. 1. n. 5.* alios adducens ita sentientes *Affl. decis. 209. per tot. Rola. d. cons. 64. n. 10. Hond. d. cons. 45. num. 13.* benè *Gargiar. Iun. d. cons. 31. num. 178. vers. color quasitus &c.* alios pariter recensens *lib. 2. Gail. d. obser. 89. num. 1. Caluin. d. cap. 153. num. 10.* latè *Merli. Pignatel. contro. foren. cap. 55. num. 13. & seq. cent. 1.*

8 Quod quidem habet locū, licèt vxor in instrumento fateatur pecunias, seu bona ad eam peruenisse, & in illius vtilitatem fuisse conuersa, cū ei non sit credendum, cum vxor eadem facilitate confiteatur, qua se obligat pro viro, vt tradunt *Bart. in d. auth. si qua mulier nu. 3. Alberi. n. 5. Castr. nu. 3. Salic. nu. 6. Rola. d. cons. 64. n. 10. & seq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam stante iuramento, & bene declarat *Hond. d. cons. 45. nu. 13.* vbi subiungit, quod si sola mulieris confessio sufficeret, metu, vel amore viri id facilè cōfiteretur, & sic dispositio *d. auth.* excluderetur, iuramento non obstante, vt ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Gail. d. obser. 89. in prin. Gargiar. Iun. d. cons. 31. num. 178. vers. color quasitus &c. Marescot. d. cap. 5. num. 5.* & voluerunt etiam *Calui. d. cap. 152. num. 4. & seq. Thes. d. decis. 223. nu. 2. Ciriac. d. contro. 215. num. 12. Merli. Pignat. d. cap. 55. num. 13. & seq. Capic. Latro decis. 148. nu 34. lib. 2. Posti. resolut. 68. num. 29.* & nouissimè *Olea de cessio. iur. d. tit. 5. quast. 3. num. 3.*

De qua cessione in vtilitatem D. Catherinæ vxoris cum non appareat in casu nostro, imò ex iuris præsumptione, de qua supra, dicatur apparere de contrario per iura ibi adducta, meritò intrare ad fauorem ipsius dispositionem *d. Auth. si qua mulier cum ibi not. per Doct. C. ad Vellei.* nullum videtur remanere scrupulum.

9 Quæ quidem dispositio *d. Auth. si qua mulier* habet locum, non solùm quando vir, & vxor cōfitentur in eodem instrumento, recepisse pecuniam mutuo, iuxta terminos ipsius *Auth.* sed habet etiam locum in omni alio contractu, in quo cum viro se obligat, quando non constat, quod pecunia, seu aliæ res, pro quibus se obligauit, in eius vtilitatem fuerint conuersæ, quia etiam in aliis contractibus ob identitatem rationis præsumitur color quæsitus, & ipsam vxorem intercessisse pro viro, & sic illius promissio, & obligatio est nulla, vt not. *Bald. & alij in d. Auth. si qua mulier Bologni. cons. 45. per tot. Abb. d. cons. 44. in prin. par. 1. Hond. d. cons. 45. num. 22. & 23. & Marescot. d. cap. 5. num. 11. lib. 2.*

Et ideò cum ex iuris præsumptione, de qua supra, probetur, negocium, seu affictum caprarum ad Sebastianum maritum tantùm spectasse, & ad illius manus tantùm capras peruenisse, maximè cum consignatio illarum tempore apocæ facta non fuerit, vt ex ea est videre, & D. Catherinā vxorem quæsito colore prò eo se obligasse, dicta sua obligatio, & promissio est nulla, non solùm de iure communi per iura, & authoritates supra adductas, sed etiam vigore Decreti

10 q. Serenissimi Ducis Vrbini, † quo cauetur, quod nulla intercessio, fideiussio, promissio, & alia quæuis obligatio, & quinis alius contractus mulieris pro viris, ac alijs quibuscunq; ad alienam, & non propriam vtilitatem valeat, nec teneat absq; licentia ipsius Principis, etiam si mulieres, licèt certiores factæ, renunciauerint beneficio Senatusconsulti Velleiani, & d. renunciationem iureiurando confirmauerint, præsumendo

mendo d. renunciationes, & iuramentū desuper interpositum metu, & dolo extortas, vndè, deficiente dicta licentia, obligatio D. Catherinę, de qua supra, remanet nulla, & inualida, etiam; vt dixi, vigore d. Decreti Ducalis, vt in terminis huius Decreti Ducis Vrbini scripserunt *Hond. d. cons. 45. num. 15. lib. 1. & Rot. decis. 212. num. 20. & seq. par. 4. rec. tom. 2.*

Quæ certè habent locum, etiam si in d. obligatione D. Catherinæ adesset iuramentum, quod tamen in ea non adest, ex duobus, & primò quia

11 † licèt iuramentum, saltem de iure canonico, faciat sustineri obligationem vxoris pro viro, non obstante *d. auth. si qua mulier*, vt voluerunt *Thesa. decis. 222. num. 8.* vbi dicit, ita seruari in pract. *Seraph. de priuil. iura. priuil. 118. num. 2. Surd. cons. 367. nu. 13. lib. 3. Marescot. var. resol. lib. 2. d. cap. 5. nu. 17. Calui. de equit. d. cap. 152. nu. 5. Massin. de confisc. bono. quæst. 32. num. 86.* benè *Rot. decis. 731. nu. 6. par. 3. rec.* alias adducens Doct. authoritates, & Rotæ Rom. decisiones, dummodo mulier non remaneat, ex dicta promissione iurata, prorsus indotata, vel læsa vltra dimidium dotis, vt post *glos. Paris. Gail. Gratia. Bello. Cancer.* & alios per eum adductos firmat *Calui. d. cap. 152. n. 6. 7. & seq.* & post eum *Massin. d. quæst. 31. num. 89.*

Primò, inquam, quia cum d. obligatio vxoris in eodem instrumento cum viro, si non constet negotium in eius vtilitatem cessisse, resistente *d. auth. si qua mulier*, sit ipso iure nulla, vt ex *Bart. Bald. Ang. Salic. Surd. Hond. Thesa. Marescot. Grinell. Ciriac. & Rot. Rom.* probaui supra *n. 8.*

12 iuramentum nihil operatur, † cum non confirmet actum nullum ipso iure, vt post *Bald. Castr. Salic. Ang. Imol. Seraph. Caph. Rimi. Inn. Bologni. Bero. Fabia. de Monte. Aret. Deci. Becci.* per eum relatos latè firmat *Hond. d. cons. 45. num. 34. & cons. 31. num. 65. lib. 1.* & scripserunt etiam *Bart.* Roma. *Marsil.* Greg. *Tholos. Tiraq.* Rola. *Caph. Simo. de Pret.* & alij, quos recenset *Farin. de simul. & falsit. quæst. 160. num. 251. Manci. de iuram. par. 4. effec. 1. quæst. 3. num. 1. & seq. & Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 19. num. 1004.*

13 Secundò, & meliùs, cum d. opinio, quod iuramentum non confirmat obligationem nullam ipso iure, non sit tuta, cum contrarium teneant Doct. quamplures, & præcipuè *Abb. in cap. cum contingat 28. n. 2. & seq. de iureiur. Ant. Gomez ad leg. 69. Taur. num. 4. vers. sed bis non obstantibus &c. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. n. 5.* vbi testatur de communi opinione, *Gabr. cons. 13. nu. 2. & cons. 127. nu. 8. vol. 1. Enge. cons. 3. n. 14. & seq. lib. 1.* latè *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 3. cap. 12. num. 12. Balth. Tomas. in d. tit. 19. num. 414. & num. 1005.* quam opinionem benè confirmat *Illustriss. Dominus meus Sperellus Episcopus Eugubinus* vir nunquam ob innumeras eius virtutes satis laudatus *decis. 64. num. 9.* alios adducens concordantes, & alij per me adducti *allegat. 48. nu. 23.*

Quia, inquam, cum obligatio D. Catherinæ vxoris præsumatur facta ad fauorem viri, vt supra, & ideò cōprehendatur sub dispositione Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini, a quo infringuntur hujsmodi obligationes mulierum non obstante iuramento, & disponitur, renonciationes etiam iuratas nullas esse, vi metu, & dolo extortas, & iuramentum quoque, & omnia alia adiecta;

14 & ita de iure præsumi decernitur, † tunc iuramentum, stante dolo præsumpto, nihil operatur, & non confirmat actum, vt tradunt *Doct. relati per Bertaz. de clau. claus. 7. glos. 19. num. 6.* nec non *Gabr. cons. 13. num. 6. & seq. lib. 1. Hond. d. cons. 45. num. 35. & seq. lib. 1. & cons. 51. num. 40. lib. 2. Simoncel. de decret. tit. 8. num. 165. & seq. lib. 3. Seraph. de priuil. iura. priu. 83. num. 79. & seq. Balth. Tomas. in d. tit. 19. num. 659. & num. 1877. Gratian. discep. foren. cap. 531. num. 99. par. 3. & cap. 750. num. 20. par. 4. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. nu. 153. & par. 2. cap. 1. num. 13. in fin. D. Andreol. contro. 134. num. 61. Adden. ad Buratt. decis. 422. num. 18. & seq. Rot. decis. 665. num. 10. par. 1. rec. & decis. 212. num. 16.* vbi testatur de communi opinione, *& decis. 293. num. 5. & seq. par. 4. rec. tom. 2. & apud Posth. de manut. decis. 63. num. 4. & apud Buratt. decis. 612. num. 7. & 8. et apud Duran. decis. 155. nu. 10. & alij per me adducti alleg. 48. num. 23.* quicquid dubitauerint *Bertaz. d. glos. 19. n. 6. vers. ex quibus patet &c.* & aliqui Doctores apud eum ibi, *& Rot d. decis. 212. num. 8.*

Non obstante, quod Decretum conditum fuerit a Principe laico, qui non potest disponere super iuramento directè, nec indirectè ad notata per *Doct. in l. omnes populi. 9. ff de iusti. & iur. Engen. cons. 14. num. 21. lib. 1.* quia iuramentum in d. casu non operatur, non ex eo, quod Decretum Principis laici disponat de iuramento, quod nō

15 potest, † sed quia tunc intrat dispositio iuris canonici, quod iuramentum non firmat actum dolosum, seù meticulosum, vt declarant *Hond. d. cons. 45. num. 35. D. Andreol. d. contro. 134. nu. 61. & Rot. d. decis. 665. nu. 10. par. 1. rec.*

Maximè cum d. iuramentum non dicatur promissorium, sed potiùs assertorium, cui non est standum, quando lex determinat de vero actu probando, vt post *Bald. & Ronchegal.* per eum adductos tradunt *Gratia discep. foren. cap. 498. num. 5. par. 3. & Calui. de æquit. d. cap. 153. num. 11. lib. 2.*

16 Quod quidem Decretū habet locum in mulieribus, siue expressè, siue tacitè fideiubentibus, & se obli-

& se obligantibus, vt in eo dicitur, & ne alias
detur occasio Decretum illudendi, vt adnota-
runt *Marescot. d. cap. 43. num. 1. & seq. Pedroc.*
cons. 25. lib. 1. Rimi. cons. 150. nu. 30. & seq.
lib. 2. vbi testatur de magis communi opinione,
& sentit *Giurb. contro. 295. nu. 36. & seq. Rot.*
apud Turin. de contract. mulie. sine cert. solem.
non valit. inspect. 8. par. 1. decis. 10. nu. 1. & 2.
& decis. 18. nu. 4. & 5. & nu. 15. & inspect. 1.
par. 2. decis. 87. n. 1. & 2. Posth. resol. 45. n. 11
17 Quibus non obstat, quod d. mulier, quæ se
obligauit vnà cum viro, vt supra, non possit alle-
gare d. præsumptionem fideiussionis, & obliga-
tionis pro viro, & sic capeas fuisse receptas per
virum tantùm, nisi contra ipsum virum, non
autem contra creditorem, ad cuius fauorē ipsa
se vnà cum viro obligauit, vt sensit originaliter
Bald. in l. mater 3. nu. 11. C. de rei vendi. quem
sequuti sunt *Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glos. 3.*
par. 13. num. 37. Caren. resol. 89. num. 3. & 4.
& alij, quos refert, & sequitur *Massin. de confisc.*
bon. quæst. 31. num. 107.
18 Quia, quicquid sit de dicta opinione, quam
non tutam, imò satis dubitabilē appellat *Hond.*
d. cons. 45. num. 32. circa medium, per iura per
eum adducta, cum qua ego quoq; sentio, vt alibi
dicam, maximè cessante iuramento, vt in casu
nostro, in quibus terminis loquuntur *Boer. decis.*
23. num. 7. Costa de rata quæst. 42. in fin. Cranc.
cons. 91. num. 3. & 4. idem Hond. d. cons. 45.
nu. 32. & alii plures, qui illam sequuntur, non
19 obstat, inquam, † quia cum Sebastiano viro
non remanserint bona, ad quæ mulier possit ha-
bere regressum pro sua indemnitate, ita vt ipsa
remaneat vel indotata, vel saltem læsa vltra
dimidium dotis, tunc sibi præiudicate non di-
citur, non solùm quo ad virum, imò neque quo
ad creditorem, vt declarant *Vrsill. ad Afflic. d.*
decis. 209. in fin. Costa d. quæst. 42. in fin. Fontanel.
d. glos. 3. par. 13. num. 38. & sentiunt etiam
Marescot. var. resol. d. lib. 2. cap. 5. num. 19. &
Massin. d. quæst. 31. num. 89.
Addo prædictis pro coronide vltra casum, de
quo agitur, quod licèt promissio, & obligatio
20 vxoris sit nulla, & inualida, vt supra, † id ta-
men non habet locum, quando vxor se obligat
pro viro pro dotanda communi filia, vt scripse-
runt *Bald. in l. 1. nu. 1. vers. quintumdecimum*
ff. solu. matr. & cons. 106. num. 1. lib. 5. Bald.
Nouell. de dot. par. 6. priuil. 3. nu. 7. & priuil.
12. num. 2. Barbo. in l. 1. par. 4. num. 101. &
seq. ff. solu. matri. Gomez ad leg. 50. Taur. n. 25.
Ruin. cons. 195. num. 5. lib. 1. Cranet. cons. 77.
num. 1. & seq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de
fideius. resol. 2. n. 4. Franc. Marc. decis. Delph.
108. num. 18. par. 1. Gratia. discep. foren. cap.
647. num. 16. & seq. par. 4. Valasc. consult. 127.
num. 3. & seq. Calui. de æquit. lib. 2. cap. 152.
num. 33. Merli. Pignatel. contro. foren. cap. 56.
num. 5. & seq. Rot. apud Puteo. decis. 160. per
tot. lib. 3. & decis. 390. num. 7. par. 4. recent.
21 Dos enim reperitur specialiter priuilegiata,
quod illius fauore cesset beneficium Velleiani *l.*
si dotare 12. & l. fin. & ibi not. *Doct. C. ad*
Velleia. & tradunt *Bald. Nouell. de dote par. 6.*
priuil. 12. per tot. Surd. decis. 364. n. 4. Gratian.
discep. foren. d. cap. 647. nu. 12. Menoch. cons.
34. num. 8. vol. 1. & alij Doct. supra adducti.
Vndè non mirùm, si dispositio *d. auth. si qua mulier,*
recipiat declarationem à *d. l. si dotare, & à d.*
22 *l. fin. C. ad Velleia.* † cum vna lex declaret aliam
l. sed, & posteriores 27. ff. de legibus glos. in auth.
offeratur C. de litis contest. Surd. cons. 470. n. 19.
23 *lib. 4.* † & lex noua intelligatur secundùm an-
tiquam, quando loquitur de eadem materia,
de qua loquitur antiqua *glos. in § sed hodiè Inst.*
de satisd. & in l. sciendum 8. §. 1. in prin. vbi *Doct.* &
præcipuè *Ias. num. 4. ff. qui satisd. coga. Surd.*
24 *cons. 177. n. 3. vol. 2.* † & cum correctio legū
in dubio sit vitanda *l. si quando 35. C. de inoff.*
testam. l. 16. C. de inoff. dot. l. præcipimus 32. in
fin. C. de appell. Caph. cons. 313. num. 18. &
seq. lib. 3. Franc. Becci. cons. 1. num. 19. cum
aliis, quos refert, & sequitur *Barbo. axiom. 60.*
num. 5.
Neque obstat, quod, licèt filia sit priuilegiata in
dote *per d. l. si dotare 12. & l. fin. C. ad Velleia.*
etiam mater habet beneficiū Velleiani per tex.
25 *in d. auth. si qua mulier, C. ad Velleia.* † & ideò
filia non debeat vti priuilegio contra matrem
pariter priuilegiatam, vt dicit *Bero. cons. 48.*
num. 6. lib. 1. & voluit etiam *Merl. Pignatel.*
d. cap. 56. num. 8. & 9. & generaliter compro-
bat *Barbo. axiom. 190. in prin.*
26 Quia respondeo, quod maius, & potentius
est priuilegium dotis, quàm Velleiani, vt tra-
dunt *Salic. in d. l. fin. in prin. C. ad Velleia. Gratia.*
discep. foren. d. cap. 647. nu. 17. Adden. ad Rot.
27 *decis. 460. in fin. par. 4. rec. tom. 2.* † maius
autem, & potentius priuilegium præfertur mi-
nori, & minùs potenti, cum regula supradicta
procedat, data paritate priuilegiorum, & non
alias, vt tradunt *Odd. de resti. in integ. par. 1. quæst.*
18. num. 32. vbi testatur de communi opinione,
Gratia. discep. foren. cap. 795. num. 16. par. 4.
Barbo. d. axiom. 190. num. 1. in fin. D. Andreol.
contro. 146. nu. 12. & 13. Rot. decis. 17. n. 18.
par. 4. rec. tom. 2.
Secundò respondeo, quod vxor, quando se obligat
pro dotanda communi filia, id facere dicitur sti-
mulo quodam, & naturali impulsu, vt scilicet
filiæ commodis prospiciat, quod est commune
parentum votum *l. pen. §. facilioraq; ff. de bon.*
liber. & not. *Bero. d. cons. 48. nu. 10.* non autem
ad effectum rem gratam faciendi viro, & sic cū
cesset ratio prohibitionis Senatusconsulti Vel-
leiani

leiani, cessare etiam debet illius dispositio *cap. cum cessante. 60. de appell.* l. *alligare* 61. §. *quamuis fide interpos.* cũ alijs relatis per *Barbo. axiom. 136. nu.* 9. & benè considerat in puncto *Merli. Pignatel. in d. cap. 56. num. 10. & seq.* volens propterea, obligationem vxoris, vnà cum viro, licèt sustineatur pro communi filia dotanda, non sustineri tamen, si sit facta per eam vnà cum viro pro muliere extranea, vt ibi per eum.

28 Et ita per prædicta tenendum censeo in hac quæstione, quicquid contrariũ tenuerint *Hond. d. cons. 45. n. 24. lib. 1. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 43. nu. 13. & lib. 2. cap. 5. nu. 16. Surd. decis. 164. ferè per tot. & ibi Hodier. nu. 5. Pir. Maur. de fideius. par. 2. sect. 8. cap. 3. num. 31.* cum quibus pertransire videtur, quando vxor remanet indotata *Ciriac. contro. 41. n. 9. in fin. & contro. 295. n. 25. & seq.* contra quos adest verior, & magis communis opinio, de qua supra.

Cui censeo, locum esse debere, non obstante dicto Decreto q. Serenissimi Ducis Vrbini generaliter prohibẽte, mulieres nullo modo posse se obligare pro viris, & alijs quibuscumq; cũ dos in hoc casu sit specialiter priuilegiata, quod mulieres possint se obligare pro alijs fauore dotis *d. l. si dotare 12. & d. l. fin. C. ad Velleia.* cum alijs su-

29 pra adductis. Decretum autem generaliter loquens non compræhẽdit casum specialiter priuilegiatũ, vt tradunt *Bald. Nouel. de dote par. 6. priu. 47. & 48. Surd. decis. 90. num. 1. & decis. 164. num. 3. & decis. 287. num. 26. Gabr. cons. 20. num. 21. & seq. lib. 2.* vbi de communi testatur *Hond. cons. 14. nu. 29. & cons. 18. n. 57. lib. 1.* vbi testatur de magis communi opinione, *Maresco. d. cap. 43. num. 12.* vbi pariter de magis communi, *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 32. Gratia. discep. foren. cap. 27. num. 25. par. 1. & cap. 647. num. 12. & cap. 610. n. 26.* vbi de magis communi testatur opinione *par. 4. Ciriac. contro. 81. nu. 1. & seq.* Merlin. *Pignat. contro. foren. d. cap. 56. num. 4. & seq. D. Andreol. contro. 6. num. 52. & contro. 112. nu. 18. & seq.* dicens ita fuisse iudicatum in Rota Lucensi, benè *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 152. n. 34. & seq.* latè *Adden. ad* Rot. *decis. 460. nu. 2. & seq. Theod.* Rube. *in singul.* Rot. Roma. *tom. 2. circa Stat. interp. ad cap. 151. lib. 1. nu. 57.* & alij per me adducti *alleg. 48. num. 48.* ita vt dubitandum non sit, hanc esse veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, vt testantur Doct. supradicti, & præcipuè *Adden. ad* Rot. *d. decis. 460. num. 2. & seq.* latè *Altogra. cons. 34. num. 10. & seq. lib. 1.*

Quod eò magis est tenendum, cum Decretum supradictum dispositionem Senatusconsulti Velleiani renouauerit, vt ex illius proemio est vi-

30 dere, † vndè recipere debet omnes ampliationes, limitationes, & declarationes, quas recipit d. Senatusconsultum Velleianum, vt tradunt *Camill. Galli. de verb. signif. lib. 10. cap. 32. num. 39. & 40. & Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 2. num. 71.* alios quamplures adducens, ita sentientes.

Quare &c. saluo semper &c.

Causa, de qua supra, non fuit per sententiam terminata, quia pars aduersa, visa hac allegatione, cessit liti, & amplius D. Catherinam non molestauit. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Mulier, constante matrimonio, quando valeat petere restitutionem, seù assecurationem dotis ob vergentiam viri ad inopiam, & an illa possit impediri per oblationem fideiussionis de dote conseruanda, & restituenda, vel per oblationem dotis in pecunia: & inopia quomodo sit probanda, & an sufficiat, virum incæpisse malè vti substantia sua. Mulier, quæ nupsit viro debitis inuoluto, an possit petere assecurationẽ dotis propter inopiam viri, & quid, si elapsum sit decennium a die, qua maritus incæpit malè vti substantia sua, & vergere ad inopiam.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*

2 *Vxori, viro vergente ad inopiam, competit ius repetendi, seù assecurandi dotes super bonis viri.*

Probato per vxorem, quod vir incipiat malè vti substantia sua. num. 3.

Cum vxor non teneatur expectare, quod maritus omnia sua bona dilapidet. num. 4.

5 Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 73. *reijcitur.*

6 *Vxori, viro vergente ad inopiam, datur actio, & exceptio pro assecuratione suarum dotium.*

7 *Vxori, constante matrimonio, non datur actio de dote.*

8 *Matrimonium esse solutum, vel virum vergere ad inopiam, paria sunt quo ad dotis exactionẽ*

9 *Vxor, viro vergente ad inopiam, potest petere assecurationem dotium, licèt maritus ei fideiussionem offerat de dote conseruanda.*

Cum non teneatur vxor fragilitati cautionis se committere. num. 10.

11 *Dotis assecuratio, viro vergente ad inopiam, fit, vt vxor possit ex ea alere se, virum, & familiam.*

12 Cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. *declaratur. & num. 13.*

14 *Electio est actoris in alternatiua remediorum.*

15 *Vxor, viro vergente ad inopiam, repetendo dotes consequi debet etiam expensas litis.*

Et bona parapheruialia. num. 16.

17 *Inopiam viri est causa dotis repetendæ, seù asse-curandæ.*
18 *Testes duo sufficiunt in qualibet materia ad plenè probandum.*
19 *Inopia viri ad effectum assecurandi, vel repetendi dotes quomodo probetur.*
20 *Inopiam ad probandam non potest dari certa regula.*
21 *Adminicula implent probationes.*
22 *Adminicula coniunguntur cum alijs probationibus ad eas implendas.*
23 *Inopia viri debet constare manifestè ad effectum assecurandi dotes.*
Non procedit, quando per testes constat de actibus extrinsecis, ex quibus verè, vel præsumptiuè constat de inopia. num. 24.
25 *Vxor habens in instrumento Constitutum potest impedire executionem in bonis viri, etiam non probata inopia.*
26 *Vxor non potest petere assecurationẽ dotis, quando scienter nupsit viro inopi.*
Contrariũ tenent quamplures Doct. ibi. n. 27.
Scientia tamen vxoris non præsumitur, sed est probanda per virum. num. 28.
29 *Vxor non potest petere assecurationem dotis, quã do elapsum est decennium a die, qua vir incæpit vergere ad inopiam.*
30 *Vxori repetenti dotem ob inopiam viri non potest per creditores offerri dos in pecunia.*
Quicquid contrariũ teneant aliqui Doct. n. 34.
31 *Pecunia res fragilis est.*
32 *Pecunia dicitur de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
33 *Dos in casu inopiæ viri nõ dicitur plenè restitui, sed assecurari ad effectum, vt ea vxor, vir, & familia ali possint, & num. 37.*
35 *Iudicandum in dubio est ad fauorem dotis.*
36 *Vxori repetenti dotes soluto matrimonio potest per creditores offerri dos in pecunia.*
38 *Ex diuersis non fit illatio.*
39 *Diuersorum diuersum debet esse iudicium.*

ALLEGATIO LXXVII.



Xcellentiss. Domine. D. Iuliæ vxori Martini q. Andreæ Clari de Cãtiano, qui pluribus ab hinc annis incæpit ita malè vti substantia sua, vt nõ solùm sit de dilapidatione suorum bonorum suspectus, sed etiam verè ad inopiam vergere dicatur, prout fuit plenè in processu probatum, & infra dicetur, iure meritò competit ius repetendi, seù assicurandi suas dotes ascendentes ad summam scutorum octingẽtotum, & vltra, vt apparet ex instrumentis pro
1 eius parte in iudicio exhibitis, quæ plenam faciunt probationem *l. cum precibus* 18. *C. de proba. Aldpat. cons.* 7. *num.* 1. *& cons.* 42. *nu.* 2. *in terminis Paitell. expedit. ciuil.* 4. *num.* 8. *in*
2 *fin. Caren. resol.* 21. *num.* 14. *&* 15. super bonis Martini sui viri ad effectum alendi se, virum, & familiam ad tex. in *l. si constante* 25. *ff. solut. matrim. & in l. vbi adhuc* 29. *C. de iure dot.* & vtrobiq; not. communiter Doct. & in *§. illud Auth. de æqual. dot.* & traduut, relictis antiquoribus, *Costa remed. subsid.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *Andr. Gail. pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 83. *num.* 2. *& seq. Marcel. Cala de modo artic. §.* 1. *glos.* 1. *nu.* 150. *& seq. Vinc. de Franch. decis.* 617. *num.* 1. *& seq. Caph. cons.* 747. *num.* 33. *& seq. lib.* 5. *Gratia. discep. foren. cap.* 44. *num.* 21. *par.* 1. *Ant. Gomez ad leg.* 50. *Tauri sub num.* 33. latè *Giurb. decis.* 16. *n.* 1. *vers. imò ex eo &c.* alios adducens concordantes *Paitel. exped. ciuil.* 4. *num.* 9. *& ibi Adden. n.* 3. *& seq.* bonè *Fontanel. de pact. nupc. claus.* 7. *glos.* 1. *par.* 3. *num.* 16. *& seq. Thoma. decis. March.* 118. *n.* 18. *Posth. de subhast. inspec.* 18. *num.* 109. *& seq. Capic. Latro decis.* 42. *in prin. lib.* 1. *& ibi Adden. n.* 1. Rota *decis.* 292. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. *rec. & decis.* 607. *num.* 53. *par.* 4. *recen. tom.* 3. *& in Rom. Saluiani* 27. *Iunij* 1643. *§. neque inopiam &c. coram* R. *P. D.* Royas.
3 Ad effectum enim obtinendi in dicto iudicio assecurationis, seù restitutionis dotis ob vergentiã viri ad inopiam, satis est probare, quod vir incipiat tantùm labi facultatibus, & malè vti substantia sua, vt supra, saltem de iure nouissimo iuxta dispositionem *d. §. illud Auth. de æqual. dot.* absq; eo, quod omnia mariti bona effecta fuerint non soluẽdo *glos. in d. l. adhuc* 29. *in verbo inopia C. de iur. dot. Bart. in d. l. si constante* 25. *num.* 4. *ff. solut. matr. Bald. Nouel. de dot. par.* 7. *priuil.* 18. *in prin. Gratia. d. cap.* 44. *num.* 21. *& cap.* 689. *num.* 33. *par.* 4. *Paitell. d. exped. ciuil. nu.* 4. *et* 13. *Fontanel. d. clau.* 7. *glos.* 2. *par.* 3. *num.* 23. *Merlin. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 25. *Rota d. decis.* 292. *num.* 1. *par.* 1. *rec. & in d. Rom. Saluiani* 22. *Iunij* 1643. *coram* R. *P. D.* Royas *§. neque inopia &c.* dicens, ita fuisse dictum in *Rom. dotis* 21. *Iunij* 1638. *coram R. P. D. Pirouano.*
4 Prouida enim mulier non debet expectare, quod maritus omnia sua bona dilapidet, illaq; in cinerem, fumumq; disperdat, sed tempore sibi, & liberis suis prospicere debet, vt dicit *Andr. Gail. d. obseru.* 83. *nu.* 11. *lib.* 2. & post eum aduertit *Fontanel. d. glos.* 2. *par.* 3. *n.* 24.
5 Quicquid in contrarium scripserit *Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 73. *n.* 13. dum voluit, vxori vergente viro ad inopiã non competere actionem pro dote assicuranda, seù repetenda, sed solùm ei competere ius retentionis, per modũ tantùm excipiendi contra creditores viri, cum contrarium imò ei competere actionem agendi

contra

contra virum, etiam pro dotis restitutione, seù assecuratione, & hypothecariam contra tertios possessores, decisum reperiatur *in d. l. si constante 25. & ibi not. glo. in prin. Bart. num. 70. & seq. Bald. post prin. Ias. nu. 20. & 113. Ripa n. 51. & seq. ff. solut. matr. & in d. l. vbi adhuc 29.* & ibi pariter not. *glos. Bart. Bald. & alij C. de iur. doti. & in l. in rebus 30. ante fin. & ibi Bald. nu. 13. C. eod. tit.* & tradunt etiam *Andr. Gail. d. obser. 83. num. 19. Caph. cons. 747. n. 30. et seq. lib. 5. Ant. Gomez ad d. l. 50. Taur. num. 33. vers. item quaero etc. Giurb. decis. 16. in prin.* Gratia. *decis.* March. 194. *nu. 2. Paitel. d. exped. ciuil. 4. num. 9. et ibi Adden. num. 3. et nu. 16. et seq. Cancer var. resol. par. 1. cap. 9. nu. 38. Fontanel. de pact. nupt. d. glos. 2. par. 3. num. 16. Card.* Manti. *de tacit. lib. 11. tit. 30. n. 23. vers. nec obstat etc. et* Rota *d. decis. 607. num. 53. par. 4. rec. tom. 3.* & alij Doct. supra adducti; nec dissentit *Bald. Nouel. de dote par. 7. priuil. 24.* in contrarium allegatus per *Merlin. et Negus. de pignor. in primo membr. 5. par. n. 29.* pariter per *Merli.* allegatus scribit contrarium, nempè vxori in casu inopiae mariti dari actionem, & exceptionem, vt ex eo est videre.

7 Neq; obstat, quod constante matrimonio non detur mulieri actio de dote ad notata per *Doct. in d. l. si constante 25. ff. solu. matr. Negus. de pign. in 1. memb 5. par. nu. 30. Merli. de pigno. lib. 3. q. 73. in prin.* in qua conclusione se fundat idem *Merli. in loc. sup. adducto*, quia id non habet locū, viro vergente ad inopiam *d. l. si constante, et d. l. vbi adhuc, et d. l. in rebus §. omnis et d. §. illud Auth. de aequalit. dot.* cum, quo ad actionis exercitium, siue dotis exactionem, a pari procedant matrimonium esse solutum, vel maritum constante matrimonio ad inopiam vergere *d. l. vbi adhuc 29. C. de iure doti.* & latè comprobat *Ias. in d. l. si constante nu. 17. et seq. Andr. Gail. d. obseru. 83. num 2. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 15. glos. 2. par. 1. nu. 11.* quem refert, & sequitur *Fontanel. de pact. nupt. d. cl. nu. 7. glos. 2. par. 3. nu. 16. in fin. et Costa d. remed. subsid. 16. num. 4.*

9 Quae conclusio supra in principio firmata habet locum, licèt maritus conseruandae, seù restituendae dotis fideiussorem offerat, vt not. *glo. in d. l. vbi adhuc 29. in verbo ad inopiam C. de iure doti. Bart. in d. l. si constante 25. num. 46. et ibi Alex. num. 19. ff. solut. matr. Andr. Gail. d. obseru. 83. num. 7. Gratia. decis.* March. *194. nu. 10. et seq. et discept. foren. d. cap. 44. n. 24. par. 1. Ant. Gomez ad leg. 50. Taur. num. 33. ante fin. Cartar. decis. 117. num. 3. et 4. Paitel. d. exped. ciuil. 4. num. 18.* vbi testatur de veriori, & aequiori opinione *Giurb. d. decis. 16. n. 1. in fine, Fontanel. de pact. nupt. d. glos. 2. par. 3. n. 63. et seq. Thesaur. decis. 207. num. 1. in fin.*

10 Cum non teneatur vxor fragilitati cautionis se committere. *Gratia. d. decis. March. 194. n. 10. et seq. Gail. d. obser. 83. n. 7.* & alij Doct. supra adducti, & praecipuè *Io. Campeg. de dote par. 3. priuil. 29.*

11 Seù quia in casu inopiae viri mulier non tantùm quaerit assecurationem dotis, sed etiā quod ex illius fructibus possit se alere vnà cum viro, & familia, vt tradunt *Gratia. d. decis. March. 194. num. 4. Ant.* Gomez *ad d. l. 50. Taur. sub num. 33. vers. item quaero etc. Vinc. de Franch. d. decis. 617. num. 9.* quod cum ex sola assecuratione de illa suo tempore restituenda vxor consequi non valeat, ideò denegari ei non debet remedium *d. l. si constante, et d. l. vbi adhuc* ex praestatione d. fideiussionis, vt benè argumentantur *Paitel. d. exped. ciuil. 4. nu. 17.* & post eum *Fontanel. d. glo. 2. par. 3. num. 66.*

12 Neque praedictis obstare videtur dispositio *cap. per vestras 7. de donat. inter vir. et vxor.* ex cuius dispositione videtur, vxorem excludi a petitione assecurationis, seù restitutionis dotis per oblationem, seù praestationem fideiussionis de dote conseruanda, & suis loco, & tempore restituenda, vt ibi voluit *Abb. num. 13.* & post eum *Paitel. filius in annot. ad d. expedit. ciuil. 4. sui Patris num. 52.* alios adducens, quia
13 dispositio *d. tex.* alternatiuè est cōcepta, quod, inquam, maritus teneatur ad vnum, scilicet ad restitutionem dotis, siuè ad aliud, nempè ad fideiubendum de illa conseruanda, quod intelligitur positum ad electionem vxoris, non autē quod illi auferat beneficium *d. l. constante, et d. l. vbi adhuc*, cum concordantibus, vt declarant *Io. Campeg. de dote par. 3. priuil. 29. et priuil. 30. Io. Lup. in d. cap. per vestras in 5. intellect. §. 6.* vbi in fine testatur de communi, & in *§. 33. ampliat. 12.* vbi dicit, hoc, vti verius, aequius, & doti fauorabilius, esse tenendum, quem refert, & sequitur *Gratia. d. decis. March. 194. num. 10. et seq.* alios adducens *Costa de scien. et ignor. centu. 2. dist. 80. in fin.* & idem voluit Gomez *ad d. l. 50. Taur. n. 33. vers. dubium tamen etc.* cum in alternatiua remediorū electio sit actoris *l. quod in haeredem 9. §. eligere ff. de tribut. act. l. cum proponas 17. et ibi not. Bart. et Doct. C. de transac. l. quamuis 6. et ibi not. Bart. et communiter Doct. ff. de pign. actio,* & not. *Io. Campeg. d. par. 3. priuil. 29. et 30. Ant. Gomez ad d. l. 50. Taur. num. 33. vers. confirmatur etc. Cost. d. dist. 80. in fine.*

15 Et in casu inopiae viri vxor illius non solùm de bonis viri exigit eius dotes, sed etiam expēsas, & sumptus litis, ne dos ipsa minuatur, vt post *Ant. Fabr. in suo Codic. lib. 5. tit. 6. de iure doti. diffin. 3.* per eum relatum scribit *Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 7. glos. 2. par. 3. nu. 60.* & bona paraphernaliā, quae marito tradit *d. l.*

vbi

vbi adhuc 29. C. de iur. doti. Rolan. conſ. 9. num.
13. lib. 1. Andr. Gail. d. obſeru. 83. num. 3. et
Fontanel. d. gloſ. 2. par. 3. num. 59.

17 De inopia verò viri, quæ eſt cauſa dotis re-
cuperandæ, ſeù reſtituendæ, vt habetur in *d. l.*
ſi conſtante 25. ff. ſol. matr. et in d. L. vbi adhuc
29. C. de iur. doti. et in d. §. illud auth. de æqual.
doti. & ſcribit *Fontanel. d. gloſ. 2. par. 3. n. 22.*
plenè cõſtat in proceſſu ex depoſitionibus duo-
rum teſtium examinatorum, quæ ſufficiens
probatio reputatur a iure in qualibet materia
ad tex. *in l. vbi numerus 12. ff. de teſti. et in cap.*
in omni negocio 4. et in cap. licèt vniuerſis 23. de
teſti. cum aliis relatis *per Farinc. de teſti. quæſt.*
63. num. 232. qui duo teſtes apertè deponunt,
Martinum prædictum poſt matrimonium ſe-
19 quutum inter eum, & D. Iuliam quamplura
contraxiſſe debita, quamplures pecuniarum
ſummas ſub vſuris accepiſſe a diuerſis perſonis
aſcendentes ad ſcuta mille, & vltra, & omnia
eius animalia, ſcilicet oues, capras, & equas
de maſſaria diſſipaſſe, illumq; modò ex cauſa
debitorum exulare, ita vt verè ad inopiam re-
dactus dici poſſit, & ideò eueniſſe caſum dotis
repetendæ, vt tradunt *Beninten. deciſ. 68. n. 3.*
et ſeq. Gail. d. obſeru. 83. num. 12. et ſeq. Rolan.
conſ. 9. num. 15. vol. 1. Fontanel. d. gloſ. 2. par. 3.
num. 25. et ſeq. Paitell. a. expedit. ciuil. 4. n. 11.
et 12. et ibi Adden. nu. 47. Gratia. diſcep. foren.
cap. 1000. num. 3. et ſeq. par. 5. Rota d. deciſ.
292. in prin. par. 1. recen.

20 Inopia enim contingere poteſt varijs ex cau-
ſis, & ideò circa illam probandam non poteſt
dari certa regula, vt dicit *Fontanel. d. gloſ. 2.*
par. 3. num. 25. Maximè cum depoſitiones di-
ctorum teſtium ſint adminiculatæ ex pluribus
Inſtrumentis debitorum, & cenſuum per *Mar-*
21 tinum contractorum, de quibus in actis, † ex
quibus non ſolùm poteſt impleri probatio *Mã-*
dell. conſ. 7. num. 16. lib. 1. Rota deciſ. 201.
22 *num. 29. par. 4. recen. tom. 2.* † cum admi-
nicula ſint coniungenda cum alijs probatio-
nibus ad eas implendas *Rota deciſ. 417. num. 4.*
23 *par. 4. rec. 23 tom. 2.* † ſed etiam faciunt con-
ſtare de manifeſta vergentia ad inopiam, vt ad
dictum effectum videtur requirere *Cæph. d. conſ.*
24 *747. num. 29. et ſeq. lib. 5.* † cuius tamen opi-
nio non habet locum, quando per teſtes, vel ali-
ter conſtat de actibus extrinſecis, per quos ne-
ceſſariò, vel præſumptiuè colligitur, virum
vergere ad inopiam, vt in caſu noſtro, vt poſt
Rip. Crot. Aquen. & alios per eum relatos benè
declarat *Beninten. d. deciſ. 68. n. 3. et 4.* quic-
quid ſit, quando teſtes ſimpliciter deponerent,
maritum eſſe pauperem, vel vergere ad inopiã
non ſpecificatis actibus extrinſecis dictam ino-
piam indicantibus, in quibus terminis loquitur
Ceph. in loco proximè adducto.

25 Quando tamen vxor habet in inſtrumento
ſuarum dotium Conſtitutum, ſeù Precarium,
et licere executionem creditorum impedire,
etiam non probata inopia mariti, voluerunt
Gramm. deciſ. 92. num. 18. et ſeq. Cancer. deciſ.
8. num. 2. Marcel. Cala de modo artic. q. 2. gloſ.
1. num. 154. Theſa. Iun. in addit. ad deciſ. 97.
ſui Patris in prin. Gambacorta deciſ. 6 in num. 16.
Gratia. diſcep. foren. cap. 1000. num. 5. par. 5.
Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 18. n. 122. Paul. Marc.
de Saluia. par. 2. cap. 7. nu. 4. idem *Poſt. ne ſol.*
26. num. 41. & 42.

26 Neque obſtat, quod reſtitutio, ſeù aſſecu-
ratio dotis non poſſit peti per vxorem, quando
illa nupſit ſcienter viro inopi, & debitis inuo-
luto, vt ſoluerunt *Dun. Bald. Imol. Roma. Iaſ.*
& alij in *d. l. ſi conſtante 25. ff. ſolut. matrim.*
Paitel. Iun. in addit. ad d. exped. 4. ſui patris
n. 4. & ſeq. alios adducens concordantes, quaſi
vxor contrahendo ſcienter matrimonium cum
viro inope videatur approbare vitam, mores,
& facultates eiuſdem, vt volunt Doct. ſupra
27 adducti, ex pluribus, & primò, quia † dicta
opinio non eſt tuta, cum contrarium teneant
quamplures Doct. quos refert *Gall. de excep.*
vlt. volun. tit. 4. except. 9. num. 15. nec non
Andr. Gail. prac. obſeru. lib. 2. obſer. 84. nu. 5.
& ſeq. vbi hanc contrariã partem dicit æquio-
rem, & mulieribus fauorabiliorem, quam ſe-
quitur etiam *Coſta de ſcien. & igno. cent. 2. diſt.*
80. num. 16. alios pariter adducens.

28 Secundò, quia ſcientia vxoris non præſumi-
tur, & maritus, qui illã allegat, tenetur illã pro-
bare. *Iaſ. in d. l. ſi conſtante 25. numer. 180. ff.*
ſolu. matr. Paitell. expedit. ciuil. 6. n. 16. Paitel.
Iun. in addit. ad d. exped. ciuil. 4. nu. 6. Andr.
Gail. d. obſeru. 84. num. 8.

Tertiò, quia ex parte D. Iuliæ probatum fuit cõ-
trarium in proceſſu, nempè Martinum eius vi-
rum tempore contracti matrimonij cum ipſa
D. Iulia fuiſſe diuitem, & ſoluendo, illumque
poſſediſse quamplura bona ſtabilia, & ſe mo-
uentia, & ipſum ab annis quinque, vel ſex infra
incæpiſſe malè vti ſubſtantia ſua, & eius bona
dilapidare contrahendo debita, diſſipãdo maſ-
ſariam ouium, caprarum, & equarum, & pro
vt latiùs in proceſſu, meritò &c.

29 Ita vt neque dici poſſit ex aduerſo, ipſam
D. Iuliam vxorem non poſſe petere aſſecura-
tionem, ſeù reſtitutionem ſuarum dotium ob
inopiã viri, cum lapſum ſit decẽnium a die, qua
ipſa ſciuit, d. eius virũ lapſum eſſe facultatibus,
& male vſũ eſſe ſubſtantia ſua ad not. *per. Ma-*
ſcar. de prob. concl. 1158. num. 11. lib. 3. Coſta
d. remed. ſubſid. 1. ſub num. 4. Merli. de pigno. d.
lib. 3. quæſt. 73. num. 55. cum, vt dixi, probatũ
fuerit in proceſſu, ab annis quinque, vel ſex in-
fra tantùm Martinum prædictum incæpiſſe ma-
lè vti

iè vti substantia sua, & ad inopiam vergere, vt supra.

30 Addo prædictis, quod dicta assecuratio, seù restitutio dotis super bonis Martini viri ad effectum alendi se, virum, & familiam non potest ipsi D. Iuliæ impediri per creditores posteriores viri per oblationem sui crediti dotalis in pecunia secundùm magis cõmunem Doct. opinionem, quam tenuerunt, relictis antiquioribus, *Affl. decis. 199. per tot.* vbi dicit, ita fuisse decisum, & ibi *Vrsil. in addit. in prin. Gramat. decis. 92. num. 2. Capic. decis. 41. num. 11. Soc. Sen. cons. 111. lib. 3.* dicens in fine, Iudicem ab hac opinione recedentem posse de temeritate repræhendi *Vinc. de Franch. decis. 54. num. 1. & seq.* vbi testatur, ita fuisse in Sacro Consilio in contingentia facti iudicatum, & quamplures adducit sectatores *Bald. Nouel. de dote par. 7. priuil. 47. per tot. Negus. de pigno. in 1. memb. 5. par. num. 31. & seq.* vbi dicit, secundùm hanc opinionem semper vidisse iudicari *Thesa. Iun. quæst. foren. 65. num. 2. & num. 5. lib. 2.* vbi dicit, hanc esse crebriorem Doct. opinionem, & *Giurb. d. decis. 16. num. 12. & seq.* quamplures adducens ita sentientes, & de magis communi opinione attestantes *Costa d. remed. subsid. 1. n. 4. & de scien. & ignor. cent. 2. dist. 80. sub nu. 13.* vbi dicit, hanc esse magis communem Doct. opinionem, Morot. *in tract. de iure offeren. n. 9. versic. sexto cum mulier,* vbi hanc dicit probabiliorem opinionem Rol. *cons. 9. num. 39. vol. 1.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem *Osasch. decis. Pedem. 135. num. 9. & seq.* vbi pariter testatur de veriori, & magis communi opinione, & ita fuisse in illo Senatu iudicatum, & de veriori, & magis communi opinione fidem facit etiam *Caph. cons. 298. n. 6. lib. 2. Andr. Gail. prac. obseru. lib. 2. obser. 92. num. 7. & seq.* vbi hanc partem dicit veriorem *Cartar. decis. 8. num. 5. versic. contrarium &c.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum *Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 30. nu. 24. versic. quamobrem &c.* hanc partem dicens de iure veriorẽ *Gratia. discep. foren. cap. 489. nu. 21. par. 3. Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glos. 2. par. 3. m 51. Capic. Galeot. contro. 65. num. 14. & seq. lib. 2. Don. Ant. de Marin. resol. quotid. cap. 20. num. 6. & cap. 219. nu. 15. lib. 1. Posti. de subhas. inspec. 18. n. 115. & seq. Fenzo. ad Stat. Vrb. cap. 129. num. 27.* vbi testatur de vera, magis communi, & in iudicio sequenda opinione *Capic. Latro decis. 42. num. 1. & 2. lib. 1.* vbi dicit, hanc opinionem verissimam, & quod secundùm illã fuit semper iudicatum, in quampluribus Tribunalibus, & ibi *Adden. not. in princ.* addo ita sentientem *Fab. de Anna. cons. 69. per tot. Posti. resol. 26. num. 27.*

Ratio est, omisso priuilegio dotis, quia si mulier cogeretur dotem in pecunia sibi oblatam acci-
31 pere, id redundaret in eius detrimentum, † quia pecunia fragilis est *l. si chorus 77. §. 1. ff.*
32 *de lega. 3. Card. Manti. d. tit. 30. num. 12.* † cum pecunia sit de rebus, quæ seruando seruari non possunt *l. lex, quæ tutores 22. C. de admin. tuto. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 104.* latè *Simoncel. de Decret. lib. 3. tit. 8. num. 116.* & sic de facili consumi posset, & ideò deterior efficeretur conditio dotis contra *tex. in l. de die 14. & in l. attilicinus 17. ff. de pact. dotal.* & tradunt in puncto *Vinc. de Franch. d. decis. 54. num. 4. Card. Manti. d. tit. 30. n. 12. Capic. Latro d. decis. 42. num. 2.* & ante eum *Ciriac. contro. 295. num. 40.* & alij Doct. supradicti.

33 Maximè, quia huiusmodi reperitio, seù restitutio dotis non fit ad effectum plenæ restitutionis, sed ad hoc, vt per restitutionem bonorum viri onera matrimonij possint sustinere, & sic vxor habeat, vndè possit se, maritum, & familiam alere *d. l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot.* & tradunt *Bald. Nouel. d. par. 7. priuil. 47. Vinc. de Franch. d. decis. 54. num. 2. Card. Manti. d. tit. 30. num. 10. Andr. Gail. d. obseru. 92. n. 9. & seq. lib. 2. & Osasch. d. decis. 135. num. 9.*

Neq; obstat, quod pecunia oblata per creditores possit deponi penes idoneum Mercatorem ad honestum lucrum percipiendum *d. cap. per vestras 7. de donat. inter vir. & vxo.* & sic cessaret periculum consũptionis illius, quia respondeo, quod magis est consultum vxori, si apud se retineat bona mariti pro dote hypothecata, ex quibus possit fructus percipere, quàm si pecuniam ei oblatam recipiat, cum plerumque Mercatores lapsi facultatibus foro cedant, quod non potest euenire in retentione bonorum viri, vt benè considerant *Soc. Sen. d. cons. 111. nu. 5. lib. 3. Card.* Manti. *d. tit. 30. sub nu. 19. & seq.* vbi hanc opinionem latè tuetur, contrariis respondet, & testatur, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem, & *Vinc. de Franch. d. decis. 54. num. 3. & 4.* maximè, cum non vbiq; inueniatur occasio dictam pecuniam deponendi apud idoneum Mercatorem, prout non inuenitur, in casu de quo agitur, vt notorium est.

Ex quibus patet, quod opinio supradicta pro vxore est verior, & magis communiter recepta, & in praxi seruata, vt testantur omnes ferè Doctores supra adducti, & ideò ab illa in iudicando recedendum non esse, omninò censeo,
34 † quicquid contrarium voluerint *Bald. Ang.* Roma. *Castr. & Alex. in d. l. si constante 25. ff. solu. matr. Campeg. de dot. par. 3. quæst. 51.* Rimi. *Iun. cons. 3. num. 25 Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 100. Camil. de Medic. cons. 133. num. 10. & 13.* & in hanc partem inclinare videtur

Merli.

Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 73. num. 75. versic. sed vtraq. ratio &c. cuius ponderationes optimè euitantur ex deductis per Card. Manti. in d. lib. 11. tit. 30. vndè latius non prosequor, maximè cum contra eos adsit, vt dixi, verior, & magis recepta, & in praxi obseruata opinio,
35 de qua supra, & attento etiam fauore dotis, † pro qua in dubio est iudicandum l. in ambiguis 71. ff. de iur. doti. Bald. Nouel. de dote par. 7. priuil. 34. nu. 5. in fin. Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. glos. 1. par. 1. num. 66.

36 Neque obstat, quod vxori repetenti dotem, soluto matrimonio, licitum sit offerre dotem in pecunia l. cum tibi 10. in 2. resp. et ibi Gin. Iac. de Aret. et Bart. C. qui potio. in pign. hab. idem Bart. in d. l. si constante 25. n. 88. ff. solut. matr. Card. Manti. de tacit. d. lib. 11. tit. 30. num. 14. Merli. de pigno. lib. 3. quæst. 73. num. 54. quia adest diuersa ratio inter vnum casum, & alterum, cum, soluto matrimonio, dos restituta non sit amplius dos, & non debeat amplius deseruire oneribus matrimonij, cuius contrarium est statutum, quando illa restituitur, seu assicuratur, constante matrimonio, in casu inopiæ viri, quia tunc illa debet deseruire oneribus matrimonij ad effectum alendi vxorem, & virum, & familiam, & ideò non dicitur propriè restitui, vt not. Ang. & Bal. in d. l. si constante 24. in prin. ff. solu. matr. Soc. Sen. d. consil. 11. num. 5. lib. 3. Card. Manti. d. tit. 30. num. 1. & nu. 20. & alij Doct. supra adducti num. 33. ex diuersis enim non fit illatio l. papinianus exul. 21. ff. de mino. l. inter stipulantem 83. §. sacram ff. de verb. oblig. l. fin. in fin. & ibi Bart. ff. de calumn. cum alijs relatis per Barbo. axiom. 184. per tot. Rot. decis. 8. num. 10. & decis. 370. num. 8. par. 5.
39 recen. cum diuersorum diuersum debeat esse iudicium Grati. decis. Marcb. 32. n. 8. & decis. 42. n. 10. quē refert, & sequitur Barbo. axiom. 74. n. 6.

Quare &c. Saluo semper &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit ad fauorem D. Iuliæ per ad. Excellentem D. Prætorem Terræ Cantiani de mense Aprilis anni 1656. per acta D. Venantij Seruici Vrbinaten. eius Cancellarij. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa probationem dotium, & præcipuè, an testis vnicus omni exceptione maior probet cum adminiculis, & plura adducuntur adminicula. Dos an probetur ex leuioribus probationibus, & an gaudeat priuilegijs, soluto matrimonio, & bona data in dotem æstimata cuius periculo pereant. Animalia in dotem data inæstimata si pereant, an pereant damno viri, vel vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Dos non potest repeti per vxorem, nisi probet fuisse solutam.*

2 *Testis vnicus, contra quem nulla datur exceptio, facit semiplenam probationem.*

3 *Testes duo plenè probant.*

4 *Mater, & Soror probant, quando deponunt inter æquè coniunctos.*

5 *Testis fides augetur ex idoneitate contestis.*

6 *Testis cum adminiculis probat, licèt vnicus.*

7 *Testis deponens de facto proprio plus, quàm semiplenè probat.*

8 *Testes deponentes de diuersis summis in minori probant.*

9 *Dos solutione maioris partis præsumitur soluta in totum.*

10 *Pater præsumitur seruare æqualitatem inter filias.*

11 *Mater pro filio, & soror pro sorore examinatæ faciunt adminiculum.*

12 *Dos præsumitur soluta ex diuturna præstatione alimentatorum facta per virum vxori.*

13 *Probationes præsumptiuæ, & a communiter accidentibus sufficiunt, quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

14 *Dos probatur per vnicum testem.*

15 *Et ex coniecturis.*

Et ex leuioribus probationibus. num. 16.

17 *Dos, soluto matrimonio, non dicitur amplius dos, nec gaudet priuilegio dotis.*

Procedit, quando dos fuit recuperata per vxorem, secùs, si adhuc non fuit recuperata. num. 18.

19 *Capræ non præsumuntur viuere vltra octo annos.*

20 *Bona data inæstimata in dotem, si pereant, pereunt in damnum vxoris.*

Secùs, si sint data æstimata, quia pereunt in damnum mariti. nu. 21.

22 *Maritus, cui fuerunt data animalia in dotē, tenetur illa manutenere ex fœtibus illorum.*

Aliàs si pereunt, damnum cedit in perniciem mariti. nu. 23.

Etiam, si non constet, an perierint ex culpa mariti. num. 24.

Quod eò magis habet locum, si maritus animalia in dotem data distraxerit. nu. 25.

26 *Iudicandum in dubio est fauore dotis.*

ALLE-

ALLEGATIO LXXVIII.



Xcellentissime Domine. Difficultas
causæ D. Antoniæ vxoris relictæ q.
Magistri Francisci Clari de hac Ter-
ra Cătianireducitur ad duo capita :
primùm est, an constet sufficienter
de solutione dotium ipsius D. Anto-
niæ facta per q. Lucam Menchi Magistro Fran-
1 cisco Claro eius genero, & marito D. Antoniæ, †
cum dos non possit repeti per vxorem ab hære-
dibus viri, nisi appareat soluta *l. Mauia. 50. ff.*
solut. matr. glo. in l. fin. in verbo vel promissa C.
eod. tit. Rota decis. 306. num. 39. & seq. par. 7.
recen. & apud Merli. de pigno. decis. 63. num. 3.
alterum verò, an, constito etiam de dicta solu-
tione dotium, hæredes magistri Francisci viri te-
neantur ad restitutionem illarum consistentium
in capris tercentum, quæ per lapsum quinde-
cim annorum, & vltra mortuæ præsumuntur,
& ideò, non constito de illarum æstimatione,
quæ faciat emptionem, damnum ad vxorem, nō
autem ad virum spectare debere dicendum sit,
ad not. per *Ant. Gomez ad l. 50. Taur. num. 53.*
per Giurb. ad consuet. Messan. part. 1. cap. 15.
glos. 14. nu. 6. vers. aut non extat &c. cum aliis
infra *adductis num. 20.*

Et, accipiendo primum caput, sentio intrepidè, de
cōsignatione caprarum tercentum nomine do-
tis facta magistro Francisco viro plenè consta-
re, cum habeamus depositionem Francisci Me-
rolli, qui super 3. & 4. articulo clarè deponit
de consignatione prædicta caprarum tercentum
facta magistro Francisco viro ex causa dotis ip-
2 sius D. Antoniæ actricis, † qui, cum nulla con-
tra eum exaduerso detur exceptio, sine dubio
facit semiplenam probationem *glos. in l. admo-*
nendi 31. quam Doct. communiter sequuntur *ff.*
de iureiur. Curt. Iun. cons. 122. num. 7. par. 1.
Mascar. de prob. lib. 1. in præf. quæst. 11. nu. 2.
& 3. vbi testatur de communi opinione, latè
Farin. de testi. quæst. 63. num. 52. alios addu-
cens concordantes *Aldou. cons. 19. num. 3. Ca-*
ren. resol. 182. num. 11.

3 Cui additis depositionibus DD. Ortensiæ, &
Iuliæ idem apertè affirmantium, plena equidē
resultare dicitur probatio, ad tex. in *l. vbi nu-*
merus 12. ff. de testi. cap. nonit. 13. de iudic. Al-
doui. cons. 26. nu. 12. Ciriac. contro. 219. n. 43.
& contro. 314. num. 4. & contro. 347. num. 5.
Franc. Becc. cons. 67. in prin. lib. 1.

Non obstante, quod vna ex eis sit Mater, & alia
sit Soror D. Antoniæ Actricis, cum causa aga-
tur inter ipsam, & eius filios hæredes magistri
Francisci viri, & sic cum nepotibus earumdem,
in qua, ratione paris affectionis, cessare dicitur
4 suspicio, † & ideò illæ benè admittuntur ad te-
stificandum. *Duen. reg. 383. in 5. limit. Gabr.*
comm. concl. de testi. concl. 14. nu. 29. Mascar.
de prob. concl. 1148. num. 29. lib. 3. Corrad. in
prac. in rub. de testi. §. personas testium aggre-
diendo num. 45. vers. 3. nisi sit coniunctus vtriq;
parti, & benè declarat *Farina. de testi. quæst. 54.*
n. 45. vbi de Consanguineo, vel Affine vtriusque
partis, & *num. 116.* vbi de fratre deponente
inter duos fratres, & *num. 205.* vbi de patre te-
stificante inter duos filios, qui alios adducit ita
sentientes *Vrsill. concl. 73. num. 34.*

5 Maximè, cum illarum fides suppleatur ex ido-
neitate Francisci contestis omni exceptione
maioris *Crot. de testi. par. 4. num. 120. Bossi. in*
pract. in tit. de oppos. contra test. nu. 65. ad me-
dium, quos refert, & sequitur *Farin. de testi. d.*
quæst. 54. num. 129. & latiùs comprobat *q. 62.*
num. 328. & seq. vbi quamplures adducit ita
sentientes, & testatur de communi opinione,
cum quibus pertransit in fortioribus terminis
Caren. de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 78.

Et licèt ex prædictis satis concludenter apparere
dicatur de solutione dictarum dotium, proba-
tio tamē prædicta clarior efficitur ob concursū
adminiculorum quamplurium depositionem
6 Francisci Morelli coadiuuantium, † quo casu,
admisso etiam citra veri præiudicium, quod
depositiones dictarum DD. Ortensiæ, & Iuliæ,
vti matris, & sororis respectiuè D. Antoniæ
actricis, aliquam pati viderentur difficultatem,
quod non credo in casu nostro ob rationem pa-
ris dilectionis supra adductam *num. 4.* quo casu
inquam, testis, licèt vnicus, concurrentibus ad-
miniculis, solutionem d. dotis, & consignatio-
nem dictarum caprarum factam magistro Frā-
cisco viro plenè probat, vt tradunt *Decia. cons.*
92. n. 8. lib. 1. Farina. de testi. quæst. 63. n. 35.
Balth. Tomas. in suis tract. var. decad. 3. tit. 19.
n. 561. limit. 9. alios adducens *Adden. ad Greg.*
XV. decis. 172. num. 9. Adden. ad Buratt. decis.
599. num. 15. Caren. resol. 77. nu. 2. Posbi. re-
sol. 2. num. 19. & 20. & resol. 128. num. 96.
Altogra. cons. 50. n. 103. lib. 1. Rota decis. 162.
num. 3. & seq. par. 5. rec. & apud Greg. XV.
decis. 247. num. 6. vbi dicit, hoc procedere in
omni materia, & apud *Dura. decis. 195. in prin.*
& apud Card. Mant. decis. 325. num. 4. Maxi-
mè cum sit omni exceptione maior, vt requi-
rit ad d. effectum *Farinac. d. quæst. 63. num. 36.*
& post eum not. *Adden. ad Greg. XV. d. decis.*
172. num. 9.

Adminicula autem non desunt, sed plura concur-
runt in casu, de quo agitur, & primum desumi-
tur ex depositione Octauiani Merolli affirman-
tis super 4. articulo, ipsum consignasse capras
ducentum quinquaginta habitas a q. Luca Pa-
tre D. Antoniæ actricis magistro Francisco eius
7 viro, † qui, cum deponat de facto proprio, licèt

vnicus, plusquam semiplenè probat *Boer. decis.*
221. num. 17. Benint. decis. Bonon. 63. in fin. vbi
dicit, quod in hoc omnes conueniunt, *Menoch.*
de arbitr. casu 99. nu. 11. alios adducens *Caph.*
cons. 222. num. 33. lib. 2. & cons. 436. nu. 47.
lib. 3. & cons. 741. num. 13. & cons. 749. n. 13.
lib. 5. & cons. 452. num. 30. lib. 4. vbi testatur
de communi opinione, *Farinac. de testi. q. 63.*
n. 224. alios referens concordantes Rota *apud*
Greg. XV. decis. 351. num. 11. & ibi *Adden. &*
decis. 439. num. 6. & decis. 449. num. 7. & in
Romana Iocalium 11. Decembris 1641. coram
Reuerendissimo *Merlino Decano post prin.* & iun-
cta depositione Francisci Morelli deponentis
8 de consignatione caprarum tercentum † plenè
probat quò ad ducentum quinquaginta, cum in
maiori summa insit minor *Alex. cons. 54. n. 6.*
& 7. lib. 5. & cons. 183. num. 14. lib. 6. & post
Bart. Bald. Imol. Castr. Alex. Alber. Nell. Corn.
Socci. Iun. Affl. Montieell. Corrad. Viui. & Pe-
tram per eum relatos docet *Farin. de testi. quaest.*
64. num. 233. vbi hanc dicit magis communē
opinionem, quam passim sequitur Rota Rom.
vt restatur *Adden. ad Greg. XV. decis. 568. li-*
tera A. & præcipuè *apud Greg. XV. d. decis. 568.*
num. 2. & apud Card. Seraph. decis. 111. num. 2.
& decis. 269. n. 9. par. 7. recen. & alibi passim.
Quicquid tenuerint Doct. relati per *Farin. vbi*
supra num. 234. contra quos adest magis com-
munis Doct. opinio, de qua supra.
9 Ex solutione autem partis dotis, maximè si
excedat dimidiam, vt in casu nostro, præsumi-
tur integra dos soluta *Hodier. ad Surd. decis. 55.*
nu. 21. Merli. de pigno. lib. 3. quaest. 58. n. 128.
Rota apud Greg. XV. decis. 62. num. 7. & apud
Duran. decis. 409. nu. 21. & seq. & apud Merli.
de pigno. decis. 53. num. 5. & decis. 101. nu. 2.
benè *Massin. de confisc. quaest. 31. num. 23.*
Secundum adminiculum elicitur ex traditione, &
consignatione eiusdem quantitatis caprarum
tercentum facta D. Iuliæ alteri filiæ pro dote
per dictum Lucam eius patrem, vt apparet ex
instrumento in iudicio exhibito, ex quo argui-
tur, eandem quantitatem caprarum datam fuis-
10 se D. Antoniæ, † cum pater censeatur seruare
æqualitatem inter filias *§. illud quoque circa fin.*
& ibi Ang. auth. de nupt. Card. Manti. de coniect.
lib. 6. tit. 2. nu. 5. in puncto *Ciriac. controu. 29.*
num. 32.
Tertium desumitur ex depositionibus DD. Orten-
siæ Matris, & Iuliæ Sororis de consignatione di-
ctarum caprarum tercentum pro dotibus D.
11 Antoniæ clarè deponentium, † quas saltem fa-
cere adminiculum, dixerunt *Bald. in l. parentes*
5. num. 1. C. de testi. Gabr. com. concl. de testi.
concl. 14. num. 7. Farina. de testi. quaest. 54. num.
133. Rota *apud Cæs. de Graff. decis. 71. num. 6.*
Quartum nobis subministrat assertio iurata Mar-
tini Clari fratris magistri Francisci viri de pro-
missione, & consignatione dictarum caprarum
tercentum facta magistro Francisco prædicto,
de qua in instrumento in iudicio exhibito sub
rogitu D. Petri Pauli Borgarutij per spatium
quindecim annorum.
12 Quintum ex diuturna præstatione alimento-
rum facta D. Antoniæ vxori per magistrum
Franciscum virum *Surd. cons. 489. num. 10. &*
seq. lib. 4. Rota *apud Merli. de pigno. decis. 53.*
num. 5. & decis. 63. nu. 5. & decis. 101. num. 5.
cum quibus pertransit *Ciriac. contro. 29. nu. 33.*
quæ faciunt rem claram, & manifestam, dotem
prædictam fuisse solutam dicto magistro Fran-
cisco viro in d. capris tercentum, vt benè argu-
mentatur Rota *d. decis. 162. nu. 4. in fin. par. 5.*
rec. & d. decis. 63. num. 5. & seq. apud Merli.
de pigno. Massin. *vbi supra num. 24.*
13 Quod eò magis est dicendum in casu, de quo
agitur, in quo vigore Decreti proceditur in cau-
sis ciuilibus sola facti veritate inspecta, & de
bono, & æquo, cum causa sit dotalis *Caluin. de*
æquit. lib. 2. cap. 185. num. 42. quo casu pro-
bationes concludentes præsumptiuè, & a com-
muniter accidentibus sufficiunt *Amat. decis.*
Mareb. 8. num. 42. & seq. D. Andreol. contro.
79. num. 32. & Iudex potest iudicare ex pro-
bationibus imperfectis, & persuasiuis, & non
concludentibus *Pereg. decis. 97. num. 6. D. An-*
dreol. loc. cit.
14 Nec non etiam, quia non desunt Doct. vo-
lentes, dotem probari per vnicum testem,
vt videre est ex *Rot. Bonon. diuer. decis. 47.*
15 *n. 25. & ex Ciriac. contro. 29. n. 18.* † & illā pro-
bari ex coniecturis adnotarunt *Surd. cons. 94.*
n. 18. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 14.
n. 1. Ciriac. d. contro. 29. num. 20. & Rota *decis.*
195. num. 2. par. 2. rec. & apud Merli. *de pigno.*
decis. 63. num. 5. & seq. vbi loquitur, quando
agitur ad restitutionem dotis, vt in casu nostro.
& *decis. 78. n. 14. & seq. Posti. resol. 81. n. 22.*
& 23. vbi dicit, illam probari etiam per vnicum
testem.
16 Ac etiam ex leuioribus probationibus *Ma-*
scar. de prob. concl. 566. num. 1. & seq. vol. 1.
Ciriac. vbi supra num. 17.
Quibus non obstat, quod matrimonium fuerit so-
17 lutum per mortem viri. † & ideò non dicatur
amplius dos, & sic cessent priuilegia dotis *Surd.*
cons. 112. num. 35. lib. 1. Barbo. in l. 1. par. 5.
num. 39. ff. solut. matr.
18 Quia id habet locum, quando post solutum
matrimonium dos per vxorem fuit exacta, &
recuperata, secus tamen, si non fuit exacta, vt
in casu nostro, quia tunc, etiam soluto matri-
monio, dos retinet sua priuilegia *Ripa in rub. ff.*
solut. matr. num. 71. Barb. in l. 1. par. 5. nu. 39.
vers. vlterius, & n. 42. vers. praeterea ff. eod. tit.

Ant.

Ant. Gomez ad l. 50. Taur. n. 59. Merlin. de pigno. lib. 2. quæst. 18. num. 51. & 52. Somasch. apud Calu. de æquit. lib. 2. cap. 109. num. 18. & seq.

Quò verò ad alterum caput, an filij, & hæredes magistri Francisci viri, supposita consignatione dictarum caprarum tercentum ex causa dotis, vt supra, teneantur ad restitutionem illarum, stante quod ex longinquitate tēporis illæ præ-
19 sumantur mortuæ, † cum non præsumantur
viuere vltra octo annos circiter, vt dicit Plinius
in sua historia natur. *lib. 8. cap. 49.* cum capræ
semper febri laborent, ita vt sebri deficiente
intereant, vt not. *Varro. de re rusti. lib. 2. cap. 3.*
& Plini loc. cit. & ex nostratibus *Aldoui. cons.*
20 *21. n. 11.* † & ideò, non constito de illarum æsti-
matione, amissio illarum cedere debeat in dam-
num D. Antoniæ vxoris *Gomez ad l. 50. Taur.*
n. 43. Giurb. ad. consuet. Messan. par. 1. cap. 15.
glos. 14. n. 6. versic. aut non extant &c. Fontanel.
de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 12. num. 37.

Quia respondeo dupliciter, & primò, quod non est ponere os in Cælum asserere, constare in casu nostro de æstimatione caprarum, cum de illa deponunt DD. Ottensia, & Iulia Mater, & Soror respectiuè D. Antoniæ Actricis, quæ, vti deponentes in causa vertente inter ipsam D. Antoniam, & eius filios ex altera, & sic inter æquè coniunctos, benè probare dicuntur, vt tradunt *Ducn. Gabr. Mascar. Corrad. & Farinac. in loc. adductis supra nu. 4.* maximè stante æstimatione caprarum facta similiter per Lucam Patrē ipsi D. Iuliæ alteri filiæ, de qua in instrumento in iudicio exhibito, quod magnam facit præsūptionem, quod idem seruauerit, & fecerit cum dicta D. Antonia altera filia, per notata pariter *supra nu. 10.* & in puncto tradit *Ciriac. d. contro. 29. num. 33.*

Et stante depositione Octauiani Merolli super tertio articulo de auditu à Luca Patre de identitate dotis traditæ, & consignatæ vtrique filiæ, ita vt, licèt dictæ mulieres dictam æstimationē non plenè probarent, cum tamen cum eorum dictis concurrant coniecturæ supradictæ, illarū depositiones mouere debent animum Iudicis ad ita credendum *Decij cons. 410. num. 3. Soci. Iun. cons. 32. num. 10. lib. 2. Paitel. expedit. ciuil. 61. num. 7.*

Maximè cum procedatur in causa sola facti veritate inspecta vigore Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini, quo casu probationes concludentes præsumptiuè, & à communiter accidentibus admittuntur, & Iudex potest se mouere ad iudicandum ex probationibus imperfectis, vt ex *Amat. & D. Andreol.* probaui pariter *supra n. 13.* & sentit etiam *Paitel. in loc. supra proximè citato.*

Et eò magis cum simus in causa dotis, quam ex coniecturis, & præsumptionibus probari dixerunt *Surd. Card. Manti. Ciriac. & Rota in loc.*
21 *adductis supra num. 14.* † & ideò, constito de
æstimatione caprarum, etiamsi illæ essent con-
sumptæ, mariti damno, & periculo cedere de-
berent *l. plerumque 11. ff. de iur. doti. Guttier.*
de matrim. cap. 109. num. 18. quem refert, &
sequitur *Giurb. d. glos. 14. sub nu. 6. Giouagno.*
cons. 41. num. 8. lib. 2. cum in dicto casu ipsa
æstimatio censeatur in dotem data, non autem
res ipsæ *glos. in l. si inter virum 21. C. de iur. doti.*
Ant. Gomez ad l. 29. Taur. n. 13. Giurb. d. glos.
14. sub num. 6. Castill. de vsufr. cap. 27. nu. 10.

22 Secundò respondeo, quod maritus, cui fuerunt data in dotem animalia inæstimata, tenetur illa supplere, & illorum numerum manutenere ex fructibus, & fætibus eorundem, licèt fructus rerum dotalium spectent ad maritum tex. est in *d. l. plerumque 11. versic. sic tamen, & ibi not. Doct. ff. de iur. doti.* & benè declarant *Ant. Gomez ad leg. Taur. 50. n. 43. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 30. num. 12. & Donat. Ant. de Marin. resolu. quotid. lib. 1. cap. 262. nu. 12.* cum maritus dicatur custos rerum dotalium, vt scribit *Ant. Gomez loc. cit.* ita vt ei non permittatur rebus dotalibus abuti, quarum interim ipse dominus est, quasque vxori suæ soluto matrimonio reddere cogitur *Scrader. cons. 45. n. 23. Giurb. d. glos. 14. num. 5.*

23 Vndè cū magister Franciscus vir id non fecerit, & diligentiam prædictam non adhibuerit in manutenendo numero caprarum ei in dotem datarum, vti in dolo, & culpa, ad æstimationem illarum restituendam D. Antoniæ vxori obligatum esse, nemo negat, vt tradunt *Affl. decis. 247. num. 1. Decia. cons. 49. num. 14. & seq. lib. 2. Guttier. de matr. d. cap. 109. num. 17. & seq. Aiora. de partitio. par. 1. cap. 7. num. 38. Ant. Gomez ad l. Taur. 50. num. 43.* plenè *Giurb. d. glos. 14. nu. 7. vers. Aut non extant &c.* alios adducens concordantes.

24 Quod procedit etiam in dubio, quando non constat, an mariti culpa animalia in dotem data perierint, nec ne, quia adhuc maritus tenetur æstimationem illorum soluere, vt tradunt *Ant. Gomez loc. proximè citato Guttier. d. cap. 109. num. 20. & Giurb. pariter in loc. proximè adducto.*

Quod tamen in casu, de quo agitur, est certissimū, cum magister Franciscus vir circa dictas capras in dotem datas non solùm malè versatus fuerit, illas ex fætibus non manutenendo, & conseruando, vt supra, verùm etiam cum illas, seù maiorem illarum partem vendiderit, & distraxerit, vt probant omnes testes D. Antoniæ ac-
25 tricis super 6. articulo, † & sic ad illatum æsti-
mationem reddendam eò magis teneri debet *l.*
in ijs rebus 67. §. seruis ff. solut. matri. Decia.
d. cons. 29. num. 14. lib. 2. Giurb. d. glos. 14.

numer. 6. versic. Aut non extant &c.
16 Maximè cum simus in causa dotis, pro qua in dubio est iudicandum Calui.de equit. lib. 2. cap. 174. n. 32. & ante eum scripsit Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. glos. 1. num. 66. & est tex. in l. ambiguis 71. ff. de iure doti.
Quare &c. Saluo semper &c.
Secundùm prædicta iudicatum fuit ad fauorē D. Antoniæ Actricis in Terra Cantiani per Excellentissimum illius Prætorem de anno 1658. & ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Agens ad pœnam, vel caducitatem ob non implementum an teneatur probare, implementum non fuisse sequutum. Testes deponentes super negatiua, quando illam probent. Ignorantia præcepti pœnalis an excuset a caducitate, & qualis scientia requiratur, vt incurratur pœna, & an sufficiat simplex certioratio, vel requiratur ostensio instrumenti. Ecclesiæ, si sit læsa, an competat restitutio in integrum ad instar minoris, absque eo, quod teneatur prius agere contra Rectorem, vel illius hæredes, & priuilegiatus quando vti possit priuilegio contra alterum priuilegiatum.

SVMMARIVM.

1 Agens ad pœnam ob non factum implementum tenetur probare, implementum nō esse sequutū.
2 Fundamentum suæ intentionis quilibet tenetur probare.
Etiamsi consistat in negatiua. num. 3.
4 Ciriac. contro. 519. num. 14. declaratur.
5 Testis non probat negatiuam, dum admittit possibilitatem in contrarium.
Et si illam non concludit per necessè. num. 6.
7 Testes dubitatiuè deponentes non probant negatiuam.
8 Ratio testis debet esse diuersa a dicto.
9 Testis non reddens bonam rationem sui dicti non probat.
10 Testis coarctans negatiuam ad tempus longum, non solùm illam non probat, sed est suspectus de falso.
11 Testis sibimet contrarius non probat.
12 Ratio testis debet esse congrua, concludens, necessaria, & non æquiuoca.
13 Testis dictum pendet omninò a ratione.
14 Negatiua plenè est probanda, quando agitur de pœna incurrenda.
15 Testes Confraternitatis non dicuntur testes omni exceptione maiores.
16 Negatiua in probanda testes debent esse idonei.
17 Ignorātia præsumitur in succedēte iuius alterius.
18 Ignorant nullam pœnam incurrere debet.
19 Pœnis a testatoribus appositis non est locus, nisi data culpa adimplere debentis.
20 Ignorans culpam committere non dicitur.
21 Scire non dicitur, ille, cui non fuerunt omnes qualitates rei notificatæ.
22 Scientia debet esse indubitata, quando agitur de iure admittendo, & incursu pœna.
Et cum omnibus suis qualitatibus. n. 23.
24 Scientia est probanda formiter per agentem ad caducitatem.
25 Mora non incurritur, quando dies non est certa.
26 Pœna non incurritur sine mora.
27 Pœna vt incurratur, est necessarius dolus.
28 Certioratio, vt afficiat, fieri debet cum ostensione instrumenti.
29 Ratificatio facta ei, qui tenetur ex facto alterius, non operatur, nisi ostendatur instrumentum.
30 Hæres debitoris non constituitur in mora, nisi ei ostendatur instrumentum crediti.
31 Caducitas est odiosa.
32 Caducitatem ad euitandam omnis interpretatio est facienda.
Et ab illa qualibet causa excusat, etiam leuis, num. 33.
34 Ecclesia læsa in non implendo præcepto testatori restituitur in integrum.
35 Ecclesiæ, si sit læsa, competit restitutio in integrum ad instar minoris.
36 Fraternitatibus laicorum competit restitutio in integrum.
Contrarium tenent plures Doct. num. 38.
37 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum.
39 Fraternitates laicorum an dicantur loca pia, & ecclesiastica, est controuersum per Doct.
40 Ecclesiæ competit restitutio in integrum, etiam aduersus aliam Ecclesiam.
41 Priuilegiatus vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum, quando tractat de damno, & alter de lucro.
Et quando priuilegiatus vtitur duplici priuilegio. num. 43.
Et quando est reus conuentus. num. 44.
42 Priuilegiatus conuentus pro amissione rei sibi quæsitæ, dicitur agere de damno.
45 Restitutio non datur Ecclesiæ ex facto Rectoris, nisi ipso, vel eius hærede existente non soluēdo. Quæ opinio reprobatur. num. 46.
47 Ecclesia, & minor quò ad restitutionem æquiparantur.
48 Minor restituitur in integrum, etiam si habeat regressum contra bona tutoris.
Ita vt, sit in eius electione petēdi restitutionem, vel agendi contra tutorem. num. 49.
Maximè in Statu Ecclesiastico vigore Constitutionis Marchiæ. num. 50.

51 Indi-

51 *Iudicandum est in dubio, pœnam non fuisse incursam.*
Et ad fauorem rei conuenti. num. 52.
Et ad fauorem possessoris. num. 53.

ALLEGATIO LXXVIII.



Reuerendissime Domine. Absoluendus est, admodū Reuerend. D. Bernardinus Feltrinus Rector Ecclesiæ Santi Appollinaris Girifalchi Diœcesis Vrbinatensis a petitis per Dominos Priores Venerabilis Societatis Sanctissimi Nominis Iesu in Ecclesia prædicta agentes ad caducitatem agri ob non impletam voluntatem q. D. Rectoris Stellæ ex pluribus, & primò, quia non constat de non implemento, & contrauentione ex parte Recto-
1 ris, † quod est probandum per Priores agentes ad pœnam, & caducitatem, vt tradunt communiter Doct. & præcipuè *Bart. cons. 137. nu. 4. Corn. cons. 81. nu. 8. & seq. lib. 2. Craue. cons. 1. num. 7. Thob. Noni. cons. 28. nu. 2. Hond. cons. 68. num. 7. & seq. lib. 2. Decia. cons. 53. nu. 1. lib. 2. Ciriac. contro. 289. n. 16. & contro. 451. num. 30. Rot. decis. 489. num. 6. par. 4. rec. & decis. 25. nu. 5. par. 6. recen. & in Neapolitana hæredit. 30. Ianuar. 1660. coram Reuerendiss. Cerro Decano §. non probatur &c.*
2 Cum quilibet teneatur probare, quod est fundamentum suæ intentionis *l. ei incumbit 2. ff. de proba. l. actor 23. C. eod. tit. Deci. cons. 564. nu. 1. Rola. cons. 86. n. 10. lib. 3. Decia. d. cons. 53. n. 1. lib. 2. latè Ludou. in suis concl. cōcl. 14. in prin. Rot. apud Greg. XV. decis. 242. in prin. & apud Cenc. de Cens. decis. 387. num. 4.* in his terminis *Altogra. cons. 84. num. 1. lib. 1.*
3 Etiam si consistat in negatiua *Alex. cons. 39. num. 1. lib. 1. Deci. cons. 534. nu. 9. Grat. cons. 30. num. 56. par. 1. Menoch. cons. 259. num. 4. lib. 3. Hercula. de prob. negat. num. 2.* vbi testatur de communi opinione, *Hond. d. cons. 68. num. 8. Ludou. d. concl. 14. illat. 53. Mascard. de prob. concl. 1091. n. 1. vol. 2. Rot. decis. 671. n. 4. par. 3. rec. Altogra. cons. 21. nu. 13. vol. 1.*
4 Quicquid malè senserit idem *Ciriac. contro. 519. num. 14.* volens, quod quando implementum, vel pœna respicit commodum eius, qui agit ad priuationem, probatio non implementi non spectet ad agentem, sed ad illum, qui tenetur implere, quia illius opinio habet locum, quando reus conuentus tenetur sub pœna implere agenti, puta soluere canonem, legatum, & similia sub pœna, quia tunc ipsi reo incumbit onus probandi implementum, non autem actori, in quibus terminis loquuntur *Bart. Ias. & alij Doct.* per eum adducti, & ipsemet in his terminis dictos Doct. adducit *contro. 5. nu. 228. vers. prædicta tamen &c.* non autem, quando non est implendum agenti, vt in casu nostro, sed tertio, & solùm ei est applicata pœna, quia tunc omnes Doct. tenent, agenti ad pœnam ob non implementum non factum tertio incumbere onus probandi non implementum, licèt pœna sit apposita ad fauorem agentis, vt per eos est videre, & præcipuè per *Hond. d. cons. 68.* & per ipsum *Ciriac. d. contro. 5. n. 222.* aliàs sequeretur, quod agens ad pœnam ob non implementum nunquam teneretur illud probare, quod est contra communem Doct. opinionem, de qua supra, & tenuit *Rot. in Neapolitana hæreditatis 30. Ianuar. 1660. coram Reuerendiss. Cerro Decano in prin.*

Quibus non obstat, quod *Ciriac.* adducit de emphyteuta obligato ad soluendum canonem, qui ad effugiendam caducitatem tenetur probare, se soluisse dictum canonem, non autem dominus directus agens ad caducitatē, quia emphyteuta tenetur implere ipsi domino agenti, ideò nil mirùm, si teneatur probare, se soluisse, vt supra, vt exemplificat idem *Ciriac. dict. contro. 5. sub num. 222. vers. prædicta tamen &c.*

Quod verò non constet, D. Rectorem Spellum non impleuisse voluntatem D. Rectoris Stellæ, colligitur apertè discurrendo dicta testium examinatorum, qui contrarium probare conati sunt super decimo tertio articulo, & incipiendo ordine retrogrado, id non probat Domina N. vltima testis, quia deponit solùm de auditu, & non solùm non coarctat negatiuam, imò illam destruit, dum deponit, *Può essere, che lo Spelli*
5 *gl'habbi adempiti, & io non io sappia*, † & sic illum probat *Deci. cons. 94. num. 5. & cons. 649. post num. 10. Crau. cons. 28. num. 4. Altogra. cons. 50. num. 118. lib. 1. Rota apud Greg. XV. decis. 42. num. 5. & decis. 310. num. 1. & apud Card. Manti. decis. 350. n. 7. & seq. & in Aprutina, seù nullius iurisdictionis 5. Maij 1636. coram R. P. D. Dunozetto §. nec supradictis &c.*

Tertius, & quartus testes deponunt de negatiua, non remouendo actum a sensu, sed sensum ab actu, deponendo per verbum *Che io sappia, e non hò mai inteso, che sij stato fatto detto offitio*, & sic non coarctant negatiuam, vt tradunt *Dec. Cranet. & Rot. in loc. proximè adductis*, cum quibus pertransit *Mascar. de prob. concl. 1091. num. 9. lib. 2.* non obstante, quod illam coarctare conentur super interrogatorijs, quia dum admittunt possibilitatem in contrarium, ibi *E difficilmente può essere, che l'Offitio sij stato fat-*
6 *to*, † non concludunt negatiuam per necessè, *Caph. cons. 287. n. 16. lib. 1. Osasch. cons. 66. num. 29. Mascar. d. concl. 1091. num. 9. Deci. Cranet. & Rot. in loc. supra proximè adductis*, eadem *Rot. apud Buratt. decis. 43. num. 2.* & ibi

Adden.

Adden. Altogra. d. conf. 50. num. 107. & seq. & 118. lib. 1.

Maximè cum dicti duo testes deponant etiam per
7 verbum *Io tengo*, & per verbum *Non credo*, & † sic, vti dubij, & non concludentes omninò negatiuam, illam eò minus probant *Bossi. in pract. crimi. in tit. de defen. reo. num. 27. Hercul. de negati. num. 261.*

Tertius verò testis deponens de negatiua illam nō benè coarctat, reddendo eamdem rationem cum dictos ibi *Signor nò, che lo Spelli non può hauer fatti detti offitij, che io non lo sappia, perche sono*
8 *informato, che non gli hà fatti. &c.* † ratio autē testis debet esse diuersa à dicto *glos. in l. fin. & ibi Bart. Bald. Ias. & alij ff. de offic. Proconf. Cæs.* benè *Farinac. de testi. quæst. 70. num. 144.* & in terminis, quod nō sit bona ratio testis *scio, quia*
9 *ita est* tradit idem *Farinac. d. quæst. 70. n. 146.* † testis autem non reddens bonam rationem non probat, vt post *Bart. Bald. Imol. Butr. Io. Andr. Anna. Ias. Specul.* Maran. *Monticel. Mascar.* & alios plures per eum adductos firmat *Farinac. d. quæst. 70. num. 1. & 10.*

10 Imò cum d. testis videatur coarctare negatiuam per tempus satis longum, nempè per vnū mensem, imò per annum, non solùm illam non probat, sed est suspectus de falso, vt post *Bald. in l. actor. 23. n. 3. C. de prob.* tradit *Pacia. de prob. lib. 1. cap. 36. nu. 16. & seq.* quem referendo sequitur *Farinac. de testibus quæst. 65. n.* 227. & voluit etiam *Carena de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 63.*

Et est etiam sibi contrarius, dum deponit certiorasse D. Rectorem Spellum de obligatione celebrandi officium ante aduentum temporis illud celebrandi, & postea dicit nescire, de quo tem-
11 pore illud esset celebrandum, † & sic, vti contrarius sibimet, non probat *cap. licèt causam 9. & ibi glos. Aret. Deci. Butr. Bero. & Felin. de prob. Conar. var. resol. lib. 2. cap. 13. num. 8. vers. cæterum si testis &c.* vbi de communi testatur *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 53. vers. quartus est casus &c.* Menoch. *de arbitr. casu 108. num. 2. Mascar. de prob. concl. 1361. nu. 2. & 3. lib. 3.* latè *Farinac. de testi. quæst. 66. n. 13.* alios quāplures adducens sectatores Roe. *decis. 303. num. 1. par. 1. & decis. 677. nu. 2. par. 3. diuer.*

Primus verò testis pariter nō probat, quia in coarctanda negatiua non reddit bonam rationem, sed per verbum *Credo* ibi *non credo, che lo Spelli habbi adempito detti obligbi, che io non lo sappia,*
12 † Ratio verò testis debet esse congrua, concludens, necessaria, non autem æquiuoca, & dubia, vt in casu nostro Mascar. *de prob. cōcl. 1369. num. 52. lib. 3. Osasch. conf. 66. nu. 17.* & latè comprobat *Farinac. de testi. quæst. 70. num. 10.* vbi quamplures adducit Doct. authoritates, & testatur de communi opinione, cum illa det esse testimonio *Sperell. decis. 69. num. 35. par. 1.*

13 Et cum testis dictum pendeat omninò à ratione, ita vt si dictum non concludat, & ratio concludat, testis probet, si verò dictum concludat, & ratio non concludat, & non sit bona, vt in casu nostro, corruat dictū testis *Osasch. d. conf. 66. sub num. 27. Mascar. d. concl. 1369. nu. 18. & seq. Bertazo. conf. 518. nu. 10. lib. 2.* & benè declarat *Farinac. de testi. d. quæst. 70. num. 12.* vbi alios adducit ita sentientes, & testatur de communi opinione *Illustrissimus Sperellus vbi supra.*

Ex quibus apparet manifestè, non esse probatam assertam negatiuā, in qua Actores fundant eorū
14 intentionem, quod quidem est certissimum, † quia cum agitur de pœna incurrēda per Rectorem, negatiua est plenissimè probāda *Deci. conf. 531. in prin. Simo. de Præt. conf. 27. num. 12. Ludo. d. concl. 14. illat. 112. Ciriac. contro. 289. num. 20. Caren. resol. 94. num. 19.*

Ac etiam quia testes prædicti, cum coarctent negatiuam ad longum tempus mensis, & vltra sunt suspecti de falso, vt tradunt *Bald. Pacia. Fa-*
15 *rinac. & Caren. in loc. adduct. supra num. 10.* † maximè cum omnes sint de Societate Sanctissimi Nominis Iesu, vt ipsimet fatentur super interogatorijs generalibus, & sic negari non possit, quin ob prætensam affectionem, quam erga dictam Societatem habere præsumūtur, sint aliquantulum diminutę fidei *Hond. conf. 17. n. 88. lib. 1. Adden. ad Greg. XV. decis. 340. nu. 14.* latè *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 158. n. 34.* alios quamplures adducens concordantes *Rot. in Senogallien. iuris pascendi 17. Nouēbris 1619. coram* R. *P. D.* Remboldo *&c.* & illos non esse omni exceptione maiores in pūcto dicit *Farin. conf. 170. num. 6. lib. 2.* alios adducens concordantes.

16 In probanda autem negatiua testes debent esse omninò idonei, vt post *Alex. conf. 64. col. fin. lib. 1. & Hercul. de negat. nu. 262.* per eum adductos tradit *Farinac. de testi. quæst. 65. num. 226. Posth. resol. 106. num. 58.*

Secundò principaliter D. Rector prædictus est absoluendus a petitis, quia D. Rector Spellus non potuit incurrere aliquam pœnam ob non impletum præceptum D. Rectoris Stellæ, quia
17 non constat, ipsum de eo habuisse scientiam, † ignorantia autem in succedente in ius alterius præsumitur *l. qui in alterius 43. & ibi Deci. & Cagnol. ff. de reg. iur. cap. cum quis 14. de reg. iur. in 6.* in puncto casus nostri *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 19. nu. 4137. Fulgin. de iur. emphit. in tit. de solut. cano. quæst. 1. num. 197. Merli. Pignat. contr. foren. cap. 61. num. 17. cent. 2.*

18 Ignorās verò nullam pœnam incurrere debet

l. qui-

l. quicumq; 4. *& ibi glos. in verbo incusari. C. de seru. fugit. l.* 3. *§. si quis ignorans ff. ad sillan. l. si quis absentis.* 5. *ff. de actio. & oblig. Ias. in l. fin. nu.* 127. *C. de iur. emphit. Corn. cons.* 107. *nu.* 3. *vol.* 3. *Roma. cons.* 473. *n.* 1. *Franc. Becci. cons.* 60. *num.* 11. *lib.* 1. *Gabr. comm. concl. de regul. iur. concl.* 6. *num.* 1. latè *Ciriac. d. contro.* 286. *num.* 23. in terminis nostris *Rot. decis.* 258 *num.* 15. *& decis.* 781. *num.* 3. *par.* 6. *recen.*

19 In istis autem pœnis a testatoribus appositis contra non parêtes eorum præceptis nunquam est eis locus, nisi data culpa hæredis, vel alterius, qui implere tenetur *Couar. in cap. Rainaldus* 18. §. 1. *sub num.* 7. *de testam. Ciriac. d. contro.* 289. *nu.* 24. *Rot. in d. Neapolit. hæredit. in princ.*

20 Ignorans verò culpam committere non dicitur *Ceph. d. cons.* 24. *sub num.* 15. *lib.* 1. *Rim. Iun. cons.* 470. *sub num.* 24. *Menoch. de arbitr. casu.* 185. *num.* 4. *Ciriac. d. contro.* 289. *n.* 25. *Calui. de aequit. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 31. *Rot. decis.* 152. *num.* 6. 10. *&* 11. *par.* 8. *rec.*

Neque vllum exaduerso fieri potest fundamentum super depositionibus testium examinatorum, qui super decimo secundo articulo conati sunt probare, D. Rectorem Spellum habuisse scientiam d. præcepti ex eo, quod ipsimet testes ipsum de eo certiorauerint, ex pluribus, & primò, omisso, quod omnes testes prædicti, vti de Societate Sanctissimi Nominis Iesu, sunt aliqualiter suspecti, vel saltem diminutæ fidei, vt probaui *supra num.* 15. & aliis laborant exceptionibus, super quibus, vti non necessariis ad victoriam causæ, non insisto, quia, inquam, nemo ex dictis testibus certiorauit D. Rectorem Spellum de omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs præcepti D. Rectoris Stellæ; Primus enim testis ei non notificauit conditionem recitandi Nocturnum Mortuorum finè laudibus, nec conditionem dandi Sacerdotibus paulos duos pro quolibet, nec, stante impedimento, officium mortuorum esse faciendum infra octauam. Secundus testis non notificauit obligationem recitandi Nocturnum Defunctorum, nec tempus officij celebrandi, neque obligationem officij esse perpetuam. Tertius testis pariter non notificauit conditionem recitandi Nocturnũ Mortuorum finè laudibus. Vltima verò testis non ei notum fecit conditionem recitandi Nocturnum Mortuorum, nec dandi Sacerdotibus mercedem paulorum duorum pro quolibet, neque tempus, quo celebrandum erat officium prædictum, vt ex eorum depositionibus clarè est videre.

21 Vndè, cum ipsi D. Rectori Spello non fuerint notificatæ omnes qualitates, & circumstantiæ dicti præcepti D. Rectoris Stellæ, nullo modo potest dici, illum habuisse de eo scientiam, vt tradunt *Borgni. decis.* 18. *num.* 37. *par.* 1. *Surd. decis.* 265. *num.* 19. *Ceph. cons.* 437. *num.* 35. *lib.* 3. *Mascar. de prob. concl.* 45. *num.* 49. *lib.* 1. *& concl.* 1299. *num.* 13. *lib.* 3. in terminis nostris *Ciriac. d. contro.* 289. *num.* 37.

22 Quando enim agitur de amittendo iure quæsito, & de incursione pœnę, scientia debet esse explicita, & indubitata *Ciriac. d. contro.* 289. *num.* 38. *Adden. ad Rot. decis.* 542. *num.* 90. *& seq. par.* 4. *recen. tom.* 3. *Merli. Pignat. contro. foren. cap.* 30. *num.* 27. *par.* 1. *Rot. decis.* 644. *num.* 1. *par.* 3. *& decis.* 322. *num.* 3. *& decis.* 387. *num.* 4. *par.* 4. *recen. & decis.* 504. *nu.* 3. *par.* 4. *recen. tom.* 2. *& decis.* 301. *n.* 28. *par.* 5. *rec. & decis.* 558. *num.* 15. *par.* 5. *rec. lib.* 2. *& decis.* 360. *num.* 3. *par.* 6. *rec.*

23 Et debet esse cum omnibus suis qualitatibus *glos. in cap. concertationi* 8. *in verb. non conscuserit de appell. in* 6. *Alex. cons.* 114. *n.* 4. *lib.* 1. *Merli. Pignat. contro. foren. cap.* 48. *num.* 14. *cent.* 2. *Altogra. cons.* 84. *nu.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 38. *num.* 35. *lib.* 2. *Rot. apud Zacchi. de oblig. camer. decis.* 124. *num.* 7.

24 Et quod scientia sit probanda formiter per agentem ad caducitatem, tradunt *Ias. & alij in l.* 2. *C. de iur. emphit. Deci. in l. qui in alterius* 43. *num.* 2. *ff. de reg. iur. & cons.* 58. *in fin. Corn. cons.* 67. *vol.* 2. *Grat. cons.* 79. *num.* 10. *par.* 1. quos refert, & sequitur *Costa in eius resp. in tract. de scien. & ignor. post inspec.* 85. *nu.* 26. *Ciriac. d. contro.* 289. *nu.* 38. *& seq. Altogra. d. cons.* 84. *num.* 10. *lib.* 1.

Secundò, quia nullus ex d. testibus examinatis eidem D. Rectori Spello notificauit diem mortis D. Rectoris Stellæ, in qua erat celebrandum officium mortuorum, vt ex eorum depositionibus videre est, & ideò non potest dici, illum fuisse in mora adimplendi, & celebrari faciendi

25 dictum officium, † mora enim non incurritur, quando dies non est certa *l. magnam.* 12. *& ibi not. Cin. & Bald. C. de contrah. & commit. stipul. idem Bald in l. & si post tres* 8. *ff. si quis cautio. Gabr. cons.* 139. *num.* 7. *lib.* 2. *Mascar. de prob. concl.* 1065. *nu.* 21. *lib.* 2. *Hond. cons.* 36. *num.* 25. *lib.* 2. *Merli. Pignat. contro. foren. cap.* 16. *num.* 9. *cent.* 1. & absque scientia certa dispositionis in terminis *Altogra. d. cons.* 84. *num.* 31. *lib.* 1. alios adducens *Thoma. decis. Marchi.* 116. *num.* 30.

26 Sinè autem mora pœna non incurritur *Deci. cons.* 313. *num.* 2. *&* 3. *Gabr. cons.* 173. *nu.* 21. *lib.* 2. latè *Massu. de confisc. bono. quæst.* 22. *nu.* 58. *& seq. Rot. decis.* 95. *num.* 13. *par.* 4. *recen. tom.* 2. & in terminis de caducitate, quod non incurratur finè mora, eadem *Rota decis.* 577. *n.* 1. *par.* 2. *recen.*

27 Cum, ad incurrendam pœnam, sit necessarius dolus *Abb. cons.* 67. *n.* 41. *Soc. Iun. cons.* 28. *n.* .. *lib.* 2.

lib. 2. latè *Farinac. de pæn. temper. quæst.* 87. *in prin. Rot. apud Cenc. de censi. decis.* 49. *nu.* 13. *& ind. Neapolitana hæredit. coram Cerro Decano in princ.*

Quod eò magis est dicendum, cum in pœnalibus dies non interpellet pro homine, sed requiratur interpellatio *Capic. Latro decis.* 59. *nu.* 23. *par* 1. quem refert, & sequitur *Massin. de confisc. quæst.* 22. *num.* 66. neque fauore piæ causæ, vt post *Felin. Gozad. Menoch. Hond. Geonen.* & alios per eum relatos declarat *Massin. ibi num.* 60. *& seq.* maximè in legato annuo, in quo dies fuit apposita causa multiplicandæ obligationis, quę non debet eodem tempore parere obligationē, & moram, & ideò requiritur interpellatio, ac si dies non esset apposita, vt tradit *Massin ibi n.* 67. *& seq.* alios adducens concordantes.

28 Tertiò non nocet asserta certioratio facta per dictos testes, quia illa, vt afficiat, fieri debebat cùm ostensione instrumenti, ita vt aliter facta nec D. Rectorem Spellum constituerit in mora, nec illum incidere fecerit in pœnam, vt tradunt *Card. Zabar. cons.* 25. *in fin. Odd. cons.* 79. *num.* 26. *Card. Manti. de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 41. *Surd. cons.* 22. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. *& decis.* 240. *nu.* 10. *& seq. Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glos.* 17. *num.* 90. *& claus.* 6. *glos.* 3. *par.* 2. *nu.* 41. vbi dicit, ita in illo Senatu fuisse iudicatum, *Rot. decis.* 493. *n.* 78. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 2.

29 Conclusio enim est clara apud Doct. quod notificatio facta ei, qui tenetur ex facto alieno, vt in casu nostro, nihil operatur, nisi ei ostendatur instrumentum *Bart. in l. si quis inficiatus* 13. *num.* 1. *ff. depos. & in l.* 4. §. *morte num.* 47. *ff. de noni. oper. nunci. & alij relati per Surd. d. cons.* 22. *num.* 12. *& seq. & d. decis.* 240. *num.* 11. *&* 12. vbi dicit, quod sinè ostensione instrumenti quis non tenetur credere, vt ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Adden. ad Tattell. expedit. ciuil.* 1. *num.* 55.

30 Et in terminis de hęrede debitoria, quod non constituatur in mora, nisi ei fiat fides de debito per ostensionem instrumenti, scripserunt *Gallef. de oblig. camer. quæst.* 4. *num.* 16. *Menoch. de arbitr. casu* 220. *num.* 51. *Hond. cons.* 50. *num.* 26. *vol.* 1. *Surd. decis.* 341. *n.* 11. *Cyriac. contro.* 212. *num.* 32. qui alios adducunt concordantes.

31 Quibus eò magis locus esse debet, cum caducitas sit odiosa *Gratia. discep. foren. cap.* 675. *num.* 33. *par.* 4. *Rot. decis.* 577. *num.* 4. *par.* 2. *recen.* cum illa sit pœna *Barbo. cons.* 24. *in prio. lib.* 1. *Deci. in auth. qui rem num.* 3. *C. de Sacros. Eccles. Calni. de æquit. lib.* 1. *cap.* 80. *num.* 4. *Rota apud Cenci. de cens. decis.* 67. *num.* 21.

32 Et ideò ad euitandam caducitatem omnis interpretatio est facienda *Rota apud Greg. XV. decis.* 256. *num.* 2. *& decis.* 288. *nu.* 4. *& decis.* 293. *num.* 23. *par.* 6. *recen. & in Maceraten. hæreditatis* 3. *Iunij* 1619. *coram R. P. D. Vbaldo,*

33 † & ab illa quælibet causa excusat, etiam si sit leuis *Gratia. discep. foren. d. cap.* 675. *num.* 33. *Rot. decis.* 232. *num.* 2. *par.* 2. *recen. & dicta decis.* 577. *num.* 4. *ead. par.* 2. *& apud Cenc. de censi. decis.* 4. *n.* 3. *& in d. Neapolitana hæredit. in princ.*

Verùm, quia forsan dubitari posse videtur, quod Rector prædictus, si ex notificationibus eidem factis per dictos testes informiter, vt supra, non possit dici, habuisse certam scientiam de onere supradicto, reddi tamen ab illis de eo potuisse saltem dubium, quo casu videtur intrare posse conclusio, quod, cum agatur de facto ad illum spectante, debuerit ipse saltem inquirere veritatem oneris appositi, quam de facili ex instrumento desuper celebrato inuenire potuisset, quod cum non curauerit facere, ideò haberi debuerit pro sciente, ad notata *per Altogra. cons.* 71. *num.* 39. *et seq. et cons.* 94. *num.* 9. *et seq. vol.* 1. alios adducens ita sentientes, cum paria esse videantur dubitare, & scire in dicto casu, vt tradit *Altogra. vbi supra.*

Et ideò transeundo ad aliud fundamentum magis tutum, omissis breuitatis gratia, quæ contra prædicta adduci posent, D. Rector prædictus

34 debet a petitis absolui, † quia cum Ecclesia Sancti Appollinaris ex prætenso non implemēto D. Rectoris Spelli sit læsa, debet in integrum restitui ad instar minoris, vt in terminis tradūt *Bald. in l. pupillorum* 5. *C. de repud. hæred. Alex. cons.* 150. *nu.* 2. *et seq. lib.* 7. *Thobi. Noni. cons.* 28. *num.* 7. *Odd. cons.* 84. *num.* 3. *Card. Manti. de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *nu.* 69. *Vinc. de Franch. decis.* 383. *in fin. Balth. Tomas. in suis tract. vari tom.* 2. *de tuto. et curat. tit.* 19. *n.* 4137. *Fulgin. de iur. emphit. in tit. de solut. cano. quæst.* 1. *nu.* 171. *Capic. Latro decis.* 122. *num.* 29. *Rot. apud Merli. de pigno. decis.* 35. *in fin. addo Fusar. de subst. quæst.* 585. *num.* 3.

Conclusio enim est cōmuniter recepta per Doct. quod Ecclesiæ, si sit læsa, cōpetit restitutio in integrū ad instar minoris *cap.* 1. *de restit. in integr. cap.* 1. *&* 2. *eod. tit. in* 6. *clem.* 1. *eod. tit. & vtrobiq; not. Canonistæ, Deci. cons.* 36. *n.* 9. *Alex. cons.* 5. *nu.* 16. *& cons.* 81. *num.* 8. *lib.* 5. *Socci. Iun. cons.* 115. *nu.* 7. *lib.* 2. *Simoncel. de decret. in præfat. nu.* 51. *& seq. Corbol. de iure emphit. in tit. de casu prim. ob non solu. can. ampl.* 27. *n.* 18. plenè *Odd. de restit. in integ. par.* 1. *quæst.* 3. *num.* 25. vbi restatur de communi, & verissima opinione *Balth. Tomas. in d. tit.* 19. *nu.* 4137. *& tom.* 1. *de priuil. piæ cau. num.* 211. *Fulgin. de iure emph. in d. tit. de solut. can. quæst.* 1. *nu.* 175. *et seq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam contra aliam Ecclesiam, *Capic. Latro decis.* 15. *n.* 21. *Rota apud Merli. de pigno. decis.* 35. *in fin.*

36 Quibus

36 Quibus non obstat, quod restitutionis beneficium competat etiam Societati Nominis Iesu, vti pio loco, vt voluit *Odd. de restit. in integr. par. 1. cap. 3. art. 6. per tot.* & post eum *Grat. discept. foren. cap. 481. num. 27. part. 3.*

37 † & ideò Ecclesia S. Appollinaris non possit vti beneficio restitutionis contra alium priuilegiatum *§ sed, & hoc præsenti Auth. de sanct. Episc. Gratia. discept. foren. cap. 661. num. 13. & seq. par. 4. Barbo. axiom. 190. nu. 1.* Rot. *decis. 22. num. 6. par. 4. rec. tom. 2.* cum tunc priuilegia conquassentur *Merli. Pignatel. contro. forens. cap. 13. in prin. cent. 1.* plenè; *Nouar. de elect. fori. sect. 3. quæst. 62. in prin.* & mutuo se impediant *Bart. in Auth. quas actiones col. 2. C. de sacros. Eccles. Menoch. cons. 813. nu. 15. Ciriac. contro. 462. num. 15.*

38 Quia, omisso, quod d. opinio, quod Confraternitatibus Laicorũ competat beneficium restitutionis in integrum, non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. & præcipuè *Anchar. in cap. auditis 3. num. 10. quæst. 11. de restit. in integ. Paris. cons. 34. num. 22. lib. 4. & Gabr. comm. concl. de pia cau. concl. 1. num. 21.*

39 Maximè cum admodum controuersum sit inter Doct. an Confraternitates prædictæ dicantur loca pia, & Ecclesiastica, & ideò gaudeant dicto priuilegio, vt videre est per *Canonist. in cap. de quarta 4. de præscrip. per Odd. de rest. in integ. d. quæst. 3. art. 6. per Ludo. decis. Perus. 90. per Gabr. comm. concl. de pia cau. concl. 2. per Gratia. discep. foren. cap. 481. num. 11. & seq. par. 3. per Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 1. de priuil. pia cau. tit. 1. cap. 4. per tot.* vbi latè, & per *Rot. apud Merli. de pigno. decis. 152. num. 6. & in* Romana *fideicomm. 7. Februar. 1631. coram* R. *P. D.* Motmanno, *& in* Mediolanen. *bonorum 18. Martij 1648. coram R. P. D. Bichio, & in eadem 31. Maij. 1649. coram Eminentissimo Card. Corrado.*

40 Et omisso etiam, quod Ecclesiæ in dicto casu datur restitutio, etiam contra aliam Ecclesiã *glo. & Doct. in Auth. item si quis C. de sacros. Eccle. Ruin. cons. 166. num. 4. Corbol. vbi supra nu. 17. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 98. n. 15.* quos refert, & sequitur *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de solut. cano. quæst. 1. num. 172.* cum quibus pertransit *Odd. de restit. in integr. quæst. 18. num. 53. & seq.* alios adducens ita sentientes.

41 Respondeo, inquam, multipliciter, & primò, quod dicta conclusio non habet locum, quãdo priuilegiatus petens restitutionem tractat de damno, vt in casu nostro, & alter de lucro, quia tunc priuilegia non conquassantur, sed priuilegiatus tractans de damno vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum Roma. *cons. 166. nu. 14. Caph. cons. 7. per tot. & cons. 116. n. 6. lib. 1. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 18. art. 4. num. 33. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 98. num. 15. Fulgin. de iure emphyt. in d. tit. de solut. can. quæst. 1. num. 102. Barbo. axiom. 190. num. 2. D. Andreol. contro. 111. nu. 15. & contro. 146. num. 14. Nouar. de electio. fori sect. 3. quæst. 62. num. 24.* Rota *apud Greg. XV. decis. 181. num. 10. & decis. 473. n. 13. & decis. 17. num. 19. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 190. n. 29. par. 6. recen. & apud Duran. decis. 402. num. 16. cum tribus seq. & in Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. coram R. P. D. Arguelles §. vltra quod &c.* vbi aliæ allegantur.

42 Quod verò in casu, de quo agitur, cum agatur de amissione agri iam Ecclesiæ acquisiti, & ab ea possessi, licèt ex titulo lucratiuo, dicatur agi de damno euitando quo ad Ecclesiam, & ex parte Priorum Agentium de lucro, patet manifestè, & tradunt *Surd. cons. 321. num. 20. & seq. & cons. 440. num. 32. lib. 3.* Gratia. *discep. foren. cap. 56. num. 42. par. 1.* & latè comprobat *D. Andreol. d. contro. 111. num. 6. Cirac. contro. 451. num. 86. &* Rota *in d. Anconitana nullitatis concordiæ d. §. vltra quod &c.*

43 Secundò non habet locum dicta conclusio, quando priuilegiatus vtitur duplici priuilegio, vt in casu nostro, in quo Ecclesia vtitur priuilegio restitutionis ei competenti de iure communi, & ex capite iustæ ignorantiæ, quo casu priuilegiatus benè vti potest priuilegio contra alium priuilegiatum *Caph. cons. 748. num. 18. vol. 5. D. Andreol. d. contro. 148. in fin Nouar. de elect. fori d. quæst. 62. n. 37. Rota in d. Anconitana nullit. concordia d. §. vltra quod &c.* cum duo vincula magis ligent, quàm vnum *l. si non lex ff. de hæred. instit. Card. Tusc. pract. concl. litera D. concl. 810. Nouar. d. num. 37.*

44 Tertiò, quia, admisso etiã citra veri præiudiciũ, quod quilibet ageret de dãno, præferri tamẽ debet D. Rector Feltrinus, vel eius Ecclesia, vti rea in iudicio conuenta *Bald. in l. iubemus 6. in princ. per illum tex. C. ad Trebell. Deci. in cap. in præsentia 8. nu. 187. de prob. & in cons. 147. num. 5. Fulgin. in d. tit. de solut. cano. quæst. 1. num. 192. Rot. apud Greg. XV. decis. 473. nu. 14. & decis. 293. num. 6. par. 3. recen. & apud Duran. decis. 402. nu. 16. cum tribus sequen.*

45 Neque obstat postremò, quod dicta restitutio sit subsidiaria, & non detur, nisi Rectore, vel eius hærede existente non soluendo, *Thesa. decis. 103. num. 9.* cum alis relatis per *Hodier. ad Surd. decis. 4. num. 27.* ex pluribus, & primò,

46 Quia dicta opinio non est vera, vt comprobant latè *Viui. decis. 501. num. 4. & seq. lib. 3.* vbi dicit, ita fuisse in illo Consilio iudicatum, & hanc opinionem esse magis communem, & Sacrosãctam, cum qua videtur pertransire *Adden. ad Thesa. d. decis. 103. litera B.* & quam latè tuetur, vt dixi, *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de*

 X *solut.*

solut. cano. quæst. 1. *num.* 175. *& seq.* reprobans *Corb.* & alios contrarium tenentes.

47 Et ratio quidem est manifesta, quia Ecclesia, & Minor quò ad restitutionem æquiparantur *cap.* 1. *& cap. auditis* 3. *& ibi not. gloss. & Doct. de restit. in intgr. Odd. de restit. in integr. quæst.* 3. *art.* 4. *num.* 17. *& seq. Fulgin. de iur. emphyt. in d. tit. de solut. cano. quæst.* 1. *num.* 174. *in fin. Capic. Latro decis.* 15. *n.* 21. *& seq. P. Paul. Layman. in sua theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 3.

48 Minor autem restituitur in integrum, etiamsi habeat regressum contra bona tutoris *Franc. Becci. cons.* 12. *num.* 77. *Surd. cons.* 87. *num.* 6. *& cons.* 95. *num.* 22. *lib.* 1. *& cons.* 164. *n.* 54. *lib.* 2. *Card. Manti. de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *nu.* 45. *Paitel. ad expedit. ciuil.* 5. *sui patris num.* 31. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 14. *Odd. de restit. in integr. p. r.* 1. *quæst.* 22. *art.* 3. *nu.* 16. *versic. sed breuiter &c. Caualcan. decis.* 30. *n.* 120. *par.* 2. *D. Andreol. d. contro.* 111. *num.* 7. alios quàmplures adducens ita sentientes *Viui. d. decis.* 501. *num.* 21. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in Regia Audientia Apuliæ, & hanc esse magis cõmunem Doct. opinionem, quam latissimè comprobat *Fulgin. de iure emphyt. in d. tit. de solut. cano. quæst.* 1. *num.* 183. *& seq.* vbi dicit, contrariam *Ruin. & Rolan.* opinionem esse contra communem opinionem Doct. vt ibi per eum, & eandem opinionem sequuta fuit Rota *apud Greg. XV. decis.* 181. *num.* 9. *& ibi Addeu*

49 Ita vt sit in electione minoris petendi restitutionem, vel agendi contra tutorem, vt tradunt Doct. supradicti, & vltra eos *Gratia. decis. Marcb.* 130. *num.* 14. *& seq. Paris. cons.* 200. *nu.* 65. *& seq. lib.* 1. *Simoncel. de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 12. *Borgn. de tuto. & curat. num.* 171. *Negus. Iun. cons.* 73. *nu.* 19. *Magon. decis. Lucen.* 68. *nu.* 27. *& seq. Paitell. ad d. expedit. ciuil.* 5. *num.* 31. *Rota decis.* 125. *num.* 3. *par.* 2. *recen. & in Romana fideicommissi de Capite ferro* 19. *Februar.* 1646. §. *quia & ipsi &c. coram Eminentissimo Card. Corrado.*

50 Secundò cessant prædicta in Statu Ecclesiastico, in quo Minor, & Ecclesia habent optionem, an velint petere restitutionem in integrũ, vel agere contra Tutorem, Sindicum, Procuratorem &c. ita disponente *Const. Marcb. lib.* 6. *cap.* 9. & tradunt *Paitel. ad d. expedit. ciuil.* 5. *n.* 31. *Amat. decis. Marcb.* 77. *in prin. & Fulgin. d. tit. de solut. cano. quæst.* 1. *num.* 192.

Quæ quidem, licèt sint satis manifesta ad fauorem D. Rectoris Feltrini, & eius Ecclesiæ, si tamen aliquam possent recipere dubitationem, quod certè non credo, per iura, & rationes supra adductas, adhuc tamen ad eius fauorem est sen-

51 tentiandum, † tum quia in dubio iudicandũ est, pœnam non fuisse incursam, vt post *Mascar. de prob. concl.* 49. *in prin. lib.* 1. *& concl.* 864. *num.* 30. *lib.* 2. per eum relatum tradit *Farinac.*

52 *de reo confes. & conuic. quæst.* 85. *num.* 4. † & ad fauorem rei conuenti, vt post *Menoch. cons.* 305. *num.* 15. *& cons.* 451. *num.* 40. per eum relatum tradit *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 119. *n.* 32. ad tex. *in l. fauorabiliores* 168. *ff. de reg.*

53 *iur.* † nec non ad fauorem possessoris *Hond. cons.* 49. *in fin. lib.* 2.

Quare &c. saluo &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit ad fauorem D. Rectoris Feltrini in Ciuitate Vrbini per Perill. & Reuerendissimum D. Canonicum Robertum Valbinum Iudicem Delegatũ sub die 28. Iunij 1659. per acta D. Io. Andreæ Bernabæi Vrbinatis Cancellarij Curiæ Archiepiscopalis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Iudex quando possit sibi auocare possessionem, ob periculum armorum, & ad euitanda scandala, & an prius debeat ei constare de timore armorum citata parte, & quid, si periculum sit in mora. Possessor an possit, lite pendente, a possessione remoueri. Appellatio an detur a decreto auocationis possessionis ob timorem armorum. Ratione notoriæ iniustitiæ an detur appellatio, etiam in casu prohibito. Continuans suã possessionem an dicatur attentare, pendente appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex aliquãdo potest sibi auocare possessionem, ne partes veniant ad arma.*

Etiam, quod nulla ex Partibus d. auocationem petat. num. 2.

Id tamen non potest facere sinè causæ cognitione, sed de timore armorum debet ei constare in actis. num. 3.

Parte citata, vel præsente ad videndum iurare testes. num. 4.

Cum Iudici in hoc non sit credendum. n. 5.

Aliàs esset facile, fingendo scandalum adesse, priuare aduersarium sua possessione. num. 6.

7 *Decretum auocationis possessionis factum sinè causæ cognitione, & citatione partis est nullũ.*

Si tamen periculum est in mora, citatio partis non requiritur. num. 8.

9 *Clericorum arma sunt Missale, Breuiarium, lacrimæ, & orationes.*

10 *Armorum timor quo ad auocandam possessionẽ excluditur ex qualitate personarum.*

11 *Auocatio possessionis facta, non constito de timore armorum, & ex abrupto, est iniusta.*

Iudex

Iudex enim, non constito de timore armorũ, non debet se de facto intromittere. num. 12.
13 *Auocatio possessionis de facto facta, de facto debet reuocari.*
14 *Auocationi possessionis non est locus, quando cõstat de possessione vnius partis.*
Sed solùm quando est dubium quis possideat, & non potest constare in continenti de possessione alicuis. num. 15.
16 *Possessor, lite pendente, non est possessione priuandus, nec ei est sequestranda possessio.*
Neque est prohibendus, lite pendente, suam possessionem continuare. num. 17.
Etiam si esset prædo. num. 18.
Et iniustus possessor. num. 19.
Ita vt si, lite pendente, inhibeatur, inhibitio non valeat, & non priuet possessione. num. 20.
Sed possit, inhibitione non obstante, suam possessionem continuare. num. 21.
Nec propterea continuando dicatur inhibitionem spreuere, nec attentare. num. 22.
23 *Possessor, lite pendente, non est a sua possessione amouẽdus, neque sub prætextu timoris armorũ.*
24 *Scandalis ad obuiandum multa permittuntur.*
Non tamen licet sub dicto prætextu possidẽtem sua possessione priuare. num. 25.
26 *Iudex, si constito de possessione vnius ex partibus, auocet possessionem, dicitur grauare partẽ.*
Et ideò dicta auocatio, etiam vti attentata, venit reuocanda. num. 27.
28 *Appellatio non datur a decreto auocationis possessionis, ne partes veniant ad arma.*
Fallit, quando decretum factum fuit contra partem verè possidentem. num. 29.
Neque quando illud factum fuit, non constito in actis de timore armorum. num. 30.
31 *Decretum auocationis possessionis factum, non constito de timore armorum, sed ex abrupto, est nullum.*
32 *Decretum, quod non iustificatur ex actis, est notoriè iniustum.*
Quæ iniustitia æquiparatur nullitati. n. 33.
34 *Sententia, seù decretum, quod non iustificatur ex actis, non solùm venit reuocandum.*
Sed ab eo datur appellatio ad vtrumque effectum. num. 35.
36 *Appellatio, stante notoria iniustitia, datur etiam in casu a iure prohibito.*
37 *Appellatio datur a Iudice dato cum clausula* Appellatione remota *stante notoria iniustitia.*
38 *Clausula* Appellatione remota *intelligitur solũ de friuola, non autem de legitima.*
39 *Continuans possessionem non attentat.*
Etiam si esset sequuta inhibitio. num. 40.
41 *Iniustitia notoria, & nullitas reddit sententiam inexequibilem.*
42 *Appellatio suspendit effectum sententiæ.*
Et reducit appellantem in statu, in quo erat tempore litis contestatæ. num. 43.
44 *Appellationi Iudex dicitur deferre, quando est in casu appellabili, licèt dixerit* Non admisit, nisi si, & in quantum.
Quo casu suspenditur effectus sententiæ, licèt Iudex datus sit, appellatione remota. num. 45

ALLEGATIO LXXX.



Llustrissime, & Reuerendissime Domine. Perillustr. Vniuersitas Terræ Cantiani est in pacifica possessione a tempore antiquissimo vnius prati siti in Montanea eiusdem Terræ in vocabulo Pian di Spineto, faciendo in eo omnes actus possessorios per Dominos fieri solitos, & præcipuè secando, & secari in eo faciendo hærbas, & fœnum, vendendoque iure illud secandi publicè plus offerenti de triennio in triennium, vt plenè constat in processu per depositiones quatuor testium formiter examinatorum.

De anno 1636. ad instantiam admodum Reueren. D. Vbaldiantonij Drudæ Canonici Calliensis Procuratoris, seù Agentis Ven. Collegij Germanici, & Vngarici de Vrbe fuerunt reconducta per Custodes Collegij de prato supradicto ad Depositariã Ciuitatis Callij bestiamina DD. fratrum de Ceneiattis de Cantiano conductorũ dicti prati ab Vniuersitate prædicta sub falso prætextu, quod peatum spectaret ad Vener. Collegium; qua occasione Procurator Communitatis comparuit coram D. Iudice Collegij ab Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus Barberinis Protectoribus Collegij deputato in Ciuitate Callij, & dixit de nullitate reconductionis dictorum bestiaminũ, vti facta de loco spectante ad Vniuersitatem prædictam, & ab ea possesso per tempus immemorabile, & successiuè institit declarari, licuisse DD. de Ceneiattis conductoribus in d. prato bestiamina retinere ad pascendum, & Communitatem in possessione eiusdem prati non esse molestandam, sed in ea manutenendam in forma; qui D. Iudex bestiamina reconducta restitui mandauit, præstita fideiussione de illa reconducendo in casu &c. & terminum statuit Procuratori Communitatis ad docendum de allegatis.

In termino autem assignato fuerũt pro parte Cõmunitatis petitæ copiæ depositionum testium pro Ven. Collegio examinatorum, &, facta illorum repetitione in forma, fuerunt pro parte eiusdem Communitatis examinati quatuor testes probantes concludenter possessionem antiquissimam illius, vt apparet ex processu, & facta pro vtraque parte reproductione proces-

suũ, & omnium actorum, petitum fuit ad causæ expeditionem deueniri, & D. Iudex mandauit sibi acta exhiberi.

His ita sese habentibus, & lite, vt supra, inter dictas partes pendente, D. Iudex prædictus ad instantiam Procuratoris Collegij sub falso prætexto timoris armorum, & ex abrupto ad se auocauit possessionem prati controuersi, inhibendo partibus, ne ad illud accederent in forma, & deputando hominem, qui in eo fænum secaret, & illud apud se in depositum retineret.

A quo decreto, vti nullo, & iniusto, pro parte Cõmunitatis appellatum fuit, & de nullitate dictũ per viam etiam recursus, & querelæ, & omni alio modo meliori ad Eminentissimos, & Reuerẽdissimos DD. Cardinales Protectores Ven. Collegij delegantes, qui Eminentissimi Domini causam prædictam cognoscendam, & terminandam delegauerunt R. P. D. Cerro, & postea Dominationi Vestræ Illustrissimæ.

Quæritur modo de duobus, & primò, an dictum Decretum auocationis possessionis veniat reuocandum, vel confirmandum: secundò, an Cõmunitas Cantiani, continuando possessionem prati, dicatur attentasse.

Et quo ad primum clari iuris est, Decretum prædictum auocationis possessionis, vti nullũ, & notoriè iniustum, esse reuocandum ex pluribus, &

1 primò, † quia, licèt Iudex aliquando possit sibi auocare possessionem, ne partes veniant ad arma, inhibendo eis, nè ad illã accedant, ad tex. in l. si vsusfructus 16. §. sed si inter. & ibi not. Doct. ff. de vsufr. & tradunt Salust. in pract. A.C. lib. 2. cap. 5. num. 7. & cap. 7. num. 6. Menoch. de recup. possess. in prælud. num. 24. Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. decla. 4. num. 37. & seq. & cap. 20. in præfa. num. 44. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 5. nu. 1. & seq. latè Benint. decis. 73. nu. 2. & seq. Fontanell. de pact. nupt. clau. 7. glos. 3. par. 9. num. 4. & seq. Ciriac. contro. 12. num. 54. & contro. 366. nu. 5. cum alijs relatis per Posti de manut. obser. 75. num. 1.

2 Etiam, quod nulla ex partibus dictam auocationem petat Benint. d. decis. 73. nu. 2. Lancell. d. cap. 20. in præf. nu. 44. Rota Bonon. decis. 30. num. 21. Christ. Paz. de tenuta cap. 10. nu. 39. Coler. de proc. execut. par. 1. cap. 2. nu. 11. imò licèt vtraque pars contradicat Benint. d. decis. 73. nu. 2. Contar. de momen. possess. in 5. ratio. deciden. num. 5. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. membr. 2. num. 27. Posti. d. obseru. 75. nu. 2.

3 Id tamen ei facere non licèt ex abrupto, & absque vlla causæ cognitione, sed de suspicione armorum, & scandali debet ei per summarias informationes prius in actis constare, vt tradunt Benint. d. decis. 73 num. 3. & seq. Ang. cons. 107. in fin. Hercul. de caut. de non offen. cap. 2. num. 18. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 132. n. 45. Menoch. de adipisc. possess. remed. 6. n. 15. Contar. de momen. posses. in 5. ratio. decid. num. 5. 10. & seq. Scacc. de appell. quæst. 17. limitat. 6. membr. 2. n. 19. Posti. de manut. obser. 75. n. 7. Costa de re integr. distin. 59. n. 2. Rot. apud Buratt. decis. 175. n. 10. & decis. 513. num. 4. par. 1. rec.

4 Et id id fieri debet parte citata, vel præsente ad videndum iurare testes, & capi informationem super timore scandali, vt docent Ang. Contar. Benint. Menoch. & Scacc. vbi supra, cum quibus pertranseunt Cost. d. distinct. 59. nu. 2. et pract. Ridolph. post hæc scripta visa part. 2. cap. 12. n. 287. et seq. vbi dicit, quod etiã prædo notorius est citandus Posti. de manut. obser. 79. n. 2. & 7.

5 Neque ipsius Iudicis assertioni in hoc venit credendum, nisi quatenus constet ex actis, vt tradunt Doct. supradicti, & vltra eos Rot. Bonon. decis. 30. num. 15. Gratia. decis. Marcb. 110. num. 11. Seraph. d. priuil. 132. num. 45. Fenzo. ad Stat. Vrb. cap. 92. num. 23. Posti. d. obseru. 75. nu. 8. Rot. apud Buratt. d. decis. 176. n. 10.

6 Si enim non foret necessè, cõstare de huiusmodi timore scandali, sequeretur absurdum, vt quilibet ex cogitata malitia fingeret rixam mouere, & scandalum imminere ad effectum, vt eius aduersarius, qui est in possessione, possessionis, & fructuum commoditate priuaretur, quod nullo modo est dicendum, vt aduertunt Hercul. de caut. de non offen. d. cap. 2. num. 15. Benint. d. decis. 73. nu. 3. Mari. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 71. versic. primo quia. Scacc. de appell. d. limit. 6. memb. 2. num. 19. Posti. d. obseru. 75. num. 9. Costa d. disti. 59. n. 2. & seq.

7 Et ideò decretum prædictum auocationis possessionis, vti factum sinè causæ cognitione, & parte non citata, vt supra, est nullum ex defectu citationis l. de vnoquoque 47. ff. de re indi. l. 1. §. item cum ex edicto ff. qua sunt sinè appel. resci. clem. sæpe. 2. de verb. signif. Vant. de nullit. in tit. de null. ex defe. citat. num. 1. 2. & seq. Scacc. de iudi. lib. 1. cap. 88. per tot. Thoma. decis. Marcb. 99. n. 5. Rot. apud Greg. XV. decis. 457. n. 1. & decis. 546. n. 6. & in puncto tradit Pract. Ridolph. d. par. 2. cap. 12. n. 309. post hæc scripta visa.

8 Neque dici potest, citationem non requiri, quando periculum est in mora, & Iudex videt partes paratas ad arma, vt dicit Contar. de mom. posses. limit. 16. num. 16. & post eum Scacc. de appel. quæst. 17. limit. 6. memb. 2. nu. 30. quia hoc applicari non potest casui nostro, in quo non solùm periculum non fuit in mora, neque partes erant paratæ ad arma, sed imò nullus vnquam adfuit timor armorum, neque scandali inter dictas partes, nec de hoc aliquid fuit iustificatum, sed hoc fuit merũ commentum Domini exaduerso Procuratoris, ad cuius instantiam Decretum auocationis possessionis emanauit, vt ex actis est videre, qui procurauit sub

hoc

hoc velato pallio Communitatem Cantiani antiquissima sua possessione, seu fructuum d. prati perceptione priuare.

Quod quidem apertè etiam suadetur ex qualitate personarum in iudicio contendentium, quam maximè in hoc, esse attendendam notat, *Ciriac. contro. 245. num. 9. & 10. & Posti. d. obseru. 75. num. 12.* cum causa agatur cum admodum Reu. Patribus Societatis Iesu Administratoribus Ven. Collegij Germanici, & Vngarici de Vrbe non solùm longè absentibus a loco controuersio, sed etiam viris Religiosis, probis,

9 pacificis, & non armigeris, † & quorum arma sunt Breuiarium, & Missale, Lacrimæ, & Oratione a *cap. conuenior 23 quæst. 8. glos. in cap. porrò 14. in verbo Arma. 16. quæst. 3. Farina. de inquis. quæst. 8. num. 96.* in puncto *Ciriac. contro. 245.*

10 *num. 10.* † ita vt non solùm omne dicatur abesse periculum armorum, sed imò illud omninò excludatur, & ideò auocatio possessionis fieri nõ potuerit, nisi causa cognita, & citata parte *Parif. cons. 41. num. 31. vol. 1. Ciriac. d. contro. 245. num. 9. & 10. Posti. d. obseru. 75. nu. 11. & 12. Scacc. de appell. d. limit. 6. memb. 2. num. 19. & 31. Pract. Ridolph. d. par. 2. cap. 12. n. 294.* qui exemplificant, hoc habere etiam locũ quando vnus ex litigantibus esser mulier, puer, & similes personæ non armigeræ, sed quietæ, & pacificæ, in quibus non potest cadere suspicio deueniendi ad arma, vt ibi per eos.

11 Secundò decretum prædictum est nullum, & etiam iniustum, vti emanatũ ex abrupto ad instantiam partis, & non constito de aliquo timore armorum, seù scandali, neque de aliquo metu, vt ex actis est videre, cum in hoc Iudici non credatur *Ang. in d. cons. 107. in fin. Adden. ad Papien. in forma sequestri in verbo Rixa, Benint. d. decis. 73. num. 4. Menoch. de adipis. possess. remed. 6. num. 18. Scacc. d. limit. 6. memb. 2. num. 28. & 30. Posti. d. obseru. 75. num. 14. & 61. addo Pract. Ridolph. d. cap. 12. num. 312. & 327.*

12 Iudex enim, si non adest timor armorum, & scandali, non debet se de facto intromittere, neque ad auocationẽ possessionis deuenire, neque cum clausula præseruatiua *Menoch. d. remed. 6. num. 12. & seq. Benint. d. decis. 73. nu. 9. Scacc. d. limit. 6. mem. 2. n. 16. & 26. Posti. d. obseru. 75. num. 3.* sed, si nihil ei probatum est, nihil mandare potest *Benint. d. decis. 73. num. 7. in fin. Hercul. de cautio. de non offens. cap. 2. nu. 16. Silua. cons. 27. num. 1. Posti. vbi supra num. 5.*

13 Ita vt, vti nulliter, & de facto factum, de facto sit etiam reuocandum *Hercul. d. cap. 2. nu. 22. Benint. d. decis. 73. num. 4. Scacc. d. limit. 6. memb. 2. num. 7. & num. 28. & seq. Posti. d. obseru. 75. num. 14. Gail. d. obseru. 5. num. 7.* & generaliter scripsit *Barbo. axiom. 93. nu. 35.*

14 Tertiò, quia cum per plures testes examinatos pro parte Communitatis clarè appareat de antiquissima possessione eiusdem Communitatis prati, de quo agitur, non erat locus auocationi possessionis, sed Communitati erat dandum mandatum de manutenendo, inhibendo parti aduersæ, ne illam molestaret lite pendente ante cognitam quæstionem *Grat. cons. 10. num. 11. Hercul. de caut. de non offen. cap. 2. nu. 14. & seq. Silua. cons. 27. nu. 9. & sequen. Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. ampl. 2. num. 1. & seq. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. membr. 2. num. 20. & num. 34.* vbi dicit, hoc procedere, etiam si aduersarius probet possidere, sed minus sufficienter, vt in casu nostro *Gratia. discep. foren. cap. 750. num. 18. par. 5. Thom. decis. March. 12. nu. 5. & seq. Gail. pract. obser. lib. 1. obseru. 5. num. 5. & seq. Costa de re integ. disti. 59. num. 2. & seq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glos. 3. par. 9. num. 4. & seq.* vbi dicit, ita pluries in illo Senatu fuisse iudicatum, latè *Posti. de manut. d. obser. 75. num. 16. & seq. Rota decis. 298. num. 8. par. 1. & decis. 35. num. 2. & decis. 293. num. 2. & decis. 654. num. 1. par. 2. rec. & apud Greg. XV. decis. 9. nu. 3. & ibi Adden. num. 17. & decis. 69. num. 8. & apud Posti. de manut. decis. 454. nu. 1. & decis. 568. num. 2. & apud Buratt. decis. 904. n. 4. & seq.*

15 Ad auocationem enim possessionis deueniri non potest, nisi quando est dubium quis possideat, & timentur scandala, & Iudici non potest statim constare, quis sit potior in possessione *Benint. d. decis. 73. num. 1. & seq. Ludo. decis. Peruf. 20. num. 6. Scacc. de appell. d. limit. 6. memb. 2. nu. 18. Thoma. decis. March. 12. n. 8.* addo *Pract. Ridolph. d. par. 2. cap. 12. n. 283. Rot. apud Greg. XV. decis. 473. num. 7. et ibi Adden. et d. decis. 293. n. 8. par. 1. rec.* quod non potest habere locum in casu nostro, in quo per quatuor testes clarissimè cõstat de possessione Communitatis.

16 Possessor enim non debet, lite pendente, a sua possessione remoueri, nec ei possessio sequestrari *l. vni. & ibi not. glos. & Doct. C. de probib. sequestr. glos. in cap. 2. in verbo sequestrari de seque. possess. & fruc. Papien. in forma sequestri in glos. sapiens num. 1. Gail. prac. obseru. lib. 1. cap. 147. num. 2. Giouagno. cons. 44. num. 1. lib. 2.* latè *Gargia. Iun. cons. 78. num. 1. & seq. lib. 1. Thoma. d. decis. 12. nu. 11. & seq. Posti. d. obseru. 75. n. 21. Rota apud Greg. XV. decis. 46. num. 7. & decis. 105. num. 20. & decis. 118. num. 1. & decis. 293. num. 2. & 8. par. 1. rec. & apud Pacif. de saluian. decis. 16. num. 10. & seq. & apud Cenci de cens. decis. 236. num. 3.*

17 Neque est prohibendus quo minus, etiam lite pẽdente, eandem possessionem continuet *Gabriel. commun. concl. de acqui. possess. concl. 6. in prin.*

prin. Hier. Gabr. conſ. 31. *num.* 38. *vol.* 2. *Monac. decis. Bonon.* 30. *n.* 16. *Thoma. d. decis.* 12. *num.* 11. *Posti. d. obseru.* 1. *num.* 40. *Rota apud Cæsar. de Grass. decis.* 31. *aliàs* 3. *de cau. posses. & propr.*

18 Etiam si esset prædo *Ceph. conſ.* 4. *num.* 11. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 8. *num.* 5. *lib.* 2. *Gargiar. Inn. d. conſ.* 78. *n.* 2. *lib.* 1. *Silua. conſ.* 27. *n.* 2. *& seq. Posti. d. obser.* 75. *n.* 23. *Pract. Ridolph. d. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 317.

19 Et licèt nullum ius habeat, & sit violentus possessor, & prima facie iniustus *Io. Ant. Nouar. in commen. ad l. defensionis facultas* 7. *num.* 3. *&* 4. *C. de iur. fisci lib.* 10. quem refert, & sequitur *Posti. d. obseru.* 1. *nu.* 38. *in fin. Gargiar. Inn. d. conſ.* 78. *nu.* 3. *Rot. apud Posti. vbi supra decis.* 74. *num.* 23.

20 Ita vt si possessor inhibeatur, inhibitio ipsa non valeat, nec operetur amissionē possessionis *Plot. de in litem iuran.* §. 3. *num.* 34. *Ladercb. conſ.* 95. *n.* 7. *Gail. pract. obseru. lib.* 1. *obseru.* 5. *nu.* 6. *Monac. decis. Bonon.* 30. *num.* 15. *& seq. Posti. d. obseru.* 1. *num.* 41.

21 Sed, illa non obstante, possessor valeat suam possessionem continuare, lite pendente, & fructus colligere *Ladercb. d. conſ.* 95. *num.* 7. *Plot. in d.* §. 3. *nu.* 34. *Grauat. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 21. *Farina. in Fragmen. crimi. par.* 2. *in verbo Inhibitio num.* 315. *Posti. d. obseru.* 1. *n.* 51. *Rota apud eum decis.* 112. *n.* 6. latè *Lancel. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 11. alios adducens.

22 Nec propterea, suam possessionem continuando, dicitur inhibitionem spernere, nec innouare, seù attentare *Bossacc. de interd. vti possid. cap.* 15. *num.* 21. *Paris. conſ.* 39. *n.* 8. *& seq. lib.* 1. *Gabr. conſ.* 52. *num.* 17. *lib.* 1. *Capic. decis.* 72. *num.* 2. latè *Farinac. in d. verbo Inhibitio num.* 324. *Plot. d.* §. 3. *num.* 34. *Gabr. comm. concl. de acqui. posses. concl.* 6. *num.* 12. *Lancell. de atten. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *per tot. et cap.* 20. *limit.* 9. *nu.* 1. *Posti. de manut. d. obseru.* 1. *nu.* 67. *et* 70. *Rot. decis.* 785. *num.* 3. *par.* 1. *diuer. et apud Posti. de manut. decis.* 85. *n.* 5. *et decis.* 159. *num.* 2. *et decis.* 222. *num.* 8. *et decis.* 259. *num.* 10. *et decis.* 395. *n.* 2. *et decis.* 462. *nu.* 1. *et decis.* 486. *num.* 2.

23 Quæ conclusio, quod possessor, lite pendēte, non valeat a sua possessione remoueri, habet locum etiam si adesset timor armorum, quia Iudex neque propter armorum timorem, seù ob scandalum vitandum debet deuenire ad desperatum sequestrationis possessionis remedium, & actualem possessorem spoliare, sed debet illum in sua possessione confirmare, inhibendo aduersario, ne interim illum turbet, vt scripserunt *Plot. de in litem iur.* §. 3. *num.* 47. *Benint. d. decis.* 73. *n.* 4. *et seq. Capic. decis.* 96. *nu.* 11. *Hercul. de caut. de non offen. cap.* 2. *num.* 16. *Lancell. de atten. par.* 2. *cap.* 4. *ampl.* 2. *nu.* 2. *et seq. Gail. pract. obseru. lib.* 1. *obser.* 5. *num.* 5. *Scacc. de apell. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *nu.* 21. *et* 22. *Fontancl. de pact. nupt. clau.* 7. *glos.* 3. *par.* 9. *num.* 8. *et seq.* benè *Posti. de manut. d. obseru.* 75. *num.* 22. *Costa de re integ. d. disti.* 59. *n.* 2. *et seq. Rota apud Greg. XV. decis.* 9. *nu.* 3. *et ibi Adden. num.* 17. *et decis.* 61. *n.* 1. *et decis.* 69. *num.* 8. *et decis.* 437. *num.* 4. *et ibi Adden. litera C. et decis.* 293. *nu.* 8. *par.* 1. *rec. et apud Posti. de manut. decis.* 421. *num.* 5.

24 Licèt enim ad effectum obuiandi scandalis
multa per leges permittantur, de quibus per
Felin. qui triginta tria specialia in hoc ponit in
cap. 2. *de præscrip. Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4.
ampl. 2. *num.* 1. *Neuiza. conſ.* 81. *num.* 19. vbi
dicit, dicta de causa posse etiam leges transgre-
25 di, † quando tamen de vnius possessione con-
stat, ob armorum timorem iuris tramites exce-
dere non licet *Achil. Personal. de adipisc. posses.*
num. 39. *Christ. Paz. de tenut. cap.* 10. *num.* 6.
& benè declarat *Posti. de manut. d. obser.* 75. *n.*
27. *et seq.* vbi dicit, quod si aliter fieret, id esset
cum iniuria possidentis, vt ibi per eum, &
num. 58.
26 Ita vt, si ad falsa narrata partis, & constito
de possessione vnius, vt in casu nostro, facta sit
auocatio possessionis, Iudex dicatur grauare
partem *Paris. conſ.* 41. *num.* 31. *lib.* 1. *Posti. de*
obser. 75. *num.* 58. *Benint. d. decis.* 73. *num.* 6.
et seq. Coutar. de momen. posses. limit. 16. *n.* 11.
27 *et* 12. *Thoma. d. decis.* 12. *n.* 7. *et seq.* † & ideò
illa, etiam vt attentata, venit reuocāda *Hercul.*
de caut. de non offen. cap. 2. *num.* 17. *Siluan. d.*
conſ. 27. *in fin. Lancell. de atten. par.* 2. *cap.* 4.
ampl. 2. *num.* 2. *Gail. d. obseru.* 5. *num.* 7. *lib.* 1.
Posti. d. obser. 75. *num.* 20. *Thoma. d. decis.* 12.
num. 17. *et* 21. *et* 22. *Gratia. discep. foren. cap.*
114. *num.* 37. *par.* 1. *Christ. Paz. de tenut. cap.*
10. *n.* 9. *Rota apud Posti. de manut. decis.* 454.
num. 1. & Communitati possidenti, quæ non
habuit se pro spoliata, est dandum mandatum
de manutenendo *Lancell. d. ampl.* 2. *num.* 4.
Scacc. de appell. quæst. 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.*
17. *et* 22. *Posti. d. obseru.* 75. *num.* 20. *in fin. et*
Rota decis. 513. *num.* 4. *par.* 1. *recen.* vbi dici-
tur, ita fuisse pluries in Rota decisum.

28 Neque obstat, si dicatur, appellationem non dari a Decreto auocationis possessionis, ne partes deueniant ad arma *Menoch. de retin. pos. remed. vlt. num.* 48. *Posti. de manut. d. obseru.* 75. *nu.* 51. *et seq.* cum illud sit merè interlocutorium, & possit quandocumque reparari, cum Iudex possit cras reuocare, & alium possessorem constituere *Saluſt. in pract. A. C. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 6. *Posti. loc. cit.* & si factum sit cum clausula præseruatiua iurium partium *Saluſt. loc. cit.*

loc.cit.Scacc.de appel.quæst. 17. limit. 6. memb.
2. num. 18. Posti. d. obseru. 75. num. 56. maxi-
mè attentis facultatibus D. Iudicis Ven. Colle-
gij procedendi Appellatione remota.
29 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod
id non habet locum, quando Decretum auoca-
tionis possessionis factum fuit contra partem
verè possidentem, vt in casu nostro, quia, cum
Iudex debeat in dicto casu partem possidentem
manutenere, auocando ab ea possessionem, di-
citur notoriè grauare partem, & ideò ab eo be-
nè appellatur Ang. d. cons. 107. & sentit idem
Menoch. d. remed. vlt. num. 51. & de adipisc.
posses. remed. 6. n. 20. Contar. de momen. posses.
limit. 16. num. 11. & 12. Lancell. de atten. par.
2. cap. 12. limit 18. num. 28. & seq. Scacc. d.
limit. 6. membr. 2. num. 20. in fin. & num. 34.
Gratia. discep. foren. cap. 850. num. 17. & seq.
par. 5. Thoma. d. decis. 12. num. 16. et seq. latè
Posti. d. obser. 75. num. 75. quibus addo Pract.
Ridolph. d. par. 2. cap. 12. num. 302. post hæc
scripta visam.
30 Secundò non habet locum, quando auocatio
possessionis facta fuit ex abrupto, non captis
informationibus super timore armorum, & par-
te non citata, quia tunc dari appellationem a
decreto prædicto emanato sub prætextu timo-
ris armorum ad vtrumque effectum, scripserunt
Ang. d. cons. 107. num. 3. Duen. reg. 44. num. 21
Maran. in pract. par. 6. act. 2. princ. num. 307.
Menoch. de adipisc. posses. remed. 6. n. 20. in fin.
cum quibus pertranseunt Posti. d. obser. 75. n. 56.
Scacc. d. limit. 6. memb. 4. num. 116. & nouis-
simè Pract. Ridolph. d. cap. 12. n. 300. & 314.
31 Postremò decretum prædictum factum ex ab-
rupto, non captis informationibus, & sinè cita-
tione partis, impugnari etiā potest tanquā nul-
lum, & dari de eius nullitate benè potest Ang.
d. cons. 107. num. 3. Contar. de momen. posses.
limit. 16. num. 10. Menoch. d. remedi 6. num.
20. in fin. Scacc. de appell. d. limit. 6. memb. 2.
num. 28. Posti. de manut. d. obseru. 75. nu. 61.
Pract. Ridolph. vbi supra num. 301.
Maximè, cum d. decretum auocationis possessio-
nis fit contra ius partis, vt probaui supra num.
32 14. & seq. & ex actis non iustificetur, † & ideò
fit notoriè iniustum Scapucc. de saluia. lib. 3.
quæst. 2. num. 2. Rot. decis. 77. per tot. par. 4.
diuer. & apud Greg. XV. decis. 1. per tot. & ibi
Adden. & decis. 164. num. 4. & decis. 330. n. 3.
33 Quæ notoria iniustitia æquiparatur nullitati
Mangil. de euict. quæst. 16. num. 14. alios recen-
sens Rota apud Seraph. decis. 1261. n. 5. & decis.
173. n. 1. in fin. par. 3. rec. et apud Burat. decis. 325.
n. 2. et decis. 458. num. 7. ita vt dicatur notoriè
nullum Adden. ad Greg. XV. d. decis. 1. num. 7.
Rot. apud Buratt. vbi supra.
34 Et ideò veniat non solùm reuocandum Gabr
cons. 49. n. 8. lib. 1. Mangil. d. quæst. 16. n. 14.
Posti. d. obseru. 75. in fin. Rot. d. decis. 77. per
tot. par. 4. diuer. & apud Posti. de manut. decis.
35 452. nu. 1. & decis. 622. num. 2. † sed ab eo
detur appellatio ad vtrumque effectum, vt post
Bald. Abb. Maran. Vestr. Lancell. Achil. Person.
Ponta. Menoch. & Contar. per eum adductos tra-
dit Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. memb. 7.
num. 79. & limit. 19. num. 4. et seq. Fenzo. ad
Stat. Vrb. cap. 92. num. 14. et seq. quem refert,
& sequitur Posti. d. obseru. 75. in fin.
36 Ratione enim notoriæ iniustitiæ, & nulli-
tatis datur appellatio, etiam in casu prohibi-
to, vt probant Scacc. d. limit. 6. memb. 7. num.
79. et seq. et limit. 19. num. 4. et seq. Fenzo. d.
cap. 92. n. 14. & seq. Posti. d. obseru. 75. in fin.
Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. limit. 25. n. 15.
Rota in Bononien. fideicommissi de Bologninis 17.
Martij. 1642. coram R. P. D. Carillo post prin. et
decis. 117. num. 1. par. 3. rec. & latè comprobat
Barbo. de claus. clausula 9. num. 20. alios addu-
cens, & Theod. Rube. in singul. Rota Rom. de
claus. clausula 171. num. 7. et seq.
37 Facultates autem D. Iudicis Ven. Collegij
non intrant, quando constat de notoria iniusti-
tia, vt in casu nostro ex supra deductis Gratia.
decis. March. 9. num. 4. & seq. & discep. foren.
cap. 41. nu. 7. & seq. & cap. 761. nu. 8. par. 1.
& cap. 263. num. 26. par. 2. Lancell. de atten.
par. 2. cap. 12. limit. 8. num. 28. latè Barbo.
d. clau. 9. num. 20. alios adducens concordan-
tes, & quando constat de grauamine partis, vt
in casu nostro Barbo. d. clau. 9. num. 14. Rota
apud Greg. XV. decis. 91. num. 10.
38 Cum d. clausula Appellatione remota intelli-
gatur solùm de appellatione friuola, non autē
de legitima, & ideò parùm, aut nihil opera-
tur, quando non est apposita præuia causæ co-
gnitione Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 8.
num. 42. & seq. Gratia. d. cap. 41. num. 18. cum
alijs relatis per Theod Rube. in singul. Rota Rom.
tom. 2. de claus. clausula 7. §. 2. & 3. & melius
clausula 171. num. 24. & per Barbo. d. clau. 9.
n. 15. Scacc. de appell. quæst. 16. limit. 1. n. 93.
Quò ad secundum, an Vniuersitas prædicta post
decretum auocationis possessionis, pendente
appellatione ad Eminentissimos DD. Prote-
ctores, continuando eius possessionem in secan-
do fænum in prato, de quo supra, dicatur atten-
tasse, sentio pro negatiua ex vulgata regula
39 qui continuat non attentat, de qua per Lancell.
de atten. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 1. & seq.
& dict. cap. 4. declarat. 4. per tot. & cap. 12.
limit. 26. per tot. Farin. in fragm. crim. par. 2.
in verbo Inhibitio num. 324. per Gargiar. Iun.
cons. 15. in prin. & cons. 78. nu. 1. & seq. lib. 1.
& per Rot. apud Greg. XV. decis. 557. in prin.
& ibi Adden. num. 6.

Quæ

40 Quæ habet locum, etiam si esset sequuta inhibitio *Gabr. cons. 50. num. 17. lib. 1.* latè *Adden. ad Greg. XV. decis. 203. num. 7. Rota in Mediolanen. attentatorum 9. Aprilis 1612. coram R. P. D. Penia.*

41 Maximè stante notoria iniustitia, & nullitate d. decreti, quæ reddunt illud inexequibile *Gabr. cons. 49. num. 8. lib. 1. Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. limit. 18. num. 35. Rota decis. 77. par. 4. diuers. per tot.* vbi aliæ decisiones referuntur, *& decis. 414. num. 7. par. 4. recen.*

Et stante appellatione a dicto decreto interposita
42 in casu appellabili, vt supra, † quæ illius effectũ suspendit *Felin. in rub. de appell. in prin. Gratia. discep. foren. cap. 121. num. 12. & seq. par. 1. & cap. 269. num. 41. par. 2. & cap. 455. num. 14. par. 3. Rot. apud Greg. XV. decis. 365. num. 3. & decis. 93. num. 3. par. 1. & decis. 140. n. 4. par. 2. recent. & in Marsicen. Iurispatronatus 4. Aprilis 1642. in fine coram* R. P. D. *Royas*,
43 & reducit appellantem in statu, in quo erat tẽpore litis contestatæ, idem *Gratia. discep. forem. cap. 40. num. 45. par. 1. Rot. coram Card. Cauallerio decis. 242. num. 2. & decis. 643. num. 6. & in Pistorien. siuè nullius Beneficij 18. Decembris 1634. §. nec dicatur &c. coram* R. P. D. *Dunozetto.*

44 Præsertim cum D. Iudex Ven. Collegii appellationi detulisse dicatur, licèt dixerit *non admisit, nisi si, & in quantum*, cum simus in casu, in quo, stante notorio grauamine, appellatio erat admittenda, vt probaui *supra num. 29. & seq. Bald. cons. 428. num. 3. lib. 1. Contar. de momen. posses. limit. 13. num. 22. & seq. Osasch. decis. Pedem. 131. nu. 2. Surd. decis. 264. nu. 18. Gratia. decis. Mareb. 204. num. 4. in addit. Post. de manuten. obseru. 106. num. 27. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 5. membr. 7. n. 100. & seq.*

45 Quo casu suspenditur effectus sententiæ, etiã si Iudex datus sit, appellatione remota, & cessaret iniustitia *Franc. in cap. pastoralis 53. n. 5. & ibi Imol. num. 6. de appell. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. num. 32. Barbo. de claus. clausula 9. n. 11.* qui alios adducunt concordantes.

Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit in Alma Vrbe per R. P. D. *Ferrettum Iudicem delegatum de anno 1642. concedendo mandatum de manutenendo Communitati Cantiani in prato controuerso, & ita fuit executum, vt dixi etiam in fine allegationis quinquagesima tertiæ. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.*

A R G V M E N T V M.

Patri delinquenti, si habeat tres filios, vel vltra, an per fiscum fieri possit bonorum confiscatio, vel potius omnia eius bona sint dictis filijs relinquenda, & quid si patrimonium sit magni valoris. Doctori attestanti de consuetudine an sit credendum quo ad omnia loca, vel tantùm quo ad Curiam, in qua versatus est. Consuetudo, & stylus vnius Curiæ an extendatur extra dictam Curiam, & an porrigat vires ad alia loca.

S V M M A R I V M.

1 *Patri delinquenti, si habeat tres filios, vel vltra, non veniunt bona confiscanda, sed omnia sunt dictis filijs relinquenda.*
Quicquid aliqui Doct. contrarium senserint ibi. num. 2.
3 *Doctores consulentes solent vt plurimum ad gratificationem respondere.*
4 *Confiscatio bonorum de iure antiquo erat indicta pro crimine homicidij.*
5 *Interpretatio passiua admittitur in qualibet materia.*
6 *Interpretatio benignior in pœnalibus est faciẽda.*
7 *Statutum imponens pœnam confiscationis bonorũ est odiosum, & strictè interpretandum.*
8 *Opinio magis æqua in practica est amplectenda.*
9 *Opinio fauorabilis est amplectenda.*
10 *Patre delinquente, si filij sint duo, vel vnus tantùm, non impediunt confiscationẽ bonorum patris in totùm, sed tantùm capiunt dimidium hæreditatis.*
11 *Legitima filiorum est triens, si filij sunt quatuor, & infra, si verò sint quinque vel, vltra, est semis.*
Est tamen dimidium hæreditatis quando agitur de confiscandis bonis patris, licèt filij sint duo, vel vnus tantùm. num. 12.
13 *Patre delinquente, si habeat tres filios, vel vltra, quod tunc non sit locus confiscationi, de consuetudine non seruari, dicit.* Clar.
Contrarium tenent Doct. quamplures, & defendit Author. *num. 14.*
15 *Doctori attestanti de consuetudine, vel non creditur,*
Vel solùm ei creditur quoad Curiam, in qua versatus fuit. num. 16.
17 *Consuetudo est quid facti, & non præsumitur.*
Sed est probanda in indiuiduo. num. 18.
19 *Doctorum opinio, quod consuetudo probetur ex attestatione Doctorum, declaratur habere locũ quo ad Curiam, in qua fuerunt versati, non autem quo ad alia loca, & num. 20.*
21 *Consuetudo vnius Curiæ non est extendenda ad alias Curias.*
22 *Consuetudo est stricti iuris, & ideò non venit extendenda.*
23 *Lex vt per non vsum abrogetur, non sufficit, quod per mille annos non sit factum, quod in lege disponitur*

ponitur, nisi de contraria obseruantia constet.

24 *Patre delinquente, si habeat tres filios, vel vltra, totum patrimonium eis applicatur, excluso Fisco, siuè magnum, siuè paruum sit patrimonium, & num. 27.*

25 *Dos vxoris confiscari non valet pro delicto viri.*

26 *Patrimonium an sit magnum, vel paruum, non est in iure diffinitum, ideò remittitur arbitrio Iudicis.*

28 *Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.*

29 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

30 *Lex id noluisse præsumitur, quod non expressit, si facilè id exprimere potuisset.*

31 *Dispositio* l. cum ratio §. si plures ff. de bon. damn. *est fauorabilis.*

32 *Fauorabilia sunt amplianda, non autem restringenda.*

33 *Legis dispositio quando est clara, non est ab ea temerè recedendum.*

34 *Argumentum A cessante ratione habet locum, quando ratio est finalis, secùs si impulsiua.*

35 *Ratio, & causa in dubio præsumitur potiùs impulsiua, quàm finalis.*

36 *Argumentum A cessante ratione habet locum, quando ratio est vnica, secùs si sint plures.*

37 *Doctores adducti per* Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24. sub num. 170. *declarantur.*

38 *Argumentum non valet a contrario sensu super dictis Doctorum.*

39 *Obseruantia Almæ Vrbis non extenditur extra dictam Vrbem.*

40 *Iudicandum in dubio est contra Fiscum.*

41 *Fiscus vocatur ad bona delinquentis ex causa odiosa.*

42 *Filij vocantur ad successionē parentum ex ratione naturali.*

43 *Existentia filiorum aliquādo fuit in causa, vt Pater a pœna mortis liberaretur.*

44 *Sergius Galba ob numerum liberorum a Populo Romano fuit a pœna ignis liberatus.*

ALLEGATIO LXXXI.



Xcellentissime Domine. In causa D. Camilli condemnati in pœnam vitæ, & confiscationis omnium bonorum per Excellentissimum D. Prætorem Ciuitatis Eugubii occasione homicidii sequuti in personā Domini N. cum dictus D. Camillus reperiretur habere tēpore commissi delicti, & sequutæ condemnationis quatuor filios, intrepidè sentio, nullam ei faciendam esse bonorum confiscationem per Fiscum R.Cam. Apost. sed omnia eius bona fore, ac esse reseruanda eius filiis ex benignitate D. Adriani Imperat. de qua in *l. cum ratio,* quæ est *lex fin. §. si plures ff. de bon. damn.* vbi dispo-
1 nitur, † quod si damnatus plures liberos habeat, omnia eius bona ipsis sint relinquenda, non autem Fisco applicanda, per quē *tex.* quod Patre delinquente, ita vt eius bona veniant Fisco applicanda, si ex eo adsint tres filij, vel vltra, eius bona non valeant confiscari, sed eius filiis omnia bona sint relinquēda, tradant magis cōmuniter Doct. & præcipuè, relictis antiquioribus, *Rola. cons. 97. n. 32. vol. 2. Bossi. in prac. crim. de publ. bono. num. 16. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 38.* vbi quamplures adducit Doct. authoritates *Thobi. Noni. cons. 95. n. 12. & cons. 97. n. 7. Carpa. ad Stat. Mediol. in Constit. Omnium nu. 716. Farin. de delic. & pœn. quæst. 24. num. 39. & seq.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit, apud eum nullam habere dubitationem, & ipsum credere, a Iudice nullo pacto esse a dicta opinione recedendum in iudicando, cum sit iuris authoritate firmata, & per Doct. magis communiter recepta, vt ibi per eum, & idem tradit *d. quæst. 24. nu. 170. Surd. decis. 167. num. 18.* latè *Thesa. decis. 104. nu. 7.* vbi, pluribus relatis Doct. authoritatibus, dicit, quod hæc opinio naturali ratione, & Imperatorijs Constitutionibus, & omnium Doct. tàm antiquorum, quàm modernorum calculis est approbata, & quod ab opinione tàm clara non est recedendum, & quod ita pluries per Senatum Pedemontanum, re maturè discussa, fuit iudicatum in causis magni ponderis, ita vt de illa in posterum non sit amplius dubitandum, vt ibi per eum, & idem tradit *decis. 198. num. 6. & seq.* respondendo contrarijs, vt ibi est videre, quos sequitur, ad eos se referendo, *Pascal. de pat. potest. par. 2. cap. 4. nu. 30.* & idem scripserunt *Fachin. contro. iur. lib. 5. cap. 98. Hond. cons. 110. nu. 8. & seq. vol. 1.* vbi ampliat, hoc procedere etiam stante Statuto, quod si condemnato supersint vnus, vel plures filii, medietas bonorū illis reseruetur, quia, si sint tres, vel plures, totum capere debent, vt ibi per eum, *Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 29. num. 4. & seq.* vbi dicit, ab hac opinione in pract. non esse recedendum, & ampliat, prædicta procedere etiam in nepotibus, ita vt, si Auus delinquat, relictis pluribus nepotibus, bona illius etiam ipsis sint integraliter reseruanda, & hanc opinionem veriorem, & de consuetudine seruatam dicit *Gratia. discep. foren. capt 135. num. 13. & seq. par. 1.* alios adducens concordantes quamplures, & illam sequuntur etiam *Guazzi. de confisc. bono. concl. 13. limit. 23. num. 15. Balth. Tomas. in suis tract. var. decad. 1. in tit. de legit. tit. 5. nu. 21 Cartar. de pæn. innoc. art. 2. nu. 179. & Vermiglio. cons. crim. 47. num. 3. & cons. 49. n. 2. & cons. 51. num. 5.* nec non *Massin.* post hæc

scripta visus *de confisc. bono. quaest.* 28. *num.* 7. et *seq.* ex quibus apparet manifestè, d. opinionē non solùm magis communem, sed imò communissimam dici verè posse, & ideò illam esse omninò sequendam in iudicando.

2 Quicquid contrarium senserint *Castr. cons.* 171 *col. fin. lib.* 1. *& Farinac. cons.* 145. *n.* 16. *lib.* 2. vbi dubitatiuè loquendo, & tacitis scriptis per eum *d. quaest.* 24. & ad gratificationem respon-
3 dendo, † vt solēt facere, vt plerimum Cosulentes, vt dicit *Rota apud Merli. de pigno. decis.* 137. *n.* 16. maximè cum ipse tunc temporis Procuratoris Fisci Apostolici munere fungeretur, dixerit credere, pluralitatem filiorum non impedire confiscationem bonorum, sed operari, quod Princeps ex gratia filijs bona paternum relaxare debeat, iuxta dispositionem dictarum legum, pro vt in illo casu relaxata fuisse, testatur: & quicquid subtilizando more suo scripserit *Ant. Fabr. vir doctissimus de error. pragm. decad.* 74. *erro.* 3. cum eorum opinio sit communiter reprobata, vt tradūt Doct. supradicti, & praecipue *Thob. Noni. d. cons.* 95. *sub num.* 13. *& Hond. d. cons.* 110. *num.* 23. vbi dicit d. opinionem non esse veram.

Ratio autem supradictae conclusionis est manifesta, quia cum per Statutum, seu Constitutionem imponentem pro delicto poenam confiscationis bonorum redeamus ad dispositionem iuris an-
4 tiqui, † quo ante dispositionem *Auth. bona damnatorum C. de bon. damn.* mandabatur, bona homicidarum confiscari, vt habetur *in l.* 1. *ff. de bon. damn.* & not. *Thob. Noni. d. cons.* 95. *num.* 12. *Farinac. d. quaest.* 24. *n.* 170. *Thesa. d. decis.* 198. *num.* 5. *Peregr. in d. tit.* 5. *num.* 34. *versic. contrariam &c. & Hond. d. cons.* 110. *num.* 12. *& seq.*

Quod quidem ius antiquum mandans, vt dixi, bona publicari hanc ex Principis indulgentia recipiebat interpretationem, vt bona delinquentis non confiscarentur, si deliquens plures haberet filios, vt expressè habetur *in d. l. cum ratio §. si plures ff. de bon. damn,* & not. omnes Doct. supradicti, & praecipuè *Hond. in d. cons.* 110. *nu.* 12. *& seq.* ita pariter Constitutio, seu Statutum mandās bona delinquentis publicari, & Fisco applicari, vti succedēs in locum d. iuris antiqui, & per quod redimus ad dictum ius antiquum, eandem debet recipere interpretationem, quam recipiebat ius antiquum disponens, quod quando pater habet tres filios, vel vltra, non sit locus confiscationi bonorum, sed omnia eius bona remanere debeant apud filios delinquentis, vt benè argumentantur *Rola. Thob. Noni. Farin. Carpa. & Peregr. in locis supra adductis,* nec non *Hond. d. cons.* 110. *num.* 12. *& seq. & Guazz. in d. limit.* 23. *num.* 15. *versic. & hodiè isto modo &c.*

5 Cum haec sit interpretatio passiua, quae in omni materia admittitur *l.* 1. *§. lex falcidia & ibi Alex. ff. ad leg. falci.* & not. *Bart. & alij Doct. communiter in l. omnes populi* 9. *ff. de iusti. & iur.* & post eos *Thobi. Noni. d. cons.* 95. *nu.* 13. *Hond. d. cons.* 110. *nu.* 14. *Rota decis.* 66. *n.* 2. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & alij Doct. supra adducti.

6 Et eò magis id est tenendum, cum simus in poenalibus, in quibus benignior est facienda interpretatio *l. interpretatione* 42. *ff. de poen. l. generaliter* 3. *in fin ff. de decurio. cap. in poenis* 44. *de reg. iur.* & tradunt *Lazar. de blasphe. quaest.* 13. *nu.* 40. *& plenè Guazzi. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 10. *& seq.*

7 Et cum d. Statutum imponens poenam confiscationis bonorum, vti contra ius, & odiosum, sit strictè interpretandum, vt docent *Thesa. d. decis.* 198. *num.* 5. *& ibi Adden. in fin. Merli. de legit. d. quaest.* 29. *num.* 5. latè *Cartar. de poen. innoc. art.* 3. *nu.* 352. *& seq. Farin. de delic. & poen. quaest.* 25. *num.* 21. *& Guazz. de confisc. bono. concl.* 12. *num.* 11.

8 Nec non etiam cum dicta opinio sit magis aequa, & sic magis amplectenda in practica, vt dicunt idem *Lazar. in d. quaest.* 13. *num.* 40. *Thesa. d. decis.* 198. *n.* 7. *Adden. ad Rot. decis.* 3. *nu.* 24. *par.* 3. *rec. Calui. de aequit. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. ita vt *Rota* in conflictu opinionum semper opinionem aequiorem soleat amplecti, vt not. *Adden. ad d. decis.* 3. *n.* 43. & tradit eadē met *Rota decis.* 193. *nu.* 47. *par.* 7. *rec. & apud Dura. decis.* 76. *n.* 12. & cum dicta opinio nos re-
9 ducat ad dispositionem iuris antiqui, † & ideò dicatur fauorabilis, & sequenda *Soc. Iun. cons.* 24. *nu.* 16. *lib.* 4. quem refert, & sequitur *Card. Manti. de tacit. lib.* 12. *tit.* 34 *num.* 8. *Fontall. de pact. nupt. clau.* 5. *glos.* 8. *par.* 8. *num.* 34. *& Merli. de legit. d. lib.* 3. *tit.* 1. *quaest.* 29. *n.* 5. vbi dicit, dictam opinionem concordare cum iure Diuino, & benè adaptari charitati Christianae, & ideò esse sequendam, vt ibi per eum.

10 Quicquid sit, quando filij essēt duo, vel vnus tantùm, quia tunc non impedirent totaliter cōfiscationem bonorum Patris, ita vt omnia bona patris delinquentis eis essent relinquenda, sed tantùm caperent dimidium haereditatis paternae, vt not. *Rola. d. cons.* 97. *num.* 30. *Peregr. de iur. fisci. d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 38. *Thesa. d. decis.* 104. *num.* 2. *Farinac. d. quaest.* 24. *nu.* 38. alios adducens sectatores *Hond. d. cons.* 110. *num.* 8. *& seq. Merli. de legit. in d. quaest.* 29. *num.* 2. & dixit *Rota decis.* 479. *n.* 2. *par.* 1. *recen.* & apud Romanos ita aliàs fuisse antiquitus seruatum in Publio Suilio apud Neronē perduellionis crimine damnato, docet *Tacit. lib.* 13. *annal.* quē refert etiam *Thesa. d. decis.* 104. *nu.* 2. quibus addo ita sentientes *Carpa. in d. cap. omnium nu.* 316. *Guazz. de confisc. bonor. concl.* 13. *limit.* 23. *num.*

num. 14. *& Balth. Tomas. in suis tract. var. decad.* 1. *de legit. tit.* 5. *num.* 21.

11 Licèt enim legitima filiorum sit triens, si filij sint quatuor, & infra, & semis, idest dimidium hæreditatis, si sint quinque, vel vltra, iuxta *text. in Auth. nouissima, & ibi not. Doct.* communiter *C. de inoff. testa.* & tradunt *Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 2. *Gabr. cons.* 94. *num.* 1. *lib.* 1. *Crass. de success. §. legitima quæst.* 7. *in prin. Surd. cons.* 514. *num.* 11. *lib.* 4. latèque declarat *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 2. 3. *&* 4. alios adducens concordantes, & dixit Rot. *apud eundem Merli. decis.* 20. *num.* 2. *decis.* 36. *nu.* 4. *decis.* 97. *num.* 1. *& decis.* 118. *num.* 1. & alibi passim.

12 Quando tamen legitima persoluitur a fisco propter delictum Patris, alius seruatur modus, de quo habetur *in. l. quando* 10. *C. de bono. damn.* vbi statuitur, quod, Patre capitaliter condemnato, si filios habeat, vel nepotes, bona illius pro medietate deferantur Cameræ, & pro alia medietate dictis filiis, quod non solùm intelligendū est, quando duo extant filii, sed etiam si vnus tantùm adsit filius, vt declarant *Rola. de cons.* 97. *num.* 30. *lib.* 2. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 38. *Thesa. d. decis.* 104. *num.* 2. *Farin. de delict. et pæn. d. quæst.* 24. *num.* 38. *Fachin. contro. iur. lib.* 5. *cap.* 95. *Merli. de legit. d. quæst.* 29. *num.* 2. *& seq. Hond. d. cons.* 110. *num.* 8. *lib.* 1. benè *Rot. decis.* 479. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* alios recensens sectatores, cum quibus pertransit *Guazz. de confisc. bon. d. concl.* 13. *limit.* 23. *num.* 14. *et Theod.* Rube. *in singul.* Rota *Romana tom.* 2. *circa Doct. approbatos a Rota vers. Clarus num.* 3.

13 Neque obstant notata *per Clar. in prac. crim. §. fin. quæst.* 78. *vers. videndum est &c.* vbi dicit, prædicta de consuetudine non seruari, & quod, Patre delinquente, licèt filij sint plures, non tamen capiunt totam hęreditatem, & omnia bona Patris, sed tantummodò capiunt legitimam, quæ est dimidium hæreditatis, quando
14 filij sunt vltra quatuor, vt ibi per eum, † quia contrarium, reprobato expressè *Clar. & Cassan.* per eum adducto, tenent *Rola. d. cons.* 97. *per tot. vol.* 2. *Farin. in d. quæst.* 24. *num.* 40. *vers. ad cuius comprobationem &c.* quāplures adducens ita sentientes, & pręcipuè *Card. Tusc. prac. concl. litera C. concl.* 727. *num.* 12. asserentem, ita seruari de consuetudine in Statu Ecclesiastico *Fachin. contro. iur. lib.* 5. *d. cap.* 95. vbi reprobata opinione *Clar.* testatur de magis communi opinione, & latè comprobat *Hond. d. cons.* 110. *n.* 17. *& seq. vol.* 1. vbi dicit, *Cassan. per Clar.* allegatum nō dicere id, ad quod per ipsum allegatur, vt ibi per eum, quos sequitur *Guazzi. d. concl.* 13. *limit.* 22. *num.* 23. *Theod.* Rube. *in singul. Rota Romana tom.* 2. *circa Doct. approbatos a Rota verbo Clarus num.* 2. *&* 3. optimè *Rota d. decis.* 479. *num.* 3. *par.* 1. *recen.*

15 Doctori enim attestanti de consuetudine, vel in nihilo creditur, vt tradunt *Gabr. com. concl. de prob. concl.* 4. *num.* 1. *versic. contrarium &c. Franc. Becci. cons.* 7. *num.* 29. *lib.* 1. *Aldoui. cons.* 35. *num.* 46. *Thoma. decis. March.* 31. *nu.* 18. *& decis.* 36. *n.* 9. & post *Deci. Gabr. Bursat. Viui. Menoch. Strac. Bertaz. &* Maceraten. per eum relatos scripsit *Giurb. cons. crim.* 64. *n.* 22. Rota *apud Card. Seraph. decis.* 1349. *num.* 5. *& apud Greg. XV. decis.* 274. *nu.* 5. *& ibi Adden. litera B.* & quamplures alias Rotæ decisiones refert *Theod. Rube. in singul.* Rota *Rom. tom.* 1. *ad decis.* Mohed. 3. *de consuet. & tom.* 2. *in verbo Doctor. num.* 1. & ita tenuit eadem *Rota in Mutinen. emphyt.* 28. Maij 1638. *coram R. P. D. Dunozetto in fin. §. demum non obstat,* vbi testatur de veriori opinione, & in *Rauennaten. hæredit.* 5. *Iunij* 1648. *coram Eminentissimo Card. Ottobono §. attestatio Parisij &c. & decis.* 574. *num.* 17. *&* 18. *par.* 4. *rec. tom.* 3.

16 Vel solùm ei creditur quo ad Curiam, in qua versatus est, non autem extra d. Curiam, & quo ad alia loca, vt tradunt *Gabr. d. concl.* 4. *nu.* 2. Rola. *cons.* 52. *n.* 27. *vol.* 4. *Addea. ad Greg. XV. d. decis.* 274. *litera B. Hond. cons.* 101. *num.* 39. vbi testatur, hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, *& d. cons.* 110. *num.* 19. *& seq. vol.* 1. vbi quamplures Doct. adducit ita sentientes, & pariter testatur de veriori, & magis communi opinione, & dicit, in dicto casu dictam Doct. attestationem nullam fidem facere, imò neque præsumptionem, vt ibi per eum, cum quibus pertranseunt *Surd. cons.* 74. *n.* 14. *vol.* 1. benè comprobans, & quamplures referens concordantes *Iaco. Beni. de priuil. Doct. priu.* 81. *num.* 3. *versic. declaratur secundò &c. Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glos.* 2. *par.* 9. *nu.* 8. *Thomat. d. decis. March.* 36. *num.* 10. *Gratia. discep. foren. cap.* 973. *n.* 73. *par.* 5. vbi testatur pariter de veriori opinione *Aldoni. d. cons.* 35. *num.* 47. vbi dicit, quod aliàs immodica esset audacia, quod aliquis Doctor assereret, vniuersi Terrarum Orbis aliquam esse consuetudinem, quasi quod ipse versatus esset in omni loco, in omni Curia, & in omni Foro, quod non est dicendum, vt ibi per eum, & idem tenuit sæpiùs *Rota*, & præcipuè *decis.* 530. *num.* 4. *& decis.* 574. *num.* 17. *&* 18. *par.* 4. *rec. tom.* 3. vbi dicitur, *Rotam* semper contrariam opinionem reiecisse, *& in dicta Mutinē. emphyteusis in fin. & in dicta Rauennaten. hæredit. in fin.* vbi aliæ quāplures recensentur eiusdem Rotę decisiones.

17 Cōsuetudo enim est quid facti, & non præsumitur *l.* 1. *C. quæ sit long. consuet.* & not. *Alex. cōs.* 67. *sub num.* 1. *lib.* 7. *Deci. cons.* 8. *sub num.* 4 *Ciriac. contro.* 67. *n.* 43. *Thoma. decis. March.* 36.

n. 12. *Rota apud Greg. XV. decis.* 162. *in prin.* & *in Portuen. Stagni* 13. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. Verospio* §. *quia mutatio* &c. alios referens
19 quamplures, sed probanda est in indiuiduo, vt post *Bald. Alex. Curt. Iun.* per eum adductos tradit *Gabr. cons.* 156. *num.* 10. *lib.* 2. *Ciriac. contro.* 13. *num.* 65. & *contro.* 23. *n.* 23. *Thoma. d. decis.* 36. *n.* 12. *Rota apud Duran. decis.* 454. *num.* 2. *et apud Burait. decis.* 373. *num.* 13. & *ibi Adden. litera A.* & *decis.* 495. *num.* 4.

Et ideò Fiscus, qui illam allegat pro fundamento suæ intentionis, ad tollendam dispositionem *d.* §. *si plures* tenetur de consuetudinem plenè probare, vt benè declarat *Hond. in d. cons.* 110. *num.* 21. *vol.* 1. & tradunt etiam *alij Doct. supra adducti.*

19 Quicquid dixerint *Ladereb. cons.* 202. *nu.* 4. & *Gratia. discep. foren. cap.* 479. *nu.* 24. *par.* 4. cum Doctoribus ab eis adductis volentes, attestationes Doct. de consuetudine illam probare præsumptiuè, ita vt transferat onus probandi contrarium in aduersarium, quia illorum opinio habet locum tantùm in casu supradicto,
20 nempè quò ad Curiam, in qua versati sunt, nõ autem quò ad alia loca, vt benè declarant *Deci. cons.* 472. *sub num.* 16. *Dilect. de art. testa. de subst. caut.* 35. *num.* 3. alios adducens, *Gabr. comm. concl. de prob. concl.* 4. *num.* 2. *Menoch. cons.* 238. *n.* 23. *Rusti. in tract. de filiis in condit. posit. lib.* 1. *cap.* 11. *par.* 2. *nu.* 74. *Hond. cons.* 110. *num.* 20. *vol.* 1. *Aldoui. in d. cons.* 35. *nu.* 47. & *Alder. Mascar. de gener. Stat. interp. concl.* 3. *num.* 58.

Cum ergò *Clar.* & *Cassan.* vel non loquantur de consuetudine vniuersali, vel eis quo ad illam non credatur, nisi quò ad Curiam, in qua versati sunt, vt supra probaui, ergò eorum dicta non no-
21 ceut, † cum consuetudo vnius Curiæ non sit extendenda ad alias Curias, maximè, quando consuetudo est contra ius commune, vt in casu nostro, vt tradunt *Bald. in l.* 2. *nu.* 7. *per illum tex. C. quæ sit long. consuet. Craue. cons.* 121. *nu.* 8. *par.* 1. *Capb. cons.* 709. *nu.* 25. & *seq. lib.* 5. *Surd. cons.* 323. *num.* 13. *lib.* 3. *Ciriac. controu.* 27. *num.* 11. & in terminis nostris *Farinac. in d. quæst.* 24. *num.* 40. *Thes. d. decis.* 198. *in fin. vers. ex quibus videmus* &c. *Hond. d. cons.* 110. *num.* 18. & *Rota decis.* 94. *num.* 5. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & *decis.* 629. *num.* 18. *d. par.* 4 *recen. tom.* 3. & *apud Merli. de pigno. decis.* 182. *num.* 21. & *seq.*

22 Consuetudo enim, cum sit strictì iuris, non venit extendenda *Felin. in cap. auditis* 15. *n.* 15. *vers. consuetudo de præscr. Vinc. de Franch. decis.* 253. *num.* 10. *par.* 2. & *decis.* 489. *n.* 8. *par.* 3. *Ciriac. contro.* 22. *num.* 23. *Thoma. decis. March.* 36. *nu.* 11. *Aldoui. cons.* 35. *n.* 45. & *cons.* 46. *num.* 89. *Rota decis.* 94. *num.* 4. & *seq. par.* 4. *recen. tom.* 2. & *decis.* 721. *num.* 28. *d. par.* 4. *tom.* 3.

Quæ habent locum, etiam si non appareret, in hac Ditione vnquam dispositionẽ *d.* §. *si plures* fuisse vsu receptam, & obseruatam, quia adhuc illius dispositio non dicitur abrogata per non
23 vsum, † quia, vt lex per non vsum abrogetur, non sufficit, quod per mille, puta, annos non sit factum, quod in lege disponitur, si de con traria obseruantia non constat, cum potuerit euenire, quod casus non acciderit, vel quod filii noluerint vti beneficio eis a lege concesso, vt benè aduertit *Hond. in d. cons.* 110. *num.* 22. & *Rota decis.* 213. *num.* 2. *par.* 1. *recen.*

Sed est necessè, vt lex dicatur abrogata per non vsum, probare, casum euenisse, & contrarium fuisse seruatum, & sic per contrariam obseruantiam esse inductam consuetudinem legi cõtrariã, vt post *Cin. Bart. Aret. Io. Andr. Butr. Abb. Felin. Ias. Bursatt.* & *Natt.* per eum adductos declarat *Hond. in d. cons.* 110. *num.* 22. *vol.* 1. & voluerunt etiam *Gabr. cons.* 78. *num.* 10. & *seq. lib.* 2. *Gail. obser.* 60. *num.* 2. & *seq. lib.* 2. *Morot. cons.* 34. *n.* 4. & *seq.* & *cons.* 89. *n.* 14. *Rota apud Greg. XV. decis.* 289. *num.* 5. plenè eadem *Rota in Eugubina reuocationis emphyt.* 7. *Iunij* 1641. *corã R. P. D. Bichio* §. *non vsus* &c. & rursus in *eadem causa* 15. *Nouembris* 1641. *coram eodem* R. P. *D. Bichio in fin.* & *in Messanen. Decanatus* 27. *Ianuarij* 1642. *coram* R. P. *D. Dunozettos.* & *hinc cessat* &c.

24 Neque vllũ potest fieri fundamentum in allegata distinctione magni, siuè parui patrimonij D. Camilli delinquentis, nempè quod si patrimonium delinquentis sit tenue, & modici valoris, sit locus dipositioni *d. l. cum ratio* §. *si plures ff. de bon. damn.* si verò illius patrimoniũ sit magnum, & satis amplum, tunc filijs delinquentis non debeat totum patrimonium relinqui, sed solùm dimidium illius, quæ distinctio fuit originaliter *Salic. in d. l. cum ratio ff. de bon. damn.* cum quo videtur petransire *Peregr. de iur. fisc. d. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 38. *vers. aliter autem* &c. quam esse canonizatam per plurium casuum decisionem refert *Guazz. de confiscat. d. limit.* 23. *num.* 27. & *seq.*

Primò, quia dicta distinctio non potest applicari facto, de quo agitur, cum, vt fuit in actis probatum, separata medietate patrimonij d. D. Camilli delinquentis pro rata in eo tangente, & spectãte ad Patruum ipsius D. Camilli, & demptis ex eo dotibus D. vxoris eiusdem delin-
25 quentis, prout de iure fieri debet, † cum dotes vxorum confiscari non valeant pro delicto virorum, vt tradunt *Soc. Iun. cons.* 55. *num.* 43. *lib.* 2. *Clar. in prac. crim.* §. *fin. quæst.* 78. & *ibi not. etiam Baiar. num.* 75. & *seq. Farin. de delic.* & *pan. quæst.* 25. *num.* 111. vbi testatur de com-

muni

muni opinione, Carpa. ad Nou. Constit. Mediol. in
cap. omnium num. 275. Peregr. de iure fisc. lib. 5.
tit. 1. n. 82. latè Guazz. de confisc. bono. concl.
13. limit. 35. num. 1. & seq. vbi dicit, hoc ha-
bere locum, etiam in crimine læsæ Maiesta-
tis, vt ibi per eum Massin. de confisc. bon. post
hæc scripta visus quæst. 28. n. 47. & dixit Rota
apud Greg. XV. decis. 14. in prin. demptis, in-
quam, d. quantitatibus, ac ære alieno, patri-
monium prædictum non ascendet ad valorem
scutorum mille monetæ Vrbinaren. circiter.
26 Quod licèt, an dici possit quod sit magnum,
vel paruum, non sit in iure diffinitum, & ideò
id remittatur arbitrio Iudicis ad not. per Soc.
Sen. in cons. 136. n. 3. & 4. vol. 1. & per Menoch.
de arbitr. Iudic. casu 72. n. 10. nec non per Gratia.
discep. foren. c. 144. n. 35. par. 1. in casu tamen,
de quo agitur, nulli dubium est, dictũ patrimo-
nium dici debere modici valoris, cum legitima
ex eo debita quatuor filiis D. Camilli nullo mo-
do sufficere valeat ad alimenta, vt manifestè
patet, in quibus terminis patrimonium delin-
quentis dici parui valoris, & sic totum esse relin-
quendum filiis condemnati, tenuit Salic. in d. l.
cum ratio, & post eum voluerunt Peregr. dict.
tit. 1. num. 38. vers. & si legitima, & Farin. in
d. quæst. 24. num. 170. vers. sublimita hanc ter-
tiam &c. & est etiam de mente Cartar. de pan.
innocen. art. 2. num. 181. meritò &c.
27 Secundò, quia contraria opinio est de iure
verior, & magis communiter recepta per Doct.
imò totum, & integrum patrimonium delin-
quentis esse filiis illius relinquẽdum si sint tres,
vel vltra, etiam si patrimonium sit pingue, &
magni valoris, vt testantur Thesa. d. decis. 104.
num. 5. vbi dicit, quod Salic. author d. distin-
ctionis nihil allegat ad illam fundandam, &
quod nulla bona ratione, aut iure illam com-
probat, & quod d. distinctio est contra tex. in d.
l. cum ratio §. si plures ff. de bon. damnat. & con-
tra cõmunem intelligentiam Doct. & quod cõ-
tra dictam distinctionem fuit pluries, re maturè
discussa, in illo Senatu decisum, vt ibi per eum
est videre, nec non Guazz. de confisc. bono. dict.
concl. 13. limit. 23. num. 25. vers. & opinio con-
tra Salic. dicens, opinionem contra Salic. esse
veram, dictamque Salic. distinctionem impro-
bat etiam Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 29.
num. 4. vbi dicit, illam magis firmari opinione
illius, quam ex eo, quod sit fundata aliqua bona
ratione, vigentibus pluribus rationibus in con-
trarium, vt ibi per eum, & hanc opinionem te-
nuerunt, maximè quando filii sunt vltra tres, &
sic quatuor, Donat. Ant. de Marin. variar. resol.
lib. 1. cap. 35. num. 5. dicens, ita fuisse decisum,
Vermiglio. cons. crim. 87. nu. 7. & Massin. post
hæc scripta visus de confisc. bono. quæst. 28. n. 8.
& seq. dicens, obseruantiam allegatã per Guaz.
in casu Piccinardi non obstare, quia in illo age-
batur de crimine læsæ Maiestatis, in quo ratio
filiorum non habetur, vt ibi per eum, & ad-
uertit etiam Vermiglio. cons. 47. num. 1. & 2.
& d. cons. 87. num. 10.
Et certè quidem cum habeamus dispositionem
legis claram in d. §. si plures generaliter, & in-
diffinitè volentem, quod quando filij sunt plu-
res, vt supra, eis totum patrimonium Patris de-
28 linquentis relinquatur, sequitur, † quod illa
generaliter, & indeffinitè veniat intelligenda,
tàm si patrimonium sit magnũ, quàm si sit pa-
ruum l. de pretio 10. ff. de public. in rem act. l. 1.
§. generaliter ff. de leg. præst. l. 1. §. quod autem
ff. de aleat l. fin. in fin. & ibi Angel. C. de dot. pro-
miss. & not. Surd. cons. 271. n. 28. vol. 2. Nouar.
quæst. foren. lib. 1. quæst. 7. sect. 1. num. 4. &
in terminis nostris ponderant Adden. ad Thesa.
29 d. decis. 198. litera D. † & vbi lex non distinguit,
nec nos distinguere debemus l. non distinguemus
37. ff. de recep. arbi. l. præses 3. ff. de offic. præsid.
l. 2. §. conuenire ff. de iudi. l. 1. §. generaliter, &
ibi glos. ff. de lega. præst. cap. solitæ 6. §. nobis
autem de maiorit. & obedi. & exornant Ias. in l.
non dubium. 5. C. de legib. & Barbos. axiom. 135.
num. 2.
Lex enim, si id voluisset, expressisset l. vni. §. sin
autem ad deficientis C. de caduc. toll. l. si seruũ 70.
§. prætor ait vers. non dixit ff. de aequi. hæred.
cap. ad audientiam 2. de decim. & tradunt Tiraq.
in l. si vnquam in verbo Libertis n. 3. C. de reuoc.
donat. & Surd. decis. 88. num. 4. & decis. 322.
30 n. 22. & cons. 245. n. 45. vol. 2. † cum lex id
voluisse præsumatur, quod facilè exprimere
potuisset, & non expressit, vt tradunt Menoch.
cons. 30. num. 8. vol. 1. & Barbo. in d. axiom.
136. num. 6. alios adducens ita sentientes.
31 Quod eò magis est dicendum, cum disposi-
tio d. §. si plures sit fauorabilis, vt habetur in
ipso tex. ibi fauorabilem apud &c. & Hond. no-
tat in d. cons. 110. num. 16. & seq. & Merli. de
legit. in d. quæst. 29. num. 5. nec non Calui. de
aequit. lib. 1. cap. 96. num. 15. & seq. liberorũ
enim numerus Reipublicè valdè fauorabilis
fuit apud Romanos, ita vt Tiberius Cæsar post
quàm Tribunitiam potestatem filio Druso con-
tulisset, Senatui significauerit, Drusum filium
vxoratum esse, & tres liberos procreasse, qui
idcircò Reipublicè benemeritus dicebatur, vt
refert Tacit. lib. 3. cap. 40. & ideò quamplura
fuere concessa priuilegia tùm a priscis, tùm a
recentioribus Rebuspublicis illis, qui numerosã
prolem habuerunt, vt habetur in l. fin. C. de his,
qui numer. lib. 10. & in l. in albo. 9. C. de decurio.
& eorum filijs lib. 10. & in l. 1. ff. solu. matrim.
& refert quàmplura Scipio Amira. ad Taciti
lib. 2. cap. 12. quem refert Caluin. d. cap. 96.
num. 17. & seq. & habetur etiam infra in fin.
Et

Et ideò illa venit amplianda, non autem restringenda *l. cum quidam 19. ff. de libe. et posth. cap. odia 15. de reg. iur. in 6.* &, tradunt *Nouar. de elect. fori. quaest. 5. n. 5. et 6. sect. 2. Barbo. axiom. 96. num. 4. et Rota decis. 296. num. 10. par. 4. rec. tom. 2.* et dixi supra *num. 9.*

33 Ex quibus sequitur, quod dispositio tàm clara *d. §. si plures* non sit per vanas subtilitates mutanda, nec ab ea temerè recedendum *glos. vlt. in l. ancilla 12. C. de furt. Surd. cons. 53. num. 6. et cons. 58. num. 3. vol. 1.* plenè *Barbo. d. axiom. 136. num. 10.* & in puncto quaestionis nostrae tradit *Thes. d. decis. 198. numer. 7.* benè *Rube. ad d. decis. 460. num. 139. par. 4. rec. tom. 2.* qui enim leges vana superstitione quaerũt obumbrare risu digni sunt, vt dicit *Rube. vbi supra num. 132.* Maximè cum re vera dicta distinctio parui, vel magni patrimonii delinquẽtis nullo alio solido niti videatur fundamento, quàm super intentione gratificandi Principi, & bursae fiscali, vt supra dixi, & comprobat *Massin. d. quaest. 28.* videndus, quod quidẽ esse cordi hisce temporibus Consiliariis, & Ministris Principum exclamat *Calui. de equit. d. cap. 96. n. 16.*

Neque vis vlla fieri potest super argumento a cessante ratione desumpto ex dicta *l. cum ratio,* quo vtitur *Farin. in d. quaest. 24. nu. 170.* quia, omisso, quod idemmet *Farin.* scripta per eum *sub d. num. 170.* expressè retractauit, dum in eadem *quaest. 24. sub num. 40. vers. ad cuius comprobationem &c. in fin. in vlt. impressione* dicit, scripta per eum *sub d. nu. 170.* per errorem fortè fuisse apposita, vt ibi est videre, non obstat, inquam, dictum argumentum a cessante ratione, quia illud habet locum, quando ratio, &
34 causa est finalis, † secùs si sit tantùm impulsiua, vt in casu nostro, vt declarat *Euerar. in sua cent. in loco A cessante ratio. n. 4. Tiraq. in tract. cessan. cau. limit. 1. num. 2. Barbo. axiom. 40. num. 5. et 6.* alios adducens quamplures *Rot. decis. 437. num. 3. et decis. 587. num. 6. par. 1. rec.*

Quod verò ratio, & causa, de qua in *d. l. cum ratio,* ne filij mendicare cogãtur, dicatur solùm impulsiua, non autem finalis, probatur ex eo, quia decisio est generalior, quàm sit ipsa ratio, vt post *Bart. Bald. Ias. et alios* per eum adductos
35 declarat *Euerar. in d. loco A cessante ratio. n. 5.* † maximè cum in dubio ratio, & causa praesumatur potiùs impulsiua, quàm finalis, vt dicit *Euerar. ibi num. 5.* nec non *Menoch. cons. 106. num. 92. vol. 1. Gratia. discep. foren. cap. 765. num. 55. par. 4. Donat. de Marin. quotid. quaest. lib. 1. cap. 87. n. 8. et 18.* plenè *Barbo. d. axiom. 40. num. 8. Rota decis. 587. num. 5. par. 1. rec.*

36 Secundò quia argumentũ A cessante ratione tũc procedit, & habet locũ, quãdo ratio, & causa finalis legis est vnica, secùs si sint plures, quia tunc, vna cessante, & altera remanente, non cesset dispositio legis, sed illa remanet firma. *§. affinitatis, et §. Socrum Inst. de nupt. l. si non lex elia 83. et ibi Bald. et Ioan. de Imol. ff. de hered. inst.* & benè declarat *Euerar. in loc. cit. num. 5. vers. secundò istud etc.* plenè *Tiraq. in tract. cessan. cau. limit. 22. num. 1. et 2.* optimè *Rota decis. 348. num. 2. in fin. par. 4. rec.* in dicta verò *l. cum ratio* plures afferuntur causae per Iurisconsultum, & rationes d. dispositionis, videlicet, ne filij ex alterius culpa puniantur, ne ex delicto Patris illi mendicare cogantur, & demùm fauor Reipublicae, cum Imperium magis hominum adiectione, quàm pecuniarum copia sit ampliandum, vt ibi est videre, ideò cessante ratione paupertatis filiorum, & alijs supradictis remanentibus, non debet cessare dispositio dictae legis per iura supradicta.

37 Neque authoritates *per Farinac.* adductae in *d. quaest. 24. num. 170.* quicquam faciunt, nam *Salic. in d. l. fin.* id expressè non firmat, ad quod per eum allegatur, et *Peregr. de iur. fisci lib. 5. tit. 1. num. 38. in fin.* aliquid certi non statuit, vt ibi est videre, imò videtur se remittere ad *Thesa. in d. decis. 104.* in qua *Thesa.* expressè contrariam sequitur sententiam, vt supra firmaui *num. 27. Hond.* verò *in d. cons. 110. num. 16. in fin.* solùm dicit, quod quando patrimonium delinquentis est parui valoris, eò magis debeat totum filijs illius applicari. cum in casu, super quo ipse consuluit, patrimonium delinquentis erat parui valoris, non autem affirmat, id non esse faciendum, quando patrimonium est ma-
38 gnum vt ibi est videre, † cum non valeat argumentum a contrario sensu super authoritate Doct. prout facit *Farin. ibi* in inductione doctrinae *Hond. & Thesa.* qui contrarium pariter latè tuetur, vt supra dixi, cum Doctores vt plurimùm impropriè loquantur, & ideò dictũ argumentũ non procedit ad tradita per *Adden. ad Greg. XV. decis. 437. litera C. in fin. & per Gratia. discep. foren. cap. 689. num. 42. par. 4.* quamplures adducens concordantes, *& per Surd. cons. 85. num. 39. vol. 1.* plenè *Barbo. in suis locis commu. loco 27. num. 20. & seq.* optimè *Rube. ad decis. 20. num. 46. par. 3. recen.* vbi subiungit, non licere a verbis Doct. arguere, sicut sit a verbis legis, sed solùm attendi, quod ipsi claris verbis dicunt, vt ibi per eum. & dixit *Rota decis. 600. n. 32. par. 5. rec. tom. 2.* ex quibus clarè patet, dictam distinctionẽ parui, vel magni patrimonij nullo iuridico niti fundamento, & illam, vti merè verbalem, nullo pacto esse attendendam.

39 Obseruantia verò Almę Vrbis, de qua testari videtur *Guazzi. in loco supra cit.* non nocet, cum illa non possit, nec debeat extendi, nec vires porrigere extra ipsam Vrbem, vt tradunt *Bald. Crau. Caph. Surd. Ciriac. Farin. Thes. Hond. &*

Rota

Rota Roman. *supra relati num.* 21. quos breuitatis gratia non repeto, & ita in puncto voluit etiã *Thesa. d. decis. 104. num. 2. in fin.* & de stylo, & obseruantia Romanæ Curiæ, quod non attendatur in causis vertentibus in partibus not. *Hõd. consf. 27. nu. 62. vol. 1. & Gratian. discep. foren. cap. 236. n. 24. par. 2. & cap. 604. n. 13. par. 4.* alios adducens quamplures ita sentientes, & cum confiscatio in casu relato per *Guazzi.* euenerit ob crimem læsæ maiestatis, in quo numerus filiorum non attenditur, vt dicit *Massin. d. quæst. 28. num. 21.*

40 Quibus eò magis locus esse debet, cum *in* dubio sit respondendum contra Fiscum ad tex. *in l. non puto 10. ff. de iur. fisc.* & tradunt *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. num. 3.* alios adducens, *Cartar. de pæn. innoc. art. 3. n. 533.* benè *Guazz. defen. 35. cap. 19. num. 1. in fin.*

41 Maximè cũ Fiscus vocetur ad bona delinquẽtis ex causa odiosa, ex Statuto, seù Cõstitutione odiosa, vt ex *Thesa. Merli. Farin. & Guazz.* probaui *supra num. 7.* & tradit *Cartar. de pæn. innoc.*
42 *art. 3. num. 484.* † filii autem vocentur ex causa, & ratione naturali *dicta l. cum ratio ff. de bon. damn.* & not. *Cartar. in d. art. 3. n. 485. Pascal. de patr. potest. par. 4 cap. 1. num. 7. & Noal. de transmis. casu 8. num. 21.* & ideò nil mirùm, si Fisco veniant præferendi, vt not. *Cartar. vbi supra.*

43 Et cum existentia filiorum sit adeò fauorabilis, vt aliquando fuerit in causa, vt ipse etiam
44 met Pater a pæna mortis liberaretur, † vt de Sergio Galba narrant Scriptores, qui cum, vti Lusitaniæ Prætor, repetiretur flammæ condemnatus, eo quod Lusitanos contra interpositam, vt æstimabatur, fidem interfecisset, luculenta siquidem oratione præmissa, liberos suos paruulos, filiumq; Sulpitij Galbæ suis manibus circumferens fletu, & cõmiseratione mouit Populum Romanum ad misericordiam, ita vt se flammæ eripuerit, de quo scribunt *Cicer. de clar. orato. cui titulus est Brutus, & Valer* Max. *lib. 8. cap. 2.* vbi dicit, *Misericordia ergò illam quæstionem non æquitas texti, quoniam quæ innocentia tribui nequierat, absolutio respectu puerorum data est,* de quo meminit etiam *Tiraq. de pæn. temp. causa 26.* alia adducẽs exempla, & *Cartar. de pæn. innoc. d. art. 3. n. 488.*

Quare &c. saluo sempet &c.

Ita fuit iudicatum Pisauri per Excellentissimum D. Biozzum de Biozzis Auditorem Eminentiss. & Reuerendissimi D. Cardinalis Vidman Vrbini Legati, & Iudicem Quæstorialem de anno 1652. per acta D. Dominici Bartoli Not. Vrbini, declarando, attento numero filiorum D. Camilli, non esse locum confiscationi, nihilque extare pro fisco. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Statutum cõpellens patrem ad soluendã legitimã pro filio delinquẽte an habeat locũ, quando pater habet tres filios, vel vltra, & an illud sit strictè, vel largè interpretandum. Ratio in lege apposita, quando ampliet, vel restringat dispositionem. Dispositio *l. cum ratio. §. si plures ff. de bon. damn.* an habeat locum, quando patrimonium patris est magni valoris, & an seruetur de consuetudine.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum compellens patrem ad soluendam legitimam pro filio delinquente non habet locum, quando pater habet tres filios, vel vltra.*
Neque habet locum, quando delinquit pater habens tres filios, vel vltra. num. 2.
3 *Ratio vbi est eadem, ibi eadem debet esse iuris dispositio.*
4 *Genus sicut comprehendit omnem speciẽ, ita ratio generalis legis continet omnem casum.*
5 Ratio *vbi est eadem, ibi dicitur esse eadem lex nõ extensiuè, sed comprehensiuè.*
6 *Ratio potius est spectanda, quàm verba.*
7 *Dispositio per rationem ampliatur, & limitatur.*
8 *Expressum dicitur, quod sub ratione comprehenditur.*
9 *Filij delictum patri nocere non debet.*
10 *Argumentum a maioritate rationis est in iure validum.*
11 *Statutum compellens patrem ad soluendam ligitimam pro filio delinquente est validum ratione publicæ vtilitatis.*
Est tamen contra ius commune, num. 12.
Et contra ius naturale. num. 13.
Et contra ius canonicum. num. 14.
Et etiam contra ius Diuinum. num. 15.
16 *Statutum compellens patrem ad soluendam legitimam pro filio delinquente, vti correctorium, pænale, & odiosum, est strictè interpretandum, & restringendum.*
17 *Interpretatio benignior est faciẽda in pænalibus.*
18 *Opinio æquior est amplectenda in practica.*
19 *Opinio fauorabilis est sequenda.*
20 *Pater, & filius sunt correlatiui.*
21 *Dispositum in vno ex correlatiuis censetur dispositum etiam in alio.*
22 *Correlatiuorum regula dicitur regula parium.*
23 *Pater, & filius iudicantur ad paria.*
24 L. cum ratio. §. si plures ff. de bon. damn. *non habet locum, quando patrimonium patris est magnum.*
Contrarium verius tenent quamplures Doctores. num. 25.

26 L. cum

26 L. cum ratio §. si plures ff. de bon. damn. *non seruatur de consuetudine.*

Contrarium, vti verius, tenent quamplures Doctores. num. 27.

28 *Iudicandum est in dubio contra Fiscum.*

29 *Confiscationi bonorum non esse locum, in dubio est iudicandum.*

30 *Opinio qualibet dubia pro euitatione pœnæ irrationabilis est amplectenda.*

31 *Sergius Galba ob numerum liberorum a pœna ignis a Populo Romano fuit liberatus.*

ALLEGATIO LXXXII.

EXcellentissime Domine. Petrus Simon q. Ioannis Mariæ de Tecchio Territorij Terræ Cantiani, cum reperiatur grauatus numero, non solùm trium, vel quatuor, sed nouem filiorum, vt plenè constat ex processu desuper fabricato vigore literarum remissorialium coram Excellentissimo D. Prætore eiusdem Terræ, non tenetur ad aliquam solutionem legitimę Fisco Reu. Cam. Apost. ob delictum homicidij cõmissi per Paulum vnum ex dictis eius filijs in personam q. Augustini
1 Marsilij de Balbano, † cum ad liberandum Patrem a dicta solutione sufficiat solùm numerus trium filiorum, vt tradunt in puncto *Farinac. de delict. & pæn. quæst. 24. num. 170.* secundùm primam impressionem, *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 29. num. 19. in addit. vers. qua tamen &c. Vermiglio. cons. crim. 47. num. 4. & cons. 49. num. 3. & cons. 51. n. 6. & cons. 343. num. 4. & Massin.* post hæc scripra visus *de confiscat. bon. quæst. 28. nu. 22.* vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem, & seruatam in Sacra Cõsulta, & non esse sentiendum cum *Farinac. cons. 206. num. 2.* vbi dicit, se recessisse a dicta opinione, dum de anno 1603. iterum imprimi fecit sua opera.

Ratio autem est manifesta, habemus enim ex *l. cum ratio*, quæ est *lex fin. §. si plures ff. de bon.*
2 *damn.* † quod patri delinquenti, si reperiatur habere tres filios, vel vltra, nulla bonorum confiscatio est facienda, sed omnia eius bona ipsis filijs veniunt applicanda, quam conclusionem omnes Doctores, maximè recentiores, amplectuntur, & præcipuè *Thes. decis. 104. n. 2. & decis. 198. num. 6. & seq. Hond. cons. 110. num. 8. & seq. vol. 1. Farinac. de delic. & pæn. quæst. 24. num. 39. & seq. & num. 170.* iuxta secundam impressionem, *Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 29. num. 2. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 735. num. 13. & seq. par. 1. Guazz. de confisc. bono. concl. 13. limit. 23. num. 15. Carer. de pæn. innocen. art. 2. num. 179.* & alii per me adducti in *allegat. praeced. in prin.*

Sed ratio *d. l. cum ratio* tàm æquitatis considerata, quàm alia, quod Imperium magis hominum adiectione, quàm pecuniarum copia ampliari debet, habet locum in vtroque casu, tàm si pater delinquat, quàm si delinquat filius, vt pater, & benè animaduertit *Merli. in d. quæst. 29. nu.*
3 *19. in addictione supra adducta,* † ergo eadem debet esse in vtroque casu iuris dispositio *l. illud 32. ff. ad leg. acqui. l. a Titio 66. ff. de furt. l. nauta 5. §. fin. ff. naut. caupo. & stab. l. illud 17. C. de Sacros. Eccle.* cum aliis relatis per *Barbo. axiom. 197. n. 3. & seq. &* per Rot. *decis. 350. nu. 6. par. 4. & decis. 91. nu. 23. par. 6. recen.*

4 Sicut enim genus continet omnem speciem, ita ratio generalis legis cõtinet omnem casum *Alex. cons. 36. nu. 12. in fin. lib. 6.* benè *Crauet. cons. 183. num. 3. Barbo. d. axiom. 197. nu. 4.* fuit originale dictum *Bald. in l. de quibus 32. & sub num. 33. ff. de legibus.*

5 Ita vt vbi est eadem ratio, dicatur esse eadem lex non extensiuè, sed compræhensiuè *l. his solis 7. versic. satis etiam cautè C. de renoc. donat. d. l. illud 17. C. de Sacros. Eccle. Surd. decis. 276. num. 9. Gratia. discep. foren. cap. 918. num. 66. par. 5. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 6. glos. 1. nu. 13. & cap. 9. glos. 8. nu. 3. Barbo. d. axiom. 197. num. 7. Ciriac. contro. 425. nu. 18. Fusar. de subst. quæst. 678. nu. 9.* Rota *decis. 84. n. 11. par. 4. rec. tom. 2.*

6 Et ratio potius, quàm verba, est spectanda *l. scire 15. §. aliud ff. de de excus. tuto. Tiraq. in l. si vnquam verbo Libertis n. 47. C. de renoc. donat. Fusar. de subst. quæst. 480. num. 40. Rota decis.*
7 *10. num. 2. & 3. par. 1. rec.* † & dispositio per rationem ampliatur, & limitatur *l. vnum ex familia 69. §. fin. ff. de lega. 2. l. si is, qui animo 27. ff. de acqui. posses. Surd. cons. 67. n. 20. & seq. vol. 1. Octau. Glori. resp. 2. num. 95. & respo. 5. num. 58. & respo. 10. num. 57. Fusar. de subst. quæst. 351. n. 24.* vbi dicit, quod ratio amplior dicto facit, vt dispositio præcedens amplietur in tempore, rebus, & personis *Hond.*
8 *cons. 34. num. 26. & seq. vol. 1.* † ita vt quod sub ratione cõpræhenditur dicatur expressum *l. quæsitum scio 13. ff. de testi. l. si postulauerit 27. §. sed & si negauerint ff. ad leg. Iul. de adult. Tiraq. in l. si vnquam in verbo Susceperit liberos n. 37. C. de renoc. donat.* Rola *cons. 27. num. 6. & seq. vol. 1.* Rota *d. decis. 10. num. 3. par. 1. recen.*

Stringitur argumentum, nam si Imperator *in d. l. cum ratio* fauet patri delinquenti, ne eius bona Fisco deferantur, stantibus tribus, vel quatuor filiis, quo casu nulla pro eo militat æquitas, sed potius viget rigor, cum publicè intersit, quod pater delinquendo puniatur in propriis bonis, & tamen, vt dixi, reseruantur bona filiis, multò magis æquum erit, ei fauere in casu, in

quo

quo non deliquit, & agitur de puniendo deli-
9 cto filii tantùm, † quod regulariter ei nocere non debet *l. sancimus* 22. *C. de pæn.* & tradunt *Morona de fide, & pace quæst.* 143. *n.* 3. *Farinac. de delic. & pæn. quæst.* 24. *num.* 2. *& seq.* benè comprobans, & latiùs scripsit *Cartar. de pæn. innoc. art.* 1. *num.* 28. *& seq.* ita vt, ipso non delinquente, sed vno ex filiis, bona non veniant confiscanda, sed ipsi patri, & cæteris filiis innocentibus sint reseruanda, vt in puncto argumentatur Merli. *de legit. d. quæst.* 29. *num.* 19. *in addit.* supra adducta.

10 Validum enim admodum est argumentum a maioritate rationis *Cæph. cons.* 358. *num.* 45. *vol.* 3. *& cons.* 500. *num.* 59. *vol.* 4. *Peregr. cons.* 103. *num.* 17. *lib.* 1. *Surd. cons.* 383. *num.* 14. *lib.* 3. *Barbo. in locis commu. loco.* 68. *in prin.* maximè in correctoriis, & odiosis, vt in casu nostro, ad declarandum dubium, non autem ad extendendam dispositionem, vt post *Ant. Mona. Angel. & Hippo.* Rimi. per eum relatos tradit *Barbo d. loc.* 68. *num.* 3.

11 Quod eò magis est dicendum, quia licèt Cōstitutio compellens patrem ad soluendam legitimam pro filio delinquente ratione publicæ vtilitatis, vt filii familias in delinquendo remissius agant, sit valida, vt tradunt *Bald. in l. lex Cornelia* 28. *num.* 3. *& ibi Ang. num.* 1. *Imol. num.* 3. *& Alex. num.* 8. *ff. de vulg. & pupill. Clar. in prac. §. fin. quæst.* 86. *vers. & hæc quidem, & vers. Valebit, Hond. d. cons.* 95. *n.* 40. *vol.* 1. latè *Cartar. de pæn. innoc. art.* 3. *nu.* 45. *& seq.* qui alios adducunt ita sentientes.

12 Nihilominus, cum dicta Constitutio vnum puniens pro delicto alterius, & patrem pro delicto filii, sit contrarius commune, quia pœnas suos debet tenere authores *l. sancimus* 22. *C. de pæn. l. crimen.* 26. *ff. eod. tit. l. fin. C. de acqui. possess. l. si quis in suo* 33. *§. legis C. de inoff. testa.* & tradunt *Imol. num.* 3. *& Alex. num.* 8. *in d. l. lex Cornelia* 28. *ff. de vulg. & pupill.* Marsil. *singul.* 362. *num.* 2. *Vulpel. cons.* 100. *in prin. Thobi. Noni. cons.* 100. *num.* 6. *Cartar. de pæn. innoc. art.* 1. *num.* 1. *& art.* 3. *num.* 345.

13 Et contra ius naturale, quo iure disponitur, quod noxa caput sequatur *§. omnis Inst. de noxal. act.* & ne alterius odio, & culpa alter prægrauetur, vt tradunt *Bald. in l. si quis in tantam* 7. *col.* 4. *C. vnde vi.* quem referendo sequitur *Marsil. in d. sing.* 362. *in prin. idem Bald. & Salic. in rub. C. res int. ali. act.* quos refert, & sequitur *Hond. d. cons.* 95. *num.* 42. *Vulpell. cons.* 100. *num.* 1. *& cons.* 121. *num.* 3. *Cartar. de pæn. innoc. d. art.* 1. *num.* 5. & ante eum scripsit *Farinac. de delic. & pæn. quæst.* 25. *num.* 21.

14 Et contra ius canonicum, quo cauetur, neminem odio alterius prægrauari *cap. non debet* 22. *de reg. iur. in* 6. *cap. Iudæi* 1. *quæst.* 4. *cap. quæsiuit* 2. *in fin. de his, quæ fiunt a maio. par. Cap. cap. si compromissarius* 37. *§. porrò. & ibi Gemin. n.* 1. *de elect. in* 6. & not. *Hond. d. cons.* 95. *num.* 44. *& Cartar. d. art.* 1. *num.* 2. alios adducens.

15 Nec non etiam est contra ius Diuinum, in quo scriptum est *Ezechiel. cap.* 18. *Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem filij, & Psal.* 83. *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, & Deuter. cap.* 24. *Non occidentur patres pro filys, nec filij pro patribus, sed quisque pro peccato suo morietur*, & tradunt *Farinac. de delic. & pæn. d. quæst.* 24. *num.* 1. *& 2. Hond. d. cons.* 95. *nu.* 43. *Cartar. de exequt. sent. cap. bann. in præfat. n.* 70. *& seq. & Mut. Carta. de pæn. innoc. art.* 1. *num.* 3. *&* 4.

16 Ideò Constitutio prædicta puniens vnum pro delicto alterius, tamquā dura, pœnalis, correctoria, rigoris plena, & continens odium irrationabile contra ius commune, naturale, canonicum, & Diuinum venit restringenda, & strictissimè interpretanda, & ad terminos iuris communis reducenda, ita vt ei sit locus minùs, quàm fieri potest, vt passim exclamant Doct. & præcipuè Rola. *cons.* 97. *num.* 17. *lib.* 2. *& cons.* 74. *nu.* 9. *& seq. lib.* 3. Menoch. *cons.* 99. *num.* 117. *lib.* 1. vbi testatur de communi opinione *Vulpell. d. cons.* 100. *num.* 1. *& per tot. & cons.* 128. *num.* 3. *& seq. Thobi. Noni. cons.* 95. *num.* 10. *& cons.* 100. *sub num.* 6. *& cons.* 102. *num.* 5. *Cæph. cons.* 577. *num.* 16. *lib.* 4. *Hond. d. cons.* 95. *num.* 40. *& seq. lib.* 1. vbi testatur de communi opinione Doct. *Farinac. de delic. & pæn. quæst.* 25. *nu.* 21. *Carpa. ad non. constit. Mediol. in cap. Omnium num.* 22. *Peregr. de iure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 22. *& seq. Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 29. *nu.* 5. *Guazzi. de confisc. bono. concl.* 12. *nu.* 11. latissimè *Cartar. de pæn. innoc. art.* 3. *numer.* 345. *cum pluribus seq.*

17 Maximè cum simus in pœnalibus, in quibus est benignior facienda interpretatio *l. de interpretatione* 42. *ff. de pæn. cap. in pænis* 44. *de reg. iur.* & tradunt *Tiraq. in l. si vnquam in verbo Reuertatur nu.* 246. *C. de reuoc. donat. Vgol. de offic. & potest. Epis. cap.* 6. *§.* 1. *nu.* 3. *Barbo. axiom.* 181. *num.* 12. *Lazar. de blasph. quæst.* 13. *n.* 40. plenè *Guazzi. ad defen. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 10. *& seq.*

18 Et cum dicta opinio sit satis æqua, & ideò magis amplectenda in practica *Lazar. d. quæst.* 13. *num.* 40. *Thesa. decis.* 198. *num.* 7. *Adden. ad Rot. decis.* 3. *num.* 43. *par.* 3. *rec. Hond. cons.* 59. *num.* 67. *lib.* 1. *Caph. cons.* 93. *nu.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 766. *n.* 17. *lib.* 3. benè Rota *decis.* 194. *num.* 46. *par.* 7. *rec.* vbi ampliat hoc procedere, licèt cōtraria sententia esset magis communis, vt ibi per eum.

Et sit etiam fauorabilis, vt habetur in *d. l. cum ratio.* ibi *fauorabilem apud &c.* & not. *Hond. conf. 110. nu. 16. & seq. lib. 1. & Merli. de legit. d.*
19 *lib. 3. tit 1. quaest. 29. n. 5.* † & ideò illam amplecti non minùs iustum, quàm tutò esse dicit tex. *in l. proximè 3. ff. de his quæ in testa. delen. & in l. ea, quæ in partes 153. §. in re dubia ff. de reg. iur. Natt. conf. 162. num. 39. Adden. ad Rot. d. decis. 3. nu. 42. & seq. Lazar. de blasph. d. quaest. 13. num. 40. Rot. decis. 419. num. 22. par. 7. recen.*

20 Addo prædictis, quod pater, & filius sunt correlatiui *Enerar. in sua Centuria in loco a correlat. num. 6. Surd. conf. 292. in fin. lib. 2.* & adeo sunt coniuncti, vt pro vna persona reputentur *Tiraq. in l. si vnquam in præfa. num. 15. C. de reuoc. dona, Pascal. de patr. potest. in proem.*
21 *in prin.* † dispositum autem in vno ex correlatiuis censetur dispositum in alio *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indi. vid. tollen. l. 1. C. de transa. l. si quis seruo 29. C. de furt. Enerar. in d. loco A correl. num. 8. Aldou. conf. 74. num. 14. Surd. conf. 34. num. 26. & conf. 150. nu. 120. vol. 1. Gratia. discep. foren. cap. 924. num. 22 par. 5. Giurb. decis. 86. n. 20. Mangil. de imput. quaest. 42. num. 8. Nouar. de elect. for. sect. 1. quaest. 47. num. 16.* pleneè *Barbo. axiom. 61. in principio.*

22 Cum regula correlatiuorum sit regula parium *l. Iulianus 14. §. si Procurator ff. de act. empt. Bertaz. in l. si qu. s maior num. 801. C. de transa. Barbo. d. axiom. 61. num. 3.* & ideò dispositio *d. l. cū ratio §. si plures ff. de bon. damn.* loquens de patre delinquente comprehendere debet etiam casum filij delinquentis, vt in puncto argumentatur *Merli. de legit. d. quaest. 29. num. 19. in d. addit. in fin.*

23 Maximè cum pater, & filius iudicentur ad paria *Bald. in Auth. licèt n. 3. C. de natur. libe. Surd. de alim. tit. 1. quaest. 19. num. 28.* cum eorum conditio sit exæquata *Bald. in d. Auth. licèt. Surd. de alim. d. tit. 1. quaest. 20. num. 4.*

24 Neque in casu nostro aduersatur doctrina *Salic. in d. l. cum ratio* volentis dispositionem *d. tex.* non habere locum, quando patrimonium delinquentis est magni valoris, sed solùm quādo est modici valoris, quem sequitur *Guazzi. de confisc. bon. concl. 13. limit. 23. num. 27. &*
25 *seq.* † quia admissa, citrà veri præiudicium, dicta opinione pro vera, quàm tamen veram non credo, vt videre est ex *Thesa. d. decis. 104. n. 5.* vbi illam omninò reiicit, & dicit contra illam in illo Senatu fuisse pluries re maturè discussa iudicatum, ex eodem *Guazz. d. limit. 23. num. 25. vers. & opinio contra Salic.* vbi dicit opinionem contra *Salic.* esse veram, ex *Merli. de legit. d. quaest. 29. num. 4.* vbi dicit dictam distinctionē *Salic.* magis firmari opinione illius, quàm ex eo, quod illa sit fulcita aliqua bona ratione vigentibus pluribus rationibus in contrarium, vt ibi per eum, quam reiicit etiā *Massin. de confisc. bon. quaest. 28. num. 10.* post hæc scripta visus, & ego illam latè confutaui *allegat. praced num. 27. & seq.*

Quia, inquam, patrimonium ipsius Petri Simonis est ita tenue, atteoto præsertim ære alieno, quo illud reperitur grauatum, cum bona dicantur deducto ære alieno *l. subsignatum 39. §. bona ff. de verb. signific. d. mulier bona 73. ff. de iur. doti. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 6. num. 19. D. Andreol. contro. 140. nu. 60.* Rota in Bononien. *fideicommissi de Rubeis 24. Martij 1642. versic. neque responsiones coram R. P. D. Peutingerio* ita vt meritò illud dici valeat nō solùm modici, sed etiam minimi valoris esse, prout ex instrumentis exhibitis per creditores illius, & ex æstimationibus bonorum factis pro parte Fisci est videre.

26 Neque pariter obstant notata per *Clar. in pract. crim. §. fin. quaest. 78. versic. credendum est,* vbi dicit prædicta de consuetudine non ser-
27 uari, † quia dictam *Clar.* assertionem expressè improbant *Farinac. de delic. & pœn. d. quaest. 24. num. 40. vers. ad. cuius comprobationē &c. Fachin. contro. iur. lib 5. cap. 95. Hond. conf. 110. num. 17. & seq. lib. 1. Guazz. d. concl. 13. limit. 23. nu. 23. Card. Tusch. pract. concl. litera C. concl. 727. num. 12. & 13.* vbi dicit ita seruari in Statu Ecclesiastico, & eum reprobat etiam *Rota decis. 479. nu. 3. par. 1. recen.* cum aliis per me adductis *in allegat. praced. nu. 13. & seq.* quæ breuitatis studio non repeto, videndis.

Et secundùm prædicta pluries seruatum fuisse in hac Legatione Vrbini me aduocante testari possum, & præcipuè de anno 1645. in causa D. Capitani Vincentij de Cantiano condemnati in pœnā vitæ, & confiscationis bonorum ex sententia Excellentissimi D. Io. Baptistæ Saginati, & de anno 1652. in causa D. Camilli de Sibugia cōdemnati pariter in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum ex sententia Excellentissimi D. Biottij de Biottijs, & iterum de anno 1654. in causa Cap. Thomæ de Cantiano condemnati in pœnam similiter vitæ, & confiscationis bonorum ob homicidium per eum commissum, ex sententia Excellentissimi D. Cæsaris Actij Forosempronien. Iudicum Quæstoriatium Legationis Status Vrbini.

28 Quibus eò magis locus esse debet, cum in dubio sit iudicandum contra Fiscum *l. non puto 10. ff. de iur. fisc.* quam exornant *Alpha. collect. 157. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. n. 3. Carta. de pœn. ionoc. art. 3. nu. 533. Guazz. defen. 35. cap. 19. nu. 1. in fin. Carena resolu. 121. n. 12.* cuius causam sub bono Principe malam esse solere

lere dixit *Cabed. decif. Lufit.* 81. *num.* 4. quod priùs dixerat *Plinius in Panegirico ad Traianum* cum Fiscus tractet de lucro, & pater de damno *Gabr. conf.* 181. *num.* 26. *vol.* 1. *Cartar. de pæn. innocen. d. art.* 3. *num.* 533.

29 Et in terminis nostris, quod in dubio iudicandum sit contra Fiscum confiscationem bonorum non esse faciendam scripserunt *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 16. *in prin.* alios adducens, *Carpa. ad Nou. Const. Mediol. in cap. Omnium n* 576. *Guazzi. de confisc. bono. concl.* 16. *nu.* 37.

30 Maximè cum agatur de pœna irrationabili, quo casu qualibet dubia opinio pro euitatione dictæ pœnæ per quemlibet bonum Iudicem amplectenda est *l. benigniùs* 17. *ff. de legi. l. si præses* 32. *l. interpretatione* 42. *ff. de pæn.* & in terminis tradunt *Corn. conf.* 97. *num.* 14. *lib.* 4. *Cartar. de pæn. innoc. d. art.* 3. *n.* 534. & ante eum *Scarlat. conf.* 113. *n.* 7. *inter conf. crim. diuer. tom.* 1. Vltremò omittendum non censui, quod si in aliquo casu conclusioni supradictæ in principio huius allegationis firmatæ ad fauorem Petri Simonis patris exclusiuæ solutionis legitimæ ob numerum filiorum locus esse debet, illa siquidem locum sibi vendicare debet in casu, de quo agitur stante copioso numero tot filiorum, quo Petrus Simon pater grauatus reperitur, vt retuli supra in principio, cum filiorum existentia maximè fauorabilis habeatur, vt probaui *in allegat. præced. num.* 31. *& numer.* 43. *& seq.* & tradit *Calui. de aequit. lib.* 1. *cap.* 96. *nu.* 17. *& seq.* ita vt aliquando fuerit in causa, vt ipsemet pater delinquens a pœna mortis libe-

31 raretur, † vt euenit in Sergio Galba Prætore, qui cum a Populo Romano flammæ damnatus esset ex eo, quod Lusitanos contra interpositam fidem interfecisset, filios eius paruulos pre manibus circumferens commiseratione ita cōmouit Populum Romanum ad misericordiam, vt eua serit condemnationem, vt scribit *Valer. Max. lib.* 8. *cap.* 1. & ex nostratibus referunt *Tiraq. de pæn temp. cau.* 26. *nu.* 2. alia referens exempla, *Cartar. de pæn. innoc. art.* 3. *num.* 487. *& seq.* & ego retuli latiùs in fine allegat. præced. Quare &c. Saluo semper &c.

Secundùm prædicta indicatum fuit in Ciuitate Pisauri per Excellentissimum D. Franciscum Badalaccum de Pergula Fisci Aduocatum, & Iudicem Quæstorialem de anno 1656. *de Mense Ianuarij per acta D. Dominici Bartoli Vrbinaten. Cancellarij causæ. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.*

A R G V M E N T V M.

Mandatum ad homicidium an præsumatur. Inimicitia quando faciat indicium ad torturam, quādo apparet de certo delinquēte, qui potuit homicidium committere ex causa propria, an possit procedi contra inimicos occisi, vel cōtra alios, maximè non concurrentibus specialibus indiciis de participatione, tractatu, vel mandato. Præsumptiones pro reo quando tollant præsumptiones Fisci. Dans operam rei illicitæ, quando teneatur de eo, quod euenit præter eius intentionem. Delinquens coactè, & per metum, an veniat puniendus, & qua pœna.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum ad delinquendum non præsumitur.*
2 *Delictum non præsumitur.*
3 *Fiscus tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
4 *Reus Fisco non probante est absoluendus.*
Etiam si nihil probet pro parte sua. num. 5.
6 *Amicitia præsumitur.*
7 *Inimicitia non præsumitur, sed est probanda.*
Et est probanda causa, & qualitas inimicitiæ. num. 8.
9 *Testis deponens in causa propria non probat.*
10 *Iniuria facta filio, & fratri censetur facta etiam patri, & fratri.*
11 *Testis inimicus non probat.*
12 *Testis de auditu non probat.*
13 *Testis vnicus non probat.*
14 *Inimicitia, vt faciat indiciū debet esse capitalis.*
Et debet esse orta ex atrocissima iniuria. n. 15.
16 *Inimicitia facit indicium, quando prouenit ex facto offensi, secùs si ex parte offendentis.*
17 *Inimicitia sola absque adminiculis non facit indicium ad torturam.*
Contrarium tenent aliqui Doct. num. 18.
19 *Inimicitia est indicium remotum.*
20 *Inimicitia sola facit indicium in delictis difficilis probationis.*
Procedit, quando delictum fuit commissum, & ignoratur a quo; secùs si constet de delinquente certo. num. 21.
22 *Delinquens quando potuit committere ex causa propria delictum, non præsumitur contra alios.*
23 *Inimicus præsumitur delictū committere ex propria inimicitia, non ex mandato alterius.*
Etiam si appareat de inimicitia cū alio. n. 24.
25 *Delinquens quando est certus non potest denunciari ad torturam contra alios de mandato, vel tractatu, siue adsit indicia particularia tractatus, vel mandati.*
Ratio affertur num. 26.
27 *Delictum non præsumitur commissum sinè causa.*
28 *Fama bona tollit suspiciones contra reum existentes.*
29 *Comparitio spontanea magnum est innocentiæ signum.*
30 *Præsumptiones pro reo tollunt præsumptiones Fisci.*

Non solùm quando sunt plures, sed etiam quando sunt pares. num. 31.

32 Dans operam rei illicitæ tenetur de eo, quod euenit etiam præter eius intentionem.

33 Testis deponens sinè ratione in criminalibus non probat.

34 Inimicitia præsumitur ex depositione facta in causa criminali.

35 Fama sola non facit inditium, etiam si esset formiter probata.

36 Fama reprobatur per testes dicentes, nihil dici audiuisse.

37 Delinquens præsumitur motus ad delinquendum magis ex causa proxima, quàm remota.

38 Effectus tribuitur causæ proximæ, non autem remotæ.

39 Voluntatem contra quæ fiunt non imputantur facienti.

40 Voluntas coacta in pœnalibus non dicitur voluntas, nisi impropriè.

41 Delinquens compulsus plectendus non est.

42 Delinquens per metum puniri pœna extraordinaria volunt Doct. ibi relati.

ALLEGATIO LXXXIII.



Excellentissime Domine. Indebitè quidē detinetur carceratus D. Vincentius Sambucus de Cantiano inquisitus de mandato ad homicidiū cōmissum mensibus elapsis in personam Federici Lucæ de eodem per Iulium Ricciattum, & socios, de quibus in processu, cum nihil in eo inueniatur, quod illius absolutionem retardare valeat.

1 Conclusio enim est magis communiter recepta per Doct. quod mandatum ad delinquendum non præsumitur, vt firmant *Bald. cons. 98. n. 7. par. 1. & cons. 383. num. 5. par. 5. Eugen. cons. 60. num. 43. lib. 1. Hond. cons. 109. num. 25. lib. 1. & cons. 96. n. 38. & 65. lib. 2. Farinac. de consul. & mand. quæst. 134. num. 68. Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 89. n. 5. Guazz. ad defens. reor. defens. 32. cap. 30. nu. 2. & seq. Giurb. cons. crim. 85. n. 6. & cons. 91. n. 17. Ciriac. contro. 106. num. 23. Vermiglio. cons. crim. 70. in prin.* qui alios recensent concordantes quam plures, *D. Andreol. contron. 149. num. 3.*

2 Ex illa generali regula, quod delictum nō præsumitur *l. meritò 51. ff. pro soci. l. prætor ait 4. §. doceref. de vi. bon. rapt. cap. estote 2. de reg. iur.* & tradunt *Mascar. de prob. concl. 496. n. 1. & seq. vol. 1. & concl. 1425. in prin. vol. 3. Farin. de pœn. temp. quæst. 85. num. 1. & seq.* latè comprobans, & quamplures adducens ita sentientes benè *Barbo. axiom. 68. n. 14. Ciriac. controu. 255. num. 25. & contro. 318. num. 8.* alios pariter referens.

3 Et ideò Fiscus, qui in mandato se fundat tenetur illud probare, vti fundamentū suæ intētionis *Caball. resol. crim. cent. 2. casu 102. num. 7. & casu 137. num. 26. Guazz. ad. defen. reorum defen. 29. cap. 1. n. 6. & seq. Giurb. cons. crim. 54. num. 26. Vermiglio. cons. crim. 6. num 14. Farinac. cons. crim. 91. num. 7. lib. 1.*

4 Quod cum non fecerit, vt apparet ex processu, inquisitus prædictus venit absoluendus *l. qui accusare 4. C. de eden. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 62. in prin. Barbo. axiom. 7. in prin. Guazzin. d. defen. 29. cap. 1 num. 6. Farinac. in fragm. crim. litera A. n. 26.* qui alios adducunt.

5 Cum reus nihil teneatur probare pro parte sua, sed ei sufficiat simpliciter delictum negare *Mascar. de prob. concl. 36. nu. 5. & seq. vol. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 93. nn. 3. vers. si sumus in secundo in fin. Gargiar. Iun. cons. 37. num. 2. vol. 2. Guazz. d. cap. 1. nu. 6. Vermiglio. cons. crim. 50. num. 5.*

Neque Fiscus aliquod potest facere fundamētum super prætensa inimicitia inter inquisitum, & Federicum occisum ex pluribus, & primò, quia de illa non constat in processu, si benè consi-

6 deretur, † cum enim amicitia præsumatur, vt post *Doct. in l. si quis testibus 13. C. de testi.* tradunt *Mascar. de prob. concl. 19. n. 2. & concl. 85. num. 3. & 4. vol. 1. Hond. cons. 107. n. 28. vol. 1. Farinac. de indit. & tortu. quæst. 49. nu. 126. Graff. de effect. amicit. num 33.* latè *Giurb. cons. crim. 20. num. 10. & cons. 51. n. 4.* alios adducens concordantes, *Decia. trac. crim. lib. 3. cap. 25. num. 30.*

Cum præsumptio amicitiæ dicatur præsumptio naturæ, quia inimicitia est contra ius naturale *l. vt vim. 3. ff. de iustit. & iur. Farinac. d. quæst. 49. num. 126. Mascar. de prob. concl. 898. n. 3. vol. 2. Hond. cons. 87. n. 46. lib. 2.* & contra ius Diuinum *Lucæ cap. 8.* ibi *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, vt in puncto not. *Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 43. in prin.*

7 Sequitur, quod inimicitia non præsumatur, sed illa debeat ab allegante ad sui fauorem probari *Menoch. d. præsump. 43. in prin. Decia. d. lib. 3. cap. 25. num. 29. Mascar. d. concl. 898. num. 1. & seq. Farinac. d. quæst. 49. num. 126. & seq. Hond. cons. 107. nu. 24. vol. 1. & cons. 87. num. 45. lib. 2. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. num. 41. Giurb. d. cons. crim. 20. num. 10. & d. cons. 51. nu. 3. Gargiar. Iun. cons. 65. nu. 10. lib. 1. Ciriac. contro. 409. num. 70. Caren. resol. 121. num. 5.*

8 Et non solùm est probanda ipsa inimicitia, sed etiam in specie causa, & qualitas inimicitiæ, ita vt testes de illa deponentes, nisi deponant de causa inimicitiæ illā non probent, vt not. *Gram. decis. 34. num. 22. Menoch. d. præsump. 43. n. 2.* latè *Farinac. d. quæst. 49. num. 127.* alios adducens

ducens Baiar. ad Clar. d. quæst. 24. num. 41. vbi
dicit, dictam probationem esse debere claram,
& manifestam Cirtac. d. controu. 409. num. 71.
Gargiar. Iun. d. cons. 65. num. 10. Vermiglio.
cons. crim. 15. num. 10.

Quod verò de dicta inimicitia non constet ex pro-
cessu apparet ex eo manifestè, quia Lucas pa-
9 ter occisi de illa deponens vti iniuriatus, † & sic
deponens in causa propria illam non probat, vt
post Bart. Felin. Aufrer. Lanfran. Crot. Gabr.
Crau. Natt. Gram. Mascar. & alios per eum re-
latos docet Farinac. de testi. quæst. 54. num. 9.
Franc. Becci. cons. 85. num. 6. & cons. 69. nu.
16. & seq. & plenissimè comprobat Giurb. cons.
crim. 37. num. 33. innumeros ferè adducens ita
10 sentientes, † cum iniuria facta filio etiam
patri facta censeatur l. 1. 2. & 3. ff. de liber.
causa. Bald. in l. parentes 5. C. de testi. Specul. in
tit. de testi. §. 1. nu. 8. & 14. Farinac. d. quæst.
54. num. 9. Giurb. d. cons. crim. 37. num. 33. in
fin. Vermiglio cons. 321. num. 7. qui faciunt
generalem conclusionem, quod iniuria facta vni
de familia censetur facta omnibus de familia, in
puncto Caball. resol. crim. cent. 2. casu 128.
num. 6.

Et ideò dicatur etiam inimicus offendentis, vt tra-
dunt Farinac. d. quæst. 54. num. 9. & post Felin.
Marsil. Gabr. Valenzuel. Bursatt. Sacc. Hond. &
alios per eum relatos declarat Giurb. d. cons. 37.
num. 33. post medium.

11 Neque dictam inimicitiam probant Fran-
ciscus Castellutius, & Thaddæus Marescalcus
vti inimici, & maleuoli inquisiti, vt benè pro-
bant testes defensiui super sexto, & octauo arti-
culo cap. repellantur 7. cap. cum oporteat 19. de
accus. l. 3. ff. de testib. Gabr. cons. 174. num. 6.
vol. 2. latè Farinac. de testi. quæst. 53. num. 1.
nu. 30. & n. 53. Giurb. d. cons. crim. 37. n. 33.
post prin. Vermiglio. cons. crim. 159. num. 7.
& cons. 290. num. 5. vbi agit de teste maleuolo,
& odioso, Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5.
nu. 3. & seq. vbi dicit hoc procedere etiam in
causa hæresis, vt ibi per eum.

12 Pro vt etiam neque vis aliqua fieri potest su-
per depositione Seuerini Pelegrini, † tum quia
deponit tantùm de auditu cap. licèt ex quadam
47. & ibi not. Hosti. Imol. Butrig. Abb. & alij
de testi. Menoch. de arbitr. casu 475. n. 4. Caph.
cons. 250. num. 17. lib. 2. Surd. cons. 94. num.
76. lib. 1. Hond. cons. 17. num. 2. lib. 1. latè
Farinac. de testi. quæst. 69. num. 2. innumeros
ferè adducens concordantes Caren. d. par. 3.
tit. 6. nu. 9. Gilhausen. in arbo. Iud. crim. cap. 6.
par. 3. de testi. num. 128.

13 Maximè cum remaneat vnicus, & non habeat
contestem, & sic intret vulgare illud dictum
vox vnius, vox nullius cap. in omni negocio 4.
cap. veniens 10. cap. licèt vniuersis 23. de testi.
quod latè exornant Farinac. de testi. quæst. 63.
num. 1. & Barbo. axiom. 70. per tot. & Genua
de script. priu. lib. 2. in tit. de apoc. man. tertij
conscrip. num. 22. & seq.

Secundò, quia admisso etiam, citrà veri præiudi-
cium, quod constet de inimicitia, licèt verè non
14 constet per iura supradicta, quia, inquam, †
inimicitia, vt faciat indiciũ debet esse capitalis
Vulpell. cons. crim. 5. nu. 2. & seq. Hond. cons.
107. num. 39. & seq. lib. 1. & cons. 87. n. 90.
in fin. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst.
89. nu. 51. & seq. Mascard. de prob. concl. 901.
n. 3. lib. 2. latè Farinac. de indit. & tort. quæst.
49. num. 101. Baiar. ad Clar. §. final. quæst. 21.
num. 119. Giurb. cons. crim. 51. n. 7. & cons. 91.
num. 20. D. Andreol. contro. 149. n. 5. Caren.
resol. 122. n. 5. Vermiglio. cons. crim. 14. n. 15.
vbi dicit, quod ad effectum vt ex inimicitia præ-
sumatur mandatum ad occidendum illa debet
esse orta ex atrocissima iniuria, de qua non ap-
paret in casu nostro.

De leni enim inimicitia leges non curant, neque
illam habent in consideratione Deci. tract. crim.
par. 1. lib. 3. cap. 25. n. 86. Hond. d. cons. 107.
num. 38. lib. 1. & d. cons. 87. num. 50. vol. 2.
Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. num. 51.
& seq. Vulpell. cons. crim. 5. nu. 2. & seq. latè
Farinac. d. quæst. 49. num. 101. Giurb. d. cons. 51.
num. 7. & seq.

15 Et non solum inimicitia debet esse capitalis,
sed debet esse orta ex atrocissima iniuria, vt ex
illa mandatum præsumatur ad homicidium, ita
vt respondeat vindictæ, vt post Ias. Fulgo. &
Roma. per eum adductos firmat Farinac. cons.
147. num. 32. quem sequitur Vermiglio. cons.
crim. 33. num. 18. & cons. 35. num. 20.

16 Tertiò non nocet dicta asserta inimicitia,
quia illa facit indicium, quando processit ex fa-
cto offensi; secùs si ex facto offendentis, vt in
casu nostro, in quo prætenditur per Fiscum,
quod Federicus occisus ęgrè tulerit, quod In-
quisitus retulerit homicidis animum, quem ha-
bebant illum occidendi ei manifestum per d.
Federicum, & sic Inquisitus prætenditur offen-
dens, quo casu cum offendens non præsumatur
habere animum iterum offendendi, sed offensus,
inimicitia non facit indicium, nisi personæ qua-
litas aliud suadeat, vt contra Caren. tenet Farin.
de indit. & tort. quæst. 49. nu. 93. & post eum
Vermiglio. cons. crim. 332. num. 3.

17 Quartò, quia inimicitia sola non est sufficiens
ad faciendum indicium ad homicidium, nisi alia
adminicula concurrant, quæ omninò cessant in
casu nostro, vt scripserunt Clar. in pract. crim.
§. fin. quæst. 21. versic. inimicitia, vbi testatur de
magis communi Doct. opinione, Thesa. decis.
Pedem. 24. nu. 7. vbi dicit, contrariam opinio-
nem a bonis Iudicibus non esse sequendã. Hond.
cons.

conf. 106. *num.* 73. & *conf.* 107. *num.* 43. *lib.* 1. & *conf.* 87. *num* 100. *lib.* 2. vbi dicit hanc opinionem esse æquiorem, magis communem, & in iudicando omninò sequendam. *Fariuac. de indic. & tort. quæst.* 49. *num.* 102. vbi pariter testatur de veriori, & magis communi Doct. opinione *Giurba conf. crim.* 13. *n.* 7. & in fortioribus terminis *conf.* 91. *nu.* 29. *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 4. *cap. vlt. n.* 21. *Ciriac. contro.* 106. *n.* 70. *Caren. de offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *nu.* 89. & 90. vbi pariter testatur de magis communi Doct. opinione, cum quibus pertransit *Farbin. contro. intr. lib.* 9. *cap.* 82. *per tot.*

18 Quicquid contrarium voluerint *Specul. Ang. Dec. Brun.* & alij relati *per Farinac. d. quæst.* 49. *num.* 89. cum quibus sentire videtur *Vermiglio. conf. crim.* 199. *num.* 8. cum contra eos adsit magis communis Doct. opinio, de qua supra.

19 Cum inimicitia sit indicium remotum *Farin. d. quæst.* 49. *num.* 102. & ideò vnicum, & de se solùm non est sufficiens ad torquendum *Farin. ibid. num.* 102. & *quæst.* 37. *num.* 45. & *seq.* alios adducens ita sentientes, *Guazzi. ad defen. reor. defen.* 30. *cap.* 4. *num.* 12. *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *nu.* 19. *Præses ab Ano in prax. reat. quæst.* 19. *num.* 21. & *seq. Caball. resol. crim. cent.* 2. *casu* 200. *num.* 13.

20 Neque nocet, quod prędicta non habeant locum in delictis occultis, & difficilis probationis, ex quibus ex sola inimicitia deueniri posse ad torturam voluerunt *Clar. in d. quæst.* 21. *vers. inimicitia in fin. Farin. d. quæst.* 49. *num.* 107. & *Giurb. conf. crim.* 83. *num.* 3.

21 Quia id fortasse locum habere potest, quãdo delictum fuit commissum, & ignoratur a quo, & nullus alius de eo imputatur, secùs tamen quando constat de delinquente, vt in casu nostro, quia tunc inimicitia non facit indicium contra alium, qui sit de mandato, seù consilio, tractatu, vel participatione imputatus, vt declarant *Eugen. conf.* 76. *num.* 36. & *seq. lib.* 1. *Decia. conf.* 67. *nu.* 11. *lib.* 3. *et Hond. d. conf.* 87. *num.* 97. *vers. non obstat etc. lib.* 2. & non dissentit *Guazzi. ad defen. reo. defens.* 4. *cap. vlt. num.* 21. *vers. ac etiam intellige etc.*

22 Postremò non obstat prætensa inimicitia, † quia cùm ex processu appareat de certis delinquentibus, qui homicidium committere potuerunt in personam Federici occisi ex causa propria, & ex propria inimicitia cum eo contracta, tum ex eo, quia occisus retulerat dicto inquisito, quod dicti homicidæ volebant occidere ipsum inquisitum, tum quia paucis ante diebus illos persequendos curauerat per Milites Terræ Cantiani, vt deponunt omnes ferè testes Fisci, tunc non pręsumitur contra alios, aut alterius instigatione, aut mandato fecisse, vt tradunt *Eugen. conf.* 27. *num.* 32. *et seq. et conf.* 76. *num.* 36. *et seq. lib.* 1. *Hond. conf.* 87. *num.* 74. *et seq. et conf.* 93. *num.* 22. *et conf.* 96. *num.* 25. *lib.* 2. *Farina. de indit. et tort. d. quæst.* 49. *num.* 119. *Ciriac. contro.* 106. *num.* 22. *et seq. et contro.* 150. *nu.* 5. *et seq. et nu.* 55. *Giurb. conf. crim.* 91. *num.* 27. *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 4. *cap. vlt. n.* 21. *versic. ac etiam etc. D. Andreol. contro.* 149. *nu.* 6. qui alios quamplures recensent, *Vermiglio. conf. crim.* 90. *num.* 7.

23 Quando enim homicida est inimicus occisi præsumitur potiùs ratione propriæ inimicitiæ, & ex proprio odio, & interesse, quàm ex alterius mandato, seù instigatione occidisse, vt tradunt *Hond. d. conf.* 93. *nu.* 22. *et d. conf.* 96. *nu.* 65. *Peregr. conf.* 103. *nu.* 22. *vol.* 2. *Decia. conf.* 104. *num.* 33. *vol.* 3. *Grat. conf.* 52. *nu.* 49. *lib.* 2. *Mar. Anton. var. resol. lib.* 3. *resol.* 27. *num.* 10. *et seq. et Ciriac. d. contro.* 106. *nu.* 22. *et seq. et d. contro.* 150. *num.* 5. *et seq.*

24 Quæ conclusio procedit, etiam si constaret de inimicitia inter inquisitũ, & Federicum occisũ, quia cum ex processu informatiuo appareat manifestè de inimicitia existente inter Iulium, & socios homicidas, & occisum ex causis de quibus supra, sequuto postea homicidio de dicto Federico, illud præsumitur potiùs fuisse cõmissum per dictos homicidas ex causa propria, & ex proprio odio, & ex propria inimicitia, quam ad instigationem, seù de mandato alterius argumento *l. et magis* 4. *ff. de solut.* & tradunt *Gram. Eugen. Decia. Hond. Farina. Ciriac. Giurba, Guazz. D. Andreol. Peregr. Grat. Mar. Ant. et Vermiglio. in loc. supra proximè adduct.*

25 Quæ quidem adeò vera sunt, vt quando cõstat de certò delinquente, prout in casu nostro non possit deueniri ad torturam contra alios inimicos occisi, licèt contra eos adessent indicia in genere eos aggrauantes de homicidio, vt puta inimicitia, vel sola, vel cum adminiculis a longè, & non proximis, quæ tamen in casu de quo agitur omninò deficiunt, vt scripserunt *Eugen. d. conf.* 27. *num.* 33. & *conf.* 76. *num.* 36. *lib.* 1. *Farin. de inquis. quæst.* 3. *sub num.* 5. *vers non obstat &c. & de iudit. et tort quæst.* 43. *num.* 52. *et seq. et num.* 110. *et quæst.* 49. *num.* 119. *et conf.* 138. *sub n.* 25. *vol.* 2. & post eum *Ciriac. d. contro.* 106. *num.* 25. *et seq. Guazz. ad defen. reo. defen.* 4. *cap. vlt. num.* 21. *versic. ac etiam etc. Simo. de Prat. conf.* 15. *num.* 56. *et seq.* quem refert, & sequitur *D. Andreol. d. contro* 149. *num.* 5. *in fin.*

26 Ratio autem adducitur per Doct. supradictos, quia quando constat de certò delinquente, vt sit locus torturæ contra alios inimicos occisi non sufficiunt contra eosdem indicia generalia, sed requiruntur indicia particularia de participatione, tractatu, vel mandato, quia cum in dicto casu

ĉto casu Fiscus inquirat reos vti participes, vel mandantes, & non vti principales authores delicti, si vult eos torquere, necesse est, quod indicia respiciant ipsam participationem, tractatum, vel mandatum, & quod illa sint talia, ita vt verè, vel præsumptiuè apparere faciant de corpore tractatus, vel participationis, vt declarāt *Euge. d. cons. 27. nu. 32. et seq. et d. cons. 76. num. 36. & seq. Cirsac. d. contro. 106. num. 33. & 34. Simon de Prat. d. cons. 15. num. 56. & seq. D. Andreol. d. contro. 149. num. 5. in fin.* quæ quidem indicia particularia omninò deficiunt in casu, de quo agitur, vt ex processu clarè est videre.

Quibus eò magis locus esse debet statibus quampluribus præsumptionibus pro inquisito existētibus, & primò, quod nō appareat inquisitū amicitiam, aut consanguinitatem habuisse cum dicto Iulio, & Socijs homicidis, & probant etiam testes defensiui, secundò ex deficientia causæ ad delinquendum, vt deponit Per Illustr. D. Marius Benamatus testis fisci ibi *Io non credo, che Vincentio possi hauer hauuto parte in questo homicidio per non hauere hauuto causa, e per essere*
27 *huomo da bene*, † delictum autem non præsumitur committi sinè causa *Farin. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 203. Guazzin. ad defen. reo. defen. 28. cap. 1. num. 6. Vermiglio. cons. crim. 72. nu. 7. & cons. 75. num. 8.* & sinè causa graui, quæ respōdeat grauitati delicti *Guazzi. d. cap. 1. num. 7. Farina. de indit. & tort. quæst. 52. num. 145. & cons. 192. nu. 1. & seq. lib. 2. Vermiglio. cons. crim. 20. num. 20. & cons. 25. num. 3.*

28 Tertiò ex illius bona fama, ex qua tolluntur suspiciones contra reum existentes *Hond. cons. 87. nu. 176. vol. 2. Ciriac. contro. 150. nu. 50.* & ante eos *Bald. in l. 2. C. de fals. Vermiglio. cons. crim. 35. num. 29.*

29 Quartò ex spōtanea comparitione inquisiti, quæ magnum probet innocentiæ signum *Hond. d. cons. 87. num. 178. vol. 2. Giurb. cons. crim. 37. num. 9. Caren. var. resol. resol. 122. in fin. Vermiglio. cons. crim. 35. num. 23. & cons. 36. num. 2.* qui alios adducunt.

30 Præsumptiones enim, quæ sunt pro reo tollunt præsumptiones Fisci, si quæ adsunt, vt tradunt *Ias. Saci, Gram. Cran. Caph. Felic, Gabr. Bursatt. Peguer. Eugen. Rim. Iun. Turret. Aldou. Hond. Vulpell. Surd. Mascar. Farin. Macerat. Sime de Prat. Decia. Menoch. & alij*, quos referunt & sequuntur *Guazz. ad defen. reo. defen. 29. cap. 1. num. 4. & seq. & Giurba cons. crim. 51. nu. 31.*

Cum regulare sit, quod vna præsumptio tollat aliam *Gram. cons. 31. n. 10. Aldoui. cons. 24. num. 18. Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 3. & seq. Giurb. d. cons. crim. 51. num. 32.*

31 Quod procedit non solum, quando præsumptiones pro reo sunt plures, vel fortiores, quām præsūptiones Fisci, vt post *Crau. Soc. Iun. Paris. Rim. Iun.* & alios per eum relatos tradit *Guazzi. d. cap. 2. num. 7.* vt in casu nostro, sed etiam quando sunt pares *Rimi. Iun cons. 359. nu. 39. lib. 4. Guazzi. d. cap. 2. nu. 6. & cap. anteceden. num. 2. Surd. cons. 132. num. 99. vol. 1. Giurba d. cons. 51. in fin. & cons. 64. in fin.*

Neque pro parte Fisci vllum potest constitui fundamentum contra Inquisitum in eo, quod conatus est probare, nempè Inquisitum retulisse dictis homicidis, quod Federicus occisus ei dixerat, quod ipsi occidere volebant ipsum Inquisitum, ex qua relatione ipsi moti fuerunt ad oc-
32 cidendum d. Federicum, † & ideò cum Inquisitus sic referendo dederit operam rei illicitæ teneatur de eo, quod postea euenit, licèt præter eius intentionē ad not. *in l. quoniam multa 6. C. ad leg. iul. de vi pub.* & tradūt *Farina. de homic. quæst. 126. num. 61. & seq. & Vermiglio. cons. crim. 31. num. 18.* ex pluribus.

Et primò, quia hoc non fuit per Fiscum legitimè probatum, quod apertè demonstratur, quia Lucas pater, & Annibal, & Carolus fratres Federici occisi id deponentes, cum iniuria facta filio, & fratri dicatur etiam facta Patri, & fratribus, vt not. *Bald. Specul. Farin. Giurb. Vermiglio. & Caballin in loc. relat. supra n. 10.* vti iniuriati dicuntur deponere in causa propria, & ideò nullam faciunt probationem, vt post quam plures ab eis relatos tradunt *Franc. Becci. Farina. & Giurb. in loc. relat. supra num. 9.* maximè cum ex iniuria facta filio, & fratri pater, & fratres præsumantur etiam inimici, vt pariter probaui *supra num. 10.* quæ hic breuitatis gratia non repeto.

Depositio verò Vincentii Iosephi id asserentis non
33 venit attendenda ex duobus, & primò, † quia nullam sui dicti affert rationem, & sic in criminalibus nō probat *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. nu. 9. post medium*, vbi testatur de communi opinione *Clar. in pract. §. fin quæst. 53. vers. præterea dixi &c.* vbi pariter testatur de communi opinione, & latè comprobat *Farina. de testi. quæst. 70. num. 14. & num. 110.* vbi loquitur in terminis nostris *Hond. cons. 100. n. 33. vol. 1. Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 79.* etiam quod non sit interrogatus, cum simus in casu difficilis probationis, in quo videtur laborare intellectus ad illa percipiendū, vt post *Bald. & Zabar.* per eum relatos not. *Farinac. d. quæst. 70. num. 34.*

34 Secundò, quia est inimicus inquisiti, ex eo, quia inquisitus deposuit contra eum carceratū pro causa capitali, vt constat ex actis Curiæ, *cap. cum P. 10. & ibi not. omnes Canonistæ de accus. Cran. cons. 26. num. 3. Mascar. de prob. concl. 898. num. 17. lib. 2. Menoch. de arbitr.*

casu

casu 487. *num.* 5. latè *Farinac. d. indic. & tort. quæst.* 49. *n.* 76. alios adducens concordantes.

Inimicum autem testem nullam facere probationem, in confesso est apud omnes *l.* 3. *ff. de testi. l. si quis* 13. *C. eod. tit. cap. repellantur* 7 *cum cap. oporteat* 19. *de accus.* & tradunt *Gabr. Farinac. Giurb. Vermiglio. & Caren. in loc. relatis supra num.* 11.

Neque vllam potest facere vim Fiscus super fama, quod Inquisitus retulerit dictis homicidis, Federicum occisum ei dixisse, quod illi nolebant ipsum occidere, de qua deponunt Magister Lucas Vandinus, & Thadæus Matesralcus, quia, omisso, quod famæ parùm est fidendum, cum nullus reperiatur deterior testis, quàm illa, vt dicit *Farinac. de indic. & tort. quæst.* 47. *nu.* 164. alios adducens concordantes, maximè cum deficiant omnia ferè illius requisita, quæ recensentur per eundem *Farinac. d. quæst.* 47. vbi dicit, nunquam vidisse processum, in quo fama esset formiter probata.

35 Quia, inquam, fama sola non facit indicium
ad torturam, etiam si esset formiter probata, vt
docent *Felin. Ang. Marsil. Ias. Carer. Blanc. Brun.*
Cason. Gram. Diaz. Duenn. Nouel. Plot. Corrad.
Craue. Natt. Simon Villalo. Foller. Hora. Luti.
Meren. Crass. Clar. Bonaco. Noni. Bertaz. Rimi.
Bursatt. Mascar. Menoch. *Engen. Peguer. & alij,*
quos refert, & sequitur *Farin. de indic. & tortur.*
quæst. 47 *num.* 4. *& seq.* vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, & post eum *Ciriac. contro.* 150. *num.* 49. alios adducens, *& Vermiglio. cons. crimin.* 207. *num.* 12.

Secundò, quia Perillust. D. Marius Benamatus in
processu informatiuo fol. 80. & D. Io Paulus
Marescalcus fol. 33. & alij testes Fisci deponunt
ignorare, quisnam retulerit dictis homicidis
36 eorum animũ occidendi Inquisitum, † ex quorum depositionibus reprobantur dicti duo testes de fama deponentes, quia si prædicta essent publica, vt ipsi deponunt, etiam ipsi sciuissent, vel audiuissent, cum de ijs, quæ publicè fiunt, scientia præsumatur *Craue. cons.* 57. *num.* 9. *in fin. Bursatt. cons.* 216. *num.* 79. *lib.* 2. quos refert, & sequitur *Farinac. d. quæst.* 47. *n.* 170. *& cons.* 78. *num.* 36. *lib.* 1.

Secundò principaliter non potest molestari Inquisitus ex prætensa causa data ad homicidium, quia homicidæ ex duabus causis moti fuerunt ad occidendum Federicum, & prima fuit, quia ipse retulit Inquisito, quod ipsi volebant illum occidere, quod eis prætenditur per Fiscum fuisse manifestatum per Inquisitum, de quo, tamen non constat, vt supra, & sic dedisse causã homicidio: secunda verò, quia occisus paucis ante diebus ipsos persequi curauerat per Milites Terræ Cantiani, vt deponunt omnes ferè testes Fisci, sed causa persequutionis ipsorum,
vti concernens periculum vitæ eorumdem, qui
erant banniti, dicitur grauior, & magis proxima delicto, quàm alia, quæ non concernit periculum vitæ, & sic est magis a delicto remota,
37 vt patet, † meritò ex illa præsumitur, homicidas motos fuisse ad occidendum Federicum, & non ex alia proueniente a relatione Inquisiti, vt in terminis not. *Farinac. cons.* 144. *n.* 13. *lib.* 2. *Engen. cons.* 64. *n.* 27. *& seq. lib.* 1. *Vermiglio. cons. crim.* 95. *num.* 3.

38 Effectus enim semper tribuitur causæ immediatæ, & proximæ, non autem remotæ, vt post *Craue. Curt. Iun. & Rolan.* per eum adductos scribit *Farina. d. cons.* 144. *nu.* 13. & semper attenditur illa causa, quæ magis influit in causatum, & sic in delictum *Alex. in l. diuortio* 8. *§. si vir num.* 11. *ff. solu. matr. Tiraq. de retra. connen. §.* 5. *glo.* 4. *sub num.* 23. quos vnà cum aliis refert, & sequitur *Vermiglio. cons. crimin.* 440. *nu.* 5. & sic dici non potest, Inquisitum causam dedisse dicto homicidio.

Quibus eò magis locus esse debet, cum Carolus
Lucæ testis Fisci deponat, Inquisitum metu
coactum retulisse supradicta dictis homicidis,
39 & ideò intrat conclusio, † quod quæ fiunt contra voluntatem non imputantur facienti *l. cum*
4. §. nec si per vim. ff. de munic. & hono. Giurb.
cons. crim. 85. *num.* 16. cum voluntas coacta,
quo ad pœnam non dicatur voluntas *l. velle*
non creditur 4. *& ibi glos. Deci. & Cagnol. ff. de*
reg. iur. cap. Sacris 5. *& ibi Canonistæ communiter*
de his, quæ vi, met. causa &c. cum aliis relatis per
40 *Farina. de pœn. temp. quæst.* 97. *num.* 16. † vel
saltem dicatur voluntas imperfecta, vt post
Bart. Roma. *Thesa. Tusc. Menoch. Surd. Viui. &*
Sola. per eum adductos dicit *Giurb. cons. crim.*
41 85. *num.* 15. † ita vt qui compulsus delinquit,
plectendus non sit *Viui. decis.* 394. *n.* 9. *Bertaz.*
cons. crim. 266. *nu.* 4. *Thesa. quæst. foren. lib.* 3.
quæst. 46. *nu.* 4. quos refert, & sequitur *Giurb. d.*
cons. 85. *n.* 16. vbi refert, mulierem, quæ per
metum auxilium dederat marito ad cudendam
falsam monetam, fuisse liberatam, facto verbo
42 cum Prorege, † licèt generaliter delinquentẽ
per metum excusari tantùm a pœna ordinaria,
voluerit *Farinac. d. quæst.* 97. *nu.* 23. *& seq.* cum
quo pertransire videtur *Giurb. d. cons.* 85. *n.* 15.

Maximè, stante bona fama, & spontanea comparitione Inquisiti, de quibus *supra nu.* 28. *& seq.* quæ non repeto breuitatis gratia, & attenta dispositione tex. *in l. non puto* 10 *ff. de iure Fisci cum simil.*

Quare &c. saluo &c.

D. Vincentius Inquisitus fuit absolutus per Excellentissimum D. Pratorẽ Ciuitatis Eugubij de anno 1640. *per acta D. Ludouici Lisij Not. Maleficiorum d. Ciuitatis. Laus Deo &c. & Virgini Deiparæ &c.*

ARGV.

A R G V M E N T V M.

Socius itineris an sit testis idoneus super iniuria facta socio. Mulier an admittatur ad testificandum in causa criminali, & quid, si concurrant alii defectus. Testis patiens plures defectus, vti singulos non sufficientes ad eum repellendum a testificando, an omninò repellatur. Testis deponens, audiuisse aliquem acclamantem, quãdo probet. Singularitas obstatiua, quando infringat depositiones testium.

S V M M A R I V M.

1 *Actore non probante, reus est absoluendus.*
2 *Tortura sine legitimis indicijs non infertur.*
3 *Socius itineris non est testis idoneus super iniuria facta socio.*
4 *Iniuria facta socio censetur etiam facta alteri socio.*
5 *Aggredient illum, qui mecum est, me aggredi videtur.*
6 *Socio pro defensione socij itineris licet insultantem socium offendere.*
7 *Socius potest agere pro iniuria facta socio itineris.*
8 *Pax censetur rupta ex offensione facta socio itineris.*
9 *Socius itineris non est testis idoneus super iniuria facta socio, si illam ad animum reuocauit.*
10 *Testis vt repellatur a testificando, sufficit, quod adsit causa inimicitiæ, etiam sine mentis odio.*
Et sufficit, quod causa inimicitiæ sit vera, vel præsumpta. num. 11.
Et quod testis sit suspectus de odio, licèt de odio non constet. num. 12.
13 *Testis habens causam inimicitiæ repellitur a testificando, etiam si profiteatur se amicum.*
14 *Testis nullus deponere potest in causa propria.*
15 *Testis inimicus omninò repellitur a testificando.*
16 *Mulier non admittitur ad testificandum in criminalibus de iure canonico.*
17 *Mulier dicitur mendax, fallax, periura, dolosa, mutabilis, & varia.*
18 *Testis pauper non admittitur ad testificandum in causa criminali.*
Maximè, si sit vilis. num. 19.
20 *Mulier inhonestæ vitæ ad testificandum non admittitur.*
21 *Testis patiens plures defectus omninò a testificando reijcitur.*
Etiam, si defectus vti singuli non sint sufficientes ad repellendum testem. num. 22.
23 *Testibus de auditu non creditur, quorum repelluntur authores.*
24 *Testis deponens, audiuisse aliquem acclamantem non probat, nisi dicat, habere notum eius clamorem.*
25 *Testis depositio incerta, & non concludens non attenditur.*
26 *Identitas personæ, vel rei excluditur ex diuersitate qualitatum.*
27 *Interpretatio depositionis testium fit contra inducentem.*
28 *Singularitas obstatiua infringit depositiones testium, vt neque semipleně probent.*
29 *Testis deponens inuerisimilia non probat.*
30 *Bona fama rei in specie probata imminuit indicia contra eum existentia.*
31 *Comparitio spontanea magnum est innocentiæ signum.*

A LLE GATIO LXXXIIII.



Xcellentissime Domine. Bernardinus Herculis de Villa Mutenæ Territorii Ciuitatis Eugubii inquisitus de exoneratione archibusii in personã Marci Io. Baptistæ de Castro S. Benedicti Veteris de eodem Territorio Eugubij cum offensione in auricula venit absoluendus ex regula *l. qui accusare 4. C.*
1 *de eden.* † quod, actore non probante, reus est absoluendus, quam etiam in criminalibus locum habere testantur *Clar. in prac. §. fin. q. 62. in prin. Surd. cons. 328. sub num. 1. vol. 3. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 47. & Guazzin. ad defen. reor. defens. 29. cap. 1. n. 6.* qui alios adducunt.

Cum non sufficiat, aliquem imputari de crimine, sed necessarium sit, illud legitimè probare *Paris. cons. 163. num. 5. lib. 4. Lauren. decis. Anenio. 60. num. 1. Decia. cons. 48. n. 2. vol. 2. Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. num. 6.*

Quod verò pro parte Fisci prætensum delictum exonerationis archibusij non fuerit nec plenè, nec semiplenè probatum, ita vt non solùm non
2 sit locus alicui torturæ; † quæ sine legitimis indicijs non infertur *l. 1. §. 1. ff. de quæst. Clar. in pract. §. fin. quæst. 64. vers. dixi etiam &c. Farinac. de indic. & tort. quæst. 37. in prin. Guazzin. ad defen. reor. defen. 30. cap. 4. n. 3. Ciriac. contro. 150. n. 5. Caren. de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. n. 10.* qui dant concordantes, sed debeat esse locus d. regulæ *l. qui accusare 4. C. de eden.* demonstratur euidenter percurrendo dicta testium pro informatione Curiæ examinatorum, qui fuerunt Vbaldus Pasquini, Baldus Venturellus, D. Fœlix vxor N. & Valerius Marescalchus, ex quorum depositionibus nulla insurgit probatio concludens, imò neque aliquod indicium legitimum prætensi delicti.

Vbaldus enim primus testis deponi t, fuisse inn...

 societa-

3 societate Marci vulnerati, † & ideò, cum ini-
uria facta socio dicatur facta etiã ipsi socio, vt
infra dicetur, ratione interesse, & tanquam de-
ponens in causa propria, non admittitur ad te-
stificandum contra dictum Inquisitum, vt vo-
luerunt *Bart. in l. 3. §. si tutor. ff. de suspec. tuto.*
Card. Alba. in l. vt vim 3. num. 18. ff. de insti.
& iur. & ita consuluit antiquus, & excellentis-
simus Doctor *Argentinus*, qui fuit filius *Rainer.*
de Forlin. qui dicit, ita vidisse seruari in practi-
ca, quem refert, & sequitur *Cepoll. cons. 32.*
Gram. decis. 25. num. 2. Thob. Noni. cons. 101.
num. 11. Vulpell. cons. crim. 12. num. 10. &
cons. 33. n. 2. & seq. Campeg. de testi. reg. 101.
in 3. fallen. Mascar. de proba. concl. 1319. in fin.
lib. 3. maximè cum ex dicta exoneratione etiã
ipse testis lædi potuerit, in puncto *Vermiglio.*
cons. crim. 42. num. 5.
4 Ratio est, quia iniuria facta socio, vt dixi,
etiam ipsi socio facta esse censetur *Bart. in d. l. 3.*
§. si tutor. ff. de suspec. tuto. & ante eum *glo. in*
l. item apud labeonem 15. §. si quis virgines ff. de
iniur. & fam. libel. Vulpell. d. cons. crim. 12.
num. 10. & d. cons. 33. num. 2. & seq. Gram. d.
decis. 25. num. 2. Thob. Noni. d. cons. 101. n. 11.
& admittit *Farina. de var. ac diuer. quæst. quæst.*
5 *105. num. 286.* † eum aggrediens illum, qui me-
cum est, me aggredi videatur *l. quoniam multa*
6. C. ad l. iul. de vi publ. Vulpell. d. cons. crim.
12. num. 10. & d. cons. 33. num. 2. & seq. Fa-
rina. d. quæst. 105. num. 286. in fin. Crispol. in
casibus milit. casu 20. n. 18. & ideò nec mirum,
si, vti deponens in causa propria, & vti inimi-
cus ostendentis, repellatur a testificando.
6 Quæ adeò vera sunt, † vt socio pro defensione
socij itineris liceat insultantem socium offen-
dere, & iniuriam factam socio propulsare,
quasi illa sibi facta esse videatur, vt notant *Doct.*
in l. vt in vim 3. ff. de insti. & iur. Innoc. in cap.
si verò 3. num. 2. de sent. excommu. Hercul. de
caut. de non offen. quæst. 58. n. 21. & seq. Gram.
cons. 56. num. 25. & seq. Deci. cons. 469. n. 3.
& seq. Baiar. ad Clar. §. homicidium num. 83.
Vulpell. de pace quæst. 41. num. 3. latè *Farinac.*
de homicid. quæst. 125. num. 290. alios addu-
cens ita sentientes, & post eum *Guazzin. ad de-*
fens. reor. defen. 29. cap. 4. nu. 19. vers. imò
etiam &c. Alba. cons. 94. num. 3. in fin. lib. 1.
Crispol. d. casu 20. num. 18.
7 Et ex iniuria facta socio itineris posse alterum
socium agere per tex. in *l. item apud labeonem*
15. §. abduxisse, & ibi glos. ff. de iniur. et famo.
libel. scripsit *Amanel. de clar. aquis. singul. 166.*
Vrsell. concl. 40. num. 31.
8 Imò propter offensionem factam socio itine-
ris censeri fractam pacem ob rationem supra-
dictam, quod iniuria facta socio censetur facta
etiam ipsi socio, tenuit expressè *Vulpell. de pa-*
ce quæst. 41. per totum, vbi hoc dicit indubita-
tum, & post *Crot. Angel. de Perigl. et Bald. No-*
uell. in l. 4. §. cato ff. de verb. obliga. per eum
adductos tradit *Farinac. de var. ac diuers. crim.*
quæst. 107. num. 388. vbi hoc firmat pro regula,
& testatur de communi opinione, licèt postea
aliter distinguat in fin. ex *Cæph. cons. 587. lib. 4.*
Crispol. d. casu 20. num. 19.
9 Neque obstat, quod socius itineris ita demum
repellatur a testificando super iniuria facta so-
cio, si illam sibi ad animum reuocauit, aliàs se-
cùs, vt tradunt *Bald. Salic.* & alij, quos refert,
& sequitur *Farinac. de testi. quæst. 60. num. 402.*
et seq. vbi hanc dicit veriorem opinionem, cum
quibus pertransire videtur *Vulpell.* sibi contra-
rius *cons. crim. 87. in prin. & Pascal. de patr.*
potest. par. 1. cap. 10. num. 36. de qua reuoca-
tione ad animũ non constat in casu nostro, quia
supradictam opinionem non credo de iure ve-
10 ram, & moneor † quia, vt testis repellatur a te-
stificando, sufficit, quod habeat causam inimi-
citiæ, licèt sit sinè mentis odio, secundùm *Innoc.*
in cap. cum I. & A. 22. in fin. de sent. & re iudic.
quem sequuti sunt *Alex. cons. 99. num. 2. lib. 1.*
Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. sub n. 14.
Vulpell. cons. 14. num. 10. & cons. 33. num. 3.
& seq. & cons. 196. nu. 2. Rolan. cons. 24. n. 44.
lib. 1. Hond. cons. 100. num. 27. & seq. lib. 1.
Farinac. de testi. quæst. 53. num. 21. & cons. 60.
num. 13. benè *Giurb. cons. crim. 37. num. 22.*
11 † & sufficit, quod causa inimicitiæ sit vera, vel
tantùm præsumpta, vt post *Innoc. Alex. &*
Marsil. per eum adductos dicit *Rolan. d. cons. 24.*
12 *num. 44. lib. 1.* † imò, vt testis repellatur a te-
stificando, sufficit, quod sit suspectus de odio, li-
cèt odium non probetur in causa criminali, *In-*
noc. in cap. cum P. Manconella 10. in fin. de accus.
Alex. d. cons. 99. num. 2. Gram. decis. 33. nu. 7.
Rolan. d. cons. 24. nu. 44. Giurb. cons. crim. 13.
num. 7. sed socius cum ex offensione facta socio
censeatur ipsemet offensus, & iniuriatus, vt tra-
dunt *Doct.* relati *sup. nu. 4.* & ideò dicatur ha-
bere causam inimicitiæ saltem præsumptam, &
sit suspectus de odio, sequitur, dictam solam
causam inimicitiæ, & odij sufficere debere ad
repellendum testem socium absque alia illius
declaratione, vel iniuriæ ad animum reuoca-
tione, vt tradit, licèt non ita explicitè, *Vulpell.*
d. cons. crim. 33. num. 2. 3. & seq.
Confirmantur prædicta, quia, si ad repellendum
testem habentem causam odij a testificando, re-
quireretur reuocatio iniuriæ eidẽ illatæ ad ani-
mum, sequeretur, quod testis iniuriatus depo-
nens iniuriam ad animum non reuocasse, neque
odio prosequi iniuriantem, admitteretur ad te-
13 stificandum, sed consequens est falsum. † cum
testis habens causam odii repellatur a testificã-
do, etiam si profiteatur se amicum, & dicat in-
iuriam

iuriam ad animum non reuocasse, vt tradunt *Alex. d. cons. 99. num. 2. lib. 1. & cons. 127. num. 19. lib. 4. Vulpell. d. cons. crim. 33. n. 2. & seq. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. n. 14. circa medium, Rolan. d. cons. 24. num. 44.* Mascard. *de prob. cancl. 857. num. 25. lib. 2. Farinac. de testibus quæst. 53. num. 22. Giurb. dict. cons. crim. 13. num. 7. & d. cons. 37. num. 22.* ergo, & antecedens, quod sit necessaria reuocatio iniuriæ ad animum ad not. per *Euerar. in sua cent. legal. in loco A destruct. consequen. in prin. & per* Barbo. *in loc. legal. argumen. loc.* 8.

Neque obstat, quod Inquisitus, qui negauit factum, ex quo iniuria socio est illata, non possit testem, tanquam socium, cui est illata iniuria, repellere ob contrarietatem, vt voluit *Vulpell. cons. crim. 87. nu. 3. in fin.* quem sequitur *Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 10. num. 37.* quia Inquisitus, dum repellit testem deponentem de iniuria facta socio, non asserit, socium fuisse iniuriatum, quod antea negauerat, in quo caderet contrarietas, sed illum repellit ex eo, quia deponendo de iniuria facta socio, & sic sibi ipsi, ipsemet facit se offensum, & iniuriatum, & sic inimicum,
14 & de odio suspectum, † & ideò dicitur deponere in causa propria contra *l. nullus 10. ff. de testi. & l. omnibus 9.* & vtrobique not. *Doct. communiter C. eod. tit. cap. insuper 6. de testi.* cum simil. & latè firmat *Farinac. de testi. quæst. 60. num. 2.* quo casu nulla considerari potest contrarietas, aliàs sequeretur, quod Inquisitus de offensa alteri illata, si illam neget, non posset repellere testem deponentem de offensa sibi illata, & facientem se offensum, sed ei crederetur, quod nullo modò est dicendum, Rolan. *cons. 24. num. 25. lib. 1. Paris. cons. 152. nu. 41. vol. 4.* plenè *Mascar. de prob. concl. 1134. num. 1. & seq. vol. 3.* latè *Farina. de indic. & tortu. quæst. 46. num. 12. & 92.* alios adducens, & practica passim admittit.

Quod verò testis supradictus omninò repellatur a testificando, est certissimum, cum, vltra supra deducta, ipse sit inimicus Inquisiti, vt plenè fuit
15 probatum in processu defensiuo, *l. 3. & ibi not. glos. Odofre. Bald. Salic. Fulgo. & alij Doct. communiter ff. de testi. Auth. si testis productus C. de testi. l. si quis testibus 13. C. eod. tit. cap. repellantur 7. cap. cum oporteat 19. de accus. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 14. Clar. in prac. §. fin. quæst. 24. vers. itē quaro &c. Vulpell. cons. crim. 26. n. 1. & cons. 33. n. 2. & seq. Mascar. de prob. concl. 899. num. 1. lib. 2.* latè *Farinac. de testibus quæst. 53. num. 3. & seq.* vbi dicit, hanc conclusionem non habere contradictorem, & illam in theorica, & practica esse vsu receptam, *Giurb. cons. crim. 72. num. 55. Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. §. 1. n. 3.* vbi dicit, hanc conclusionem habere locum etiam in causa hæresis, vt ibi per eum.

Neque melius prætensum delictum probat D. Fœ-
16 lix secunda testis, primò quia est Mulier, † quæ regulariter repellitur a testificando in criminalibus, præsertim de iure Canonico *cap. mulierē, & ibi glos. 33. quæst. 5. cap. forus 10. & ibi glo. de verb. signif. glos. in cap. quoniam 3. & ibi Abb. Felin. Bald. Imol. Butri. & Henric. Boich. de test.* benè *Tiraq. de legib. connub. leg. 9. nu. 61.* vbi hoc dicit indubitatum, *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. nu. 13.* Rolan. *d. cons. 24. n. 13. lib. 1. Vulpell. cons. crim. 12. num. 7.* vbi hanc dicit esse receptissimam sententiam in Terris Ecclesiæ, *& cons. 68. num. 4. & cons. 95. n. 4. Clar. in prac. §. fin. quæst. 24. vers. de iure autem Canonico &c. Hond. cons. 100. num. 24. vol. 1.* latè *Farinac. de testib. quæst. 59. num. 1. & seq.* vbi testatur, hanc esse verissimam, & magis cōmunem Doct. opinionem, & in pract. seruandā in Statu Ecclesiastico, quam sequitur *Giurb. cons. crim. 43. num. 5.* alios adducens.

17 Mulierem enim mendacem, fallacem, periuram, dolosam, mutabilem, & variam omnes tàm antiqui, quàm recentiores iuris Interpretes communiter appellant, vt latè videre est per *Tiraq. de ligib. connub. leg. 9. num. 49. & seq.* per Mascar. *de prob. concl. 762. num. 3. & seq. vol. 2. per Farina. de test. d. quæst. 59. num. 4. & per Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 154. num. 51 & seq.* & scribit *Propert. lib. 2.*

Non sic incerto mutantur flumine syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto,
Quàm citò fœminea non constat fœdus in ira.

& Virgil. lib. 4. Æneid.

Varium, & mutabile semper
Fœmina, &c.

18 Maximè cū d. mulier sit etiam pauper, vt cōstat ex processu defensiuo, & ideò eò magis sit repellenda Rolan. *cons. 63. num. 34. lib. 2.* vbi testatur de communi opinione, *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. Gabr. comm. concl. de testib. concl. 18. num. 5. Vulpell. cons. crim. 26. num. 4. & cons. 99. num. 18.* vbi dicit, quod licèt pauper testis admittatur quando est probatæ vitæ, id tamen est probandum per Fiscum, vti exceptionem regulæ, vt ibi per eum, cum quo concordat *Farinac. de test. quæst. 57. nu. 16. & seq.* vbi addit, a dicta opinione non esse recedendum, & rursus *num. 82.* & quod testis pauper non admittatur ad testificandum, nisi probato de eius bona fama, dixit etiam *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. tit. 12. n. 18. vers. vel sumus in dubio &* ante eū consuluit *Crau. cons. 249. n. 11. vers. primò quoniā &c. Carē. de Offic. S. Inqui. par. 3. tit. 5. n. 68.*

19 Et non solùm sit pauper, sed etiam vilis, vt pariter deponunt testes defensiui, quo casu omninò repellitur a testificando *Rolan. cons. 63. num. 34. lib. 2.* vbi testatur de communi opinione,

nione, *Cranet. d. conf. 249. num. 12. verf. accedit etiam vtilitas, &c. Parif. conf. 54. num. 57. lib. 4. Ant. Gomez var. refol. d. cap. 12. nu. 19. Menoch. de arbitr. cafu 96. num. 6. & 7.* vbi dicit, hoc procedere etiam in cafu, in quo non requiruntur teftes omni exceptione maiores, *Farinac. de tefti. quaft. 57. nu. 69. & 70. Vermigl. conf. crim. 131. num. 2. Rot. poft 2. vol. conf. Farin. decif. 138. num. 4. & 194. num. 2.*

20 Quæ, licèt per fe fint fatis clara, eò tamen magis locum habere debent, cum dicta mulier, vltra fupradicta, vt verbis teftium vtar, *non habbia tenuto conto del fuo honore*, ad tex. *in l. palam 43. §. non folùm ff. de ritu nupt. & in l. Athletas 4. §. ait prætor ff. de his, qui not. infam.* & eft tex. expreffus in *l. 3. §. lege iulia, et ibi glof. ff. de teftib. Magon. decif. Lucen. 89. n. 4. Mafcar. de prob. concl. 1063. nu. 40. lib. 2.* latè *Farinac. de tefti. quaft. 56. num. 359. et feq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam fi mulier a dicto vitio fe retraxerit, *Caren. de Offic. S. Inquif. par. 3. tit. 5. num. 20. Vermiglio. conf. 408. num. 1.*

Cum igitur mulier prædicta tot patiatur exce-
21 ptiones, fequitur, † quod ipfa omninò a teftificando repellatur *Cran. conf. 249. num. 11. et 12. Parif. conf. 2. num. 85. lib. 4. Rolan. conf. 24. nu. 61. lib. 1. Menoch. de arbitr. cafu 96. n. 7. & cafu 99. num. 7.* vbi dicit, fufficere duos defectus *Farinac. de tefti. quaft. 57. n. 46.* alios adducens, & teftans de communi opinione, & *quaft. 62. num. 80. et num. 381.* vbi pariter teftatur de communi *Vulpell. conf. crim. 99. n. 19. Aldou. conf. 57. num. 18. Surd. conf. 131. n. 82. vol. 2. Hond. conf. 106. num. 57. vol. 1. Gratia. decif. Marcb. 240. num. 5. et feq. Cancer. var. refol. par. 1. cap. 20. num. 15.* Guazzi. *ad defen. reo. defen. 29. cap. 3. nu. 9. verf. fi verò etc.* Ciriac. *contro. 89. num. 20. D. Andreol. contro. 172. num. 9. Rota decif. 477. nu. 5. par. 5. rec. lib. 2. et decif. 199. num. 5. par. 6. rec.* cum alijs per me adductis *allegat. 2. num. 15.* vbi probaui, hoc habere locum etiam in cafu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non poteft.

22 Quæ conclufio habet locum pariter licèt exceptiones contra teftes militantes vti fingulæ non effent fufficientes ad repellendum teftem, quia fimul iunctæ illum omninò repellunt, vt tradunt *Cranet.* et Menoch. *in loc. proximè adductis*, & poft *Bart. Ancar. Nouell. Roma. Corrad. Ofafc. Bertaz.* et *alios* per eum relatos tradit *Farinac. d. quaft. 57. num. 46.* vbi teftatur de communi opinione, & poft eum *Gratia. decif. Marcb. 240. num. 8.* quod enim vna fufpicio non operatur, plures fimul iunctæ optimè operantur *l. inftrumenta 5. l. rationes 6. l. non epiftolis 13. l. non nudis 14. C. de proba. cap. illo vos 4. de pigno.* & tradunt *Cran. d. conf. 249. num. 12. Farin. d. quaft. 57. num. 46.* et *Gratia. d. decif. 240. num. 8.* et *alij Doct.* fupra adducti, & latiùs comprobaui ego *d. Alleg. 2. n. 17.* addo *Vermiglio. conf. crim. 131. num. 2.*

Baldus verò Venturellus alter teftis nihil probat ad fauorem Fifci contra d. Inquifitum, quia deponit de auditu a d. D. Fœlice, quæ cum nullam faciat probationem ob quamplures defectus, quos patitur, vt probaui fupra proximè, fequitur, quod neque probationem vllam fa-
23 ciat d. teftis, qui deponit de auditu ab ea, † cum non credatur teftibus de auditu, quorum repelluntur authores *cap. licèt ex quadam 47. de tefti. Rolan. conf. 9. num. 34. lib. 3. Capb. conf. 250. num. 27. lib. 2. Surd. conf. 135. num. 96. lib. 1. Hond. conf. 102. num. 58. lib. 1.* plenè *Farinac. de tefti. quaft. 69. num. 85.* alios adducens ita fentientes *Ciriac. contro. 150. num. 22. Carena refol. 122. num. 4.* ne maior adhibeatur fides copiæ, quàm originali, vt tradunt Rol. *Hond. & Farinac* in loc. fupra adductis, & *Calui. de æquit. lib. 1. cap. 30. num. 27.* dixi ego *alleg. 1. num. 23.*

Neque nocet, dum dictus teftis deponit, audiuiffe è Molendino d. Inquifitum dicentem *ferma là*, & fimilia verba, quia, omiffa quæftione an teftis afferens, cognouiffe aliquem ad vocem, probet necne, de qua per *Farinac. de tefti. quaft. 69. num. 164. & feq. & per Caren de Offic. S. Inquif.*
24 *par. 3. tit. 6. num. 16.* hoc verum eft, † teftem dicentem, audiuiffe aliquem acclamantem, vt in cafu noftro, non probare, licèt dicat, habere notam eius vocem, nifi dicat habere notum eius clamorem, cum vox differat a clamore, & poteft ftare, quod quis habeat notam vocem alicuius, non tamen habeat notum eius clamorem, vt tradunt Cranet. *conf. 2. num. 4. Hect. Emil. de tefti. in materia teftis de auditu fol. 306. num. 4.* quos fequitur *Farinac. de tefti. quaft. 69. n. 172.*

Poftremò Fifcus nullum poteft facere fundamentũ fuper depofitione Valerij Marefcalchi, quia ipfe deponit, non vidiffe Inquifitum exonerantẽ archibufium contra dictum Marcum, cum reperiretur intus Molendinum, & licèt deponat, vidiffe quemdam Iuuenem, dum cum archibufio inclinato aruebat in dictum Marcum, tamen, cum afferat, non cognouiffe quinam effet, & deponat, vidiffe tres Iuuenes armatos archibufijs, & nefcire quifnam ex eis illud exonerauerit contra Marcum, nulla ex eius depo-
25 fitione elici poteft probatio, † cum teftis depofitio incerta, & non concludens nihil operetur *cap. in præfentia 8. & ibi* latè *Felin. de prob. Capb. conf. 77. num. 26. lib. 1.* latè *Mafcar. de prob. concl. 1370. nu. 6. vol. 3.* alios adducens *Farinac. de tefti. quaft. 68. num. 1. & feq. Rota apud Greg. XV. decif. 455. num. 7. & feq. Soufa in Afforis. Inquif. lib. 2. cap. 7. num. 1. Caren. de Offic. S. Inquif. par. 3. tit. 6. in prin.* & teftis obfcurè

ſcutè deponens habeatur pro non reſpondente,
vt poſt Rulant. *de commiſ. Cam. Imper. par. 2.*
lib. 2. cap. 17. num. 1. per eum relatum tradit
Careno d. tit. 6. n. 2.

Quæ eò magis vera ſunt, cum primus teſtis depo-
nat, d. Inquiſiti ū irruentem cū archibuſio contra
Marcum habuiſse archibuſium præ manibus in-
clinatum cum cane dimiſso ſuper rotam, vt ex
eius depoſitione videre eſt, Valerius autem de-
ponit, d. Iuuenem habuiſſe archibuſium a foci-
le, in quo canis non ſolùm non dimittitur ſuper
rotam, ſed imò tenetur eleuatus ad effectum il-
lud exonerandi, vt eſt manifeſtum, vndè eius
depoſitio non poteſt adaptari, & verificari in
26 perſonam d. Inquiſiti, † cum ex diuerſitate qua-
litatum excludatur identitas perſonæ, vel rei
Alex. conſ. 96. num. 6. lib. 5. Rota *deciſ. 218.*
ſub num. 5. par. 4. rec. tom. 2. & in Iuuenacen.
& Melphiten. bonorum 8. Iunij 1646. coram
Eminentiſſimo Card. Corrado §. ſecundò, quia &c.
27 Maximè cum interpretatio depoſitionis te-
ſtium facienda ſit contra inducentem *Soc. Sen.*
conſ. 274. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 107. nu. 65.
lib. 1. Rota *apud Greg. XV. deciſ. 455. in fine.*
28 Vel in omnem caſum eis obſtat ſingularitas
obſtatiua, quæ infringit depoſitionem teſtium,
vt nec ſemiplenam probationem faciant, pro-
pter repugnãtiam, & contrarietatem inter eos,
etiam ſi plures ſint *Alex. conſ. 94. nu. 2. lib. 6.*
Rolan. conſ. 33. num. 19. lib. 2. Cran. de antiq.
tem. par. 4. ſectio ſed enim nu. 2. 6. & 7. Maſcar.
de prob. concl. 954. num. 20. vol. 2. & alii, quos
refert, & ſequitur *Farinac. de teſti. quaeſt. 64.*
nu. 44. vbi teſtatur de veriori, & magis com-
muni opinione, *Giurb. conſ. crim. 79. nu. 14.*
& in terminis noſtris de ſingularitate in prædi-
camento ſubſtantiæ, dum vnus teſtis deponit
de offenſione facta exoneratione archibuſij a
rota, alter archibuſii a focile *Bald. in l. teſtium*
14. num. 14. C. de teſt. Petra de fideic. quaeſt. 12.
num. 1335. quos refert, & ſequitur omninò
Farinac. de teſti. d. quaeſt. 65. num. 256. quicquid
aliqui contrarium teneant, a quibus recedit *Fari-*
nac. loc. proximo adducto.

Quibus addo, quod d. teſtis deponit inueriſimilia,
dum aſſerit, ſupradictum D. Fœlicem ei dixiſ-
ſe, illos duos alios Iuuenes, qui erant armati, in
Molendino, eſſe fratres Inquiſiti, ipſa autem
deponit dictos iuuenes ibi non vidiſſe, cum qua
concordat Vbaldus alter teſtis, dum deponit in
d. Molendino non vidiſſe, niſi dictum Inquiſi-
29 tum, ipſum teſtem, & d. D. Fœlicem, † vndè,
vti deponens inueriſimilia, non probat, ſed eſt
ſuſpectus de falſo *l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de*
teſti. Rolan. conſ. 7. num. 17. lib. 1. Surd. conſ.
3. num. 10. lib. 1. Farinac. conſ. 122. num. 18.
& ſeq. lib. 2. Rota *apud* Greg. *XV. deciſ. 510.*
num. 4.

Apparet igitur ex prædictis, Bernardinum Inqui-
ſitum eſſe in caſu abſolutionis, quod eò magis
eſt dicendum, ſtante eius bona fama in ſpecie
probata, quę vel teſtium fidem imminuit ſecun-
30 dùm *Vulpell. conſ. crim. 11. nu. 8.* † vel ſaltem
minuit indicia, ſi quæ adſunt contra reum, idem
Vulpell. conſ. crim. 10. num. 7. Hond. conſ. 107.
num. 55. & conſ. 110. num. 40. lib. 1. Rolan.
conſ. 16. n. 24. & ſeq. lib. 1. D. Andreol. contro.
149. num. 15. Aldoni. conſ. 22. nu. 34. & conſ.
27. num. 27. vbi dicit, bonam famam tollere in-
dicia generalia contra reum exiſtentia.

Et ſtante ſpontanea Inquiſiti comparitione, quæ,
ſi non tollit indicia contra reum vrgentia, vt
tradunt *Rimi. Iun. Boſſi. Blanc. Port. Imol. Gabr.*
et Thobi. Noni. quos ſequitur *Scot. conſ. 7. num.*
16. lib. 9. tom. 2. & alij relati per *Hond. conſ.*
31 *87. in fin. lib. 2.* † negari tamen non poteſt,
quin præferat magnum innocentiæ ſignum
Maſcar. de prob. concl. 1337. in prin. vol. 3. Hond.
d. conſ. 87. ante finem Scot. d. conſ. 7. num. 16.
Farinac. de indic. et tortu. quaeſt. 48. num. 52.
Giurb. conſ. crim. 13. num. 22. et conſ. 37. num.
19. Calui. de aequit. lib. 2. cap. 132. num. 31. et
ſeq. & ante eos dixit *Alba. conſ. 94. in fin. lib. 1.*
& ibi Adden.

Quare &c. ſaluo &c.

Bernardinus prædictus, præcedenti leui tortura, fuit abſolutus ab Excellentiſſimo D. Franciſco Amato de Monte Cerignone Pratore Cantiani de anno 1653. per acta D. Vincentij Marioni Cancellarij. Laus Deo, et Virgini Deiparæ etc.

A R G V M E N T V M.

Filius, ſiuè conſanguineus occidens eum, qui iniu-
riam intulit patri, ſiuè conſanguineo, an præ-
ſumatur occidiſſe de mandato patris, ſiuè con-
ſanguinei. Ex inimicitia an præſumatur man-
datum ad homicidium, maximè quando homi-
1 cida erat inimicus, & potuit occidere ex cauſa
propria. Inimicitia an præſumatur, vel ſit pro-
banda per allegantem, & quando orta præſu-
matur ex accuſatione contra aliquem porrecta,
vel ex teſtificatione in cauſa criminali. Ex teſti-
bus inter ſe contrarijs qui veniant præferendi.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatore non probante, reus eſt abſoluendus.*

2 *Accuſatore nihil probante, reus dicitur præſum-ptiuè docuiſse de ſua innocentia.*

2 *Reus nihil tenetur probare pro eius parte, ſed ei ſufficit ſolumodò negare delictum.*

3 *Filius, ſiuè conſanguineus occidens eum, qui iniuriauit parentem, vel conſanguineum, non*

præſu-

præsumitur de illorum mandato occidisse.
4 *Mandatum in delictis non præsumitur.*
5 *Delictum in dubio non præsumitur.*
6 *Iniuria facta patri, seù consanguineo censetur etiam facta filio, & consanguineis.*
7 *Amicitia præsumitur.*
8 *Inimicitia non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*
Et est etiam probanda causa, & qualitas inimicitiæ. num. 9.
10 *Inimicitia leuis non facit præsumere mandatum ad occidendum.*
Sed requiritur inimicitia capitalis. num. 11.
12 *Homicidia committi non solent sinè causa graui.*
13 *Mandatum ad homicidium non præsumitur, quãdo offensa præcedens non est talis, qua mereatur mortem.*
14 *Inimicitia capitalis oritur ex querela criminali de crimine capitali, & pro qua imponitur pœna abscissionis membri, publicationis omnium, seù maioris partis bonorum, & similium.*
15 *Damni dati causa dicitur leuis, cum in ea agatur de minima pœna pecuniaria.*
16 *Inimicitia capitalis non oritur, nisi ex causis capitalibus, & magnis.*
17 *Inimicitia, vti indicium remotum, debet esse probata per duos testes omni exceptione maiores.*
18 *Testis affinis Accusatoris non admittitur ad testificandum.*
19 *Testis domesticus, & familiaris non est idoneus testis.*
20 *Testis pauper, & vilis simul repellitur à testificando.*
21 *Testis patiens plures defectus omninò repellitur à testificando.*
22 *Testes deponentes ad defensam rei præferuntur testibus Fisci.*
23 *Testes, quorum depositiones cum iure communi conueniunt, magis probant, quàm alij.*
24 *Testes numero pares, si sint contrarij, cum se inuicem collidant, nun probant.*
25 *Reconciliatio probatur ex actibus amicabilibus sequutis inter inimicos.*
26 *Inimicitiæ indicium tollitur ex actibus amicabilibus postea sequutis.*
27 *Mandatum ad occidendum non præsumitur ex inimicitia, quando constat de certo homicida, qui potuit occidisse ex causa propria.*
Cum tunc dicatur potiùs ex propria causa occidisse, quàm de mandato alterius, num. 28.
29 *Inimicitiæ causa grauior attenditur.*
30 *Inimicitia capitalis oritur ex testificatione facta in causa capitali, & num. 31.*
32 *Inimicitia probatur ex causa odij inter partes, etiam si odium non ostendatur.*
Maximè quando causa odij inimico est cognita. num. 33.
34 *Inimicitia non facit præsumere mandatum ad occidendum, nec facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant.*
Quicquid aliqui contrarium sentiant. n. 35.
36 *Inimicitia sola in delictis occultis est sufficiens indicium ad torturam.*
Procedit, quando delictum est commissum, & nescitur à quo, secùs quando constat de certo delinquente. num. 37.
38 *Adminiculum, vt aliquid operetur, debet esse probatum per duos testes.*
39 *Mandatum ad delinquendum non probatur ex verbis dubijs, seù æquiuocis.*
40 *Testi inimico nulla fides venit adhibenda.*
41 *Testis non probat, quando deponit de auditu à persona, quæ nullam faceret probationem.*
Testes enim non probant, quorum repelluntur authores. num. 42.
43 *Testis de auditu nihil probat, quando persona, à qua dixit audiuisse, viuit, & potuit examinari, & non fuit examinata.*
44 *Nepos occisi repellitur à testificando.*
45 *Fama bona operatur, vt à reo remoueatur omnis suspicio delicti.*
46 *Mandatum ad occidendum excluditur ex parua conuenientia existente inter offensum, & homicidam.*
47 *Iudicandum est in dubio contra Fiscum.*

ALLEGATIO LXXXV.

Excellentissime Domine. Apparet manifestè, Guglielmum q. Annibalis de Tecchio de Territorio Cantiani Inquisitũ de mandato ad homicidium commissum diebus elapsis in personà q. Augustini Marsilij de Balbano per Paulum Petri Simonis de Tecchio fratrem consobrinum d. Inquisiti esse in casu absolutionis, cum ex processu contra eum fabricato nullo modo appareat probata
1 intentio Accusatoris, vel Fisci, vndè subintrat regula *l. qui accusare 4. C. de eden.* quod, accusatore non probante, reus est absoluendus, de qua *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 62. in prin. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. tit. 3. n. 47. Barbo. axiom. 7. in prin.* plenè *Guazzi. ad defen. reor. defen. 29. cap. 1. nu. 6. Farinac. in fragm. crim. litera A. num. 26.* qui alios adducunt.

Quando enim Accusator nihil probauit, reus dicitur præsumptiuè docuisse de sua innocentia, vt tradunt *Caph. cons. 86. num. 32. vol. 1.* quem refert, & sequitur *Mascar. de prob. concl. 1231. num. 29. vol. 3. Barbo. d. axiom. 6. num. 1. in fin. et Farinac. d. litera A. in fragm. crim. n. 27.*

Cum reus aliquid probare non teneatur pro parte sua, sed ei sufficiat simpliciter negare, commisisse delictum *Mascar. de prob. concl. 36. n. 5. & seq.*

& seq. vol. 1. Io. Bapt. Gargiar. cons. 37. nu. 2. vol. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 93. n. 3. vers. Si sumus in secundo in fine Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. num. 6.

3 Quod quidem manifestè, vt dixi, demonstratur ex illa recepta conclusione per Doct. quod filius, seù consanguineus occidens eum, qui iniuriam intulit patri, seù consanguineo, non præsumitur, id fecisse de mandato eius, qui iniuriã recepit, vt tradunt Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 47. vbi hoc latè comprobat, & testatur de communi opinione, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 27. num. 1. & seq. Mascar. de prob. concl. 1005. num. 36. & concl. 1014. num. 2. vol. 2. Vulpell. cons. crim. 60. num. 3. & cons. 62. num. 11. vbi testatur de magis communi Doct. opinione, Eugen. cons. 60. nu. 45. & seq. vol. 1. Hond. cons. 93. n. 12. & cons. 96. num. 39. vol. 2. plenè Farinac. de consult. & mand. quæst. 134. num 67. vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem, Guazzin. ad defen. defen. 32. cap. 30. num. 4. benè Giurb. cons. crim. 91. num. 17. & seq. latè comprobans, D. Andreol. contron. 149. num. 3. Vermiglio. cons. crim. 119. num. 24. & cons. 120. num. 6. & num. 16.

4 Mandatum enim in delictis non præsumitur Eugen. d. cons. 60. num. 43. Hond. d. cons. 96. num. 38. Farinac. d. quæst. 134. n. 68. Guazzin. d. cap. 30. num. 1. & 4. plenè Giurb. d. cons. 98. num. 17. & D. Andreol. d. contron. 149. nu. 3. qui alios adducunt.

5 Tum, quia in dubio delictum non præsumitur l. meritò 51. ff. pro soc. l. prætor ait 4. §. docere ff. de vi bono. rapt. cap. estote 2. de reg. iur. Mascard. de prob. concl. 496. num. 1. & seq. vol. 1. & concl. 1425. in prin. vol. 3. Farinac. de pæn. temper. quæst. 85. num. 1. & seq. latè comprobans, &, more suo, infinitos ferè adducens ita sentientes, benè Barbo. axiom. 68. n. 14. Ciriac. contron. 255. num. 25. & contron. 318. num. 8. alios referens.

6 Tum etiam, quia iniuria facta patri, seù consanguineo censetur etiam facta filio, & consanguineis, qui propterea irascuntur propter iniuriam prædictam, licèt in eorum personam non illatam cap. Petrus 17. & ibi hoc not. Aucar. Butr. Felin. & alij Canonistæ de homic. & tradunt Farinac. in d. quæst. 134. num. 69. & in tract. de indic. & tortu. quæst. 49. n. 32. & ante eum Vulpell. in tract. de pace quæst. 40. num. 3. Hond. cons. 102. num. 64. vol. 1. & cons. 88. nu. 25. vol. 2. Menoch. de arbitr. casu 262. n. 1. & seq. Baiard. ad Clar. §. iniuria nu. 37. Pascale de patr. potest. par. 1. cap. 10. num. 16. latissimè Giurb. cons. crim. 61. num. 13. innumeros ferè adducens ita sentientes, cum consanguinei sint pars corporis nostri l. cum scimus 21. C. de agric. & censit. lib. 11. Borell. cons. 48. n. 39. Giurba cons. 61. sub num. 13.

Neque vllum potest fieri fundamẽtum super prætensa inimicitia inter d. Augustinum occisum, & Guglielmum Inquisitum ex pluribus, & primò, quia dicta inimicitia non fuit sufficienter probata in processu pro parte Fisci, cum enim
7 amicitia præsumatur Bart. Bald. Salic. & alij in l. si quis testibus 13. C. de testib. Mascar. de prob. concl. 19. num. 2. & concl. 85. num. 3. & 4. vol. 1. & concl. 898. in prin. vol. 2. Hond. cons. 107. num. 28. vol. 1. & cons. 87. num. 44. vol. 2. Farinac. de indic. & tortu. quæst. 49. num. 126. Giurba cons. crim. 20. num. 10. & cons. 51. n. 4. quamplures adducens concordantes Grass. de effect. amicit. num. 33. cum præsumptio amicitiæ dicatur præsumptio naturæ, quia inimicitia est cõtra ius naturale l. vt vim 3. ff. de iust. & iur. & scribit Farinac. d. quæst. 49. num. 126. Hond. d. cons. 87. nu. 46. Mascar. d. concl. 898. num. 3. & contra ius Diuinum Lucæ cap. 10. ibi diliges proximum tuum sicut te ipsum, vt in puncto aduertit Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 43. num. 1.

8 Ideò inimicitia non præsumitur, sed ab eo, qui illam allegat, debet probari Menoch. d. præsump. 43. in prin. Decia. in tract. crim. part. 1. lib. 3. cap. 25. num. 29. Hond. in d. cons. 107. num. 24. vol. 1. & d. cons. 87. num. 45. vol. 2. Mascard. de prob. concl. 898. num. 1. & seq. vol. 2. Farin. d. quæst. 49. de indic. & tortu. num. 126. & seq. plenè Giurb. d. cons. crim. 20. num. 10. & dict. cons. crim. 51. nu. 3. Io. Bapt. Gargiar. cons. 65. num. 10. lib. 1. Ciriac. contro. 409. num. 70. Caren. resol. 122. nu. 5. & ante eos scripsit Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 24. num. 41.

9 Et non solùm est probanda inimicitia, sed etiam est probanda in specie causa, & qualitas inimicitiæ, ita vt testes de illa deponentes nihil probent, nisi de causa inimicitiæ deponant, vt not. Gram. decis. 34. num. 22. Menoch. d. præsump. 43. num. 2. lib. 5. Farinac dict. quæst. 49. numer. 127. quamplures adducens concordantes, more suo, Baiard. ad Clar. d. quæst. 24. n. 41. vbi dicit, dictã probationem esse debere euidentem, & manifestã, & idem scribit Io. Bapt. Garg. d. cons. 65. n. 10. & Ciriac. d. contro. 409. nu. 71.

Neque illã probatã dicere, neque prætendere potest Fiscus ex querela de damno dato porrecta per dictum Augustinum mensibus elapsis contra dictum Guglielmũ in Tribunali Terræ Cantiani, quia ad hoc, vt inimicitia faciat indicium in casu, de quo agitur, non sufficit leuis inimicitia, de qua leges non curant, neque illam habent in consideratione, vt tradunt Decia. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 25. nu. 86. Hond. in d. cons. 107. num. 38. & seq. vol. 1. & dict. cons. 87. nu. 50. vol. 2. Peguer. decis. crim. 17. num. 8.

nu. 8. verſ. ex quibus igitur &c. Vulpell. conſ. 5. num. 2. & ſeq. Menoch. de præſump. lib. 1. q. 89. nu. 58. & 52. & latè, quampluribus Doct. relatis more ſuo, comprobat Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 49. num. 101. & poſt eum Giurba dict. conſ. crim. 51 num. 7. & ſeq. Neque inimicitia leui ex cauſa contracta, vt poſt Natt. conſ. 304. n. 10. Rolan. conſ. 38. num. 39. vol. 1. & Farin. conſ. 151. num. 10. & ſeq. per eum relatos tradit Giurb. d. conſ. crim. 51. ſub num. 7.

11 Sed requiritur inimicitia capitalis, vt docent Vulpell. d. conſ. crim. 5. n. 2. et ſeq. latè Hond. d. conſ. 107. nu. 39. et ſeq. vol. 1. et d. conſ. 87. num. 90. in fin. vol. 2. Menoch. d. quæſt. 89. nu. 51. et ſeq. Pegner. d. deciſ. 17. ſub n. 8. Maſcar. de proba. concl. 901. num. 3. vol. 2. Suarez in Theſa. recep. ſent. litera I. nu. 65. & latè tuetur Farin. d. quæſt. 49. num. 101. alios quamplures adducens concordantes, Giurb d. conſ. crim. 51. nu. 7. et conſ. 91. nu. 20. D. Andreol. d. contro. 149. n. 5. & ante eos dixit Baiar. ad Clar. quæſt. 21. num. 119. Ant. Gomez var. reſol. tomo 3. cap. 13. ſub nu. 11. & ipſemet Clar. in ſua prac. §. fin. quæſt. 21. verſic. Inimicitia, et Caren. d. reſol. 122. num. 5.

12 Cum homicidia non ſoleant committi ſinè cauſa graui, vt poſt Inno. Marſi. Io. Turri. Decia. & Maſcar. per eum adductos tradit Hond. d. conſ. 87. num. 90. Bertaz. conſ. crim. 85. n. 19. & ſeq. Giurb. d. conſ. 91. num. 21. & conſ. 46. num. 28. & cauſa non ſolùm debet eſſe grauis, ſed debet etiam reſpondere offenſę factæ Hond. d. conſ. 87. num. 89. & ſeq. & poſt Fulgo. Rom. Alex. Iaſ. & Farinac. per eum adductos probat Giurb. d. conſ. 91. num. 21. & Guazz. ad defen. defen. 28. cap. 1. num. 6.

13 Et in terminis noſtris, quod, quando offenſæ non ſunt tales, vt mereantur mortem, non ſit præſumendum mandatum ad homicidiũ, voluerunt Cuma. Rom. Alex. et alij in l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid ſi mandauit, & præcipuè Iaſ. num. 16. ff. de acq. hæred. Bero. quæſt. 10. nu. 6. et ſeq. Gabr. com. concl. de malef. concl. 2. n. 54. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 18. quos referendo ſequitur Hond. d. conſ. 87. num. 19. vbi dicit ad cognoſcendum, an aliquis mandauerit committi homicidium, attendi debere qualitatem iniuriæ præcedentis etiam in caſu, quo conſtat, offenſum mandaſſe filio, vel famulo fieri vindictam de iniuria ſibi illata, vt ibi per eum, addo Vulpell. conſ. crim. 62. nu. 6. Baiar. ad Clar. in §. fin. quæſt. 89. nu. 19. et ſeq. Farin. de conſult. et mandat. quæſt. 134. num. 50. Vermigl. conſ. 33. num. 18. et conſ. 35. num. 20. et Giurb. conſ. crim. 46. num. 28. qui alios adducunt concordantes.

Cum offenſus non præſumatur, diſſimili offenſione ſe fore vindicaturum, vt poſt Gabr. com. concl. de malef. concl. 2. num. 54. et Caph. conſ. 324. num. 30. vol. 3. per eum relatos not. Giurb. d. conſ. 91. num. 21.

14 Inimicitia autem capitalis, & grauis tunc oritur ex querela criminali contra aliquem porrecta, quando quis aliquem accuſat de crimine capitali, puta, de homicidio, de crimine læſæ Maieſtatis, de crimine nefando, & de delicto, pro quo naſcitur infamia, vel imponitur pœna mortis, abſciſſionis membri, aut publicationis omnium, ſeù maioris partis bonorum, vt tradunt Bart. in l. 3. §. fin. n. 4. ff. de adim. lega. Abb. in cap. accedens 4. n. 3. vt lite non cont. Gram. conſ. 46. n. 4. et deciſ. 33. num. 4. benè Maſcar. de prob. concl. 898. n. 16. lib. 2. alios adducens ita ſentientes, Farinac. de indic. et tort. q. 49. n. 27 in fin. & ante eum ſcripſerunt Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 11. num. 14. verſ. intellige tamen &c. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 43. nu. 6. & Hond. d. conſ. 87. num. 49. vol. 2.

Quod quidem verificari non poteſt in caſu, de quo agitur, in quo ſumus in accuſatione de damno dato, cuius cauſa, admiſſo etiam, citra veri præiudicium, quod criminalis dici poſſet, de quo valdè dubitant Doctores, vt videre eſt per Fa-
15 rinac. de indic. & tort. quæſt. 42. num. 28. † illa tamen dicitur cauſa leuis, imò leuiſſima, cum in ea agatur de ſimplici pœna pecuniaria, & de minima ſumma, vt declarant Farinac. in d. q. 42. num. 28. & Guazzin. ad defen. reor. defenſ. 30. cap. 3. num. 6. & ante eos ſcripſit Brun. de indic. & tortu. par. 2. quæſt. 3. ſub num. 3. & idcò ex dicta accuſatione non poteſt, niſi vlla, vel ſaltem niſi leuis oriri inimicitia, cum illa non oriatur, niſi ex cauſis capitalibus, & magnis l. licèt 16. ff. de recept. arbi. Bald. in l. hæreditas 4. n. 2. C. de his, quibus, vt indi. Hond. d. conſ. 87. n. 49. vol. 2. Giurb. d. conſ. crim. 91. num. 20. & ſeq.

Neque dicta inimicitia probata dici poteſt per teſtes examinatos pro parte Fiſci, quia, cum inimicitia ſit indicium a delicto remotum, vt not. Theſ. deciſ. 24. ſub num. 7. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 95. debet eſſe probata pleuè per duos teſtes conteſtes omni exceptione maiores Ant. Gomez var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 18. verſ. ſed certè &c. vbi dicit, contrariam opinionem eſſe falſam, & non tenendam, Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 91. n. 5. vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem Farina. de indic. & tortu. quæſt. 37. num. 28. vbi dicit, ab hac opinione, vti veriori, & probabiliori, non eſſe recedendum, vt ibi per eum, Guazz. ad defen. defen. 30. cap. 31. ſub num. 3. Maſcar. de proba. concl. 894. num. 3. vol. 2. Ciriac. contro. 106. num. 44. benè Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 22. & num. 95. vbi teſtatur de magis communi opinione, & dicit, Iudices Deum timen-

timentes parùm curare de contraria opinione *Marsil. in prac. §. diligenter num. 8.* & aliorum illum sequentium, & idem scribit *Resolut. 122. sub num. 4. & Suar. de Paz in prax. saecul. & ecclef. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. num. 41.*

Testes verò de inimicitia deponentes non solùm non sunt idonei, & omni exceptione maiores, sed tot laborant exceptionibus, vt nullum probationis gradum valeant constituere; Vandinus
18 enim primus testis est affinis in secundo gradu
Accusatorum, vt constat ex processu defensiuo, vndè non probat *Gram. cons. 58. num. 6. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 15. num. 6. Clar. in prac. §. fin. quaest. 24. vers. quaero modo &c.* vbi testatur de communi opinione, latè *Farin. de testi. quaest. 54. num. 5.* vbi alios adducit, & dicit, dictam opinionem esse sinè dubio communiter receptam, *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3.*
19 *tit. 5. num. 18.* † & est domesticus, & familia-
ris eorumdem Accusatorum, vt constat ex processu defensiuo, & sic non est idoneus testis *l. etiam 2. C. de testi. Farinac. de testib. quaest. 53. nu. 37. & 44. Caren. vbi supra d. par. 3. tit. 50. num. 20.* latè *Barbo. ad tex. in cap. in literis 24. num. 2. de testib.*

Alij verò duo testes, nempè Marcus Petri, & Sanctes Antonij, sunt pariter Amici, domestici, & familiares Accusatorum, vt plenè constat ex processu defensiuo, & sic non dicuntur integri
20 testes per iura supradicta, † & sunt etiam pau-
peres, & viles, vt pariter apparet ex processu defensiuo, & sic non sunt idonei testes *Paris. cons. 54. num. 27. lib. 4. Rolam cons. 63. n. 34. lib. 2. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 19. Menoch. de arbitr. casu 96. num. 6. & seq. Farin. de testi. quaest. 57. num. 69. & 70. Caren. d. tit. 5. num. 68. Aldoui. cons. 57. nu. 8. Rot. post 2. vol. cons. Farin. decis. 138. num. 4. & decis. 194. num. 2.*
21 † Ita vt cum dicti testes patiantur plures ex-
ceptiones, vt supra, non solùm non sunt testes idonei, & omni exceptione maiores, sed omninò repelluntur a testificando, vt bene declarant *Vulpell. cons. crim. 99. num. 10. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 20. num. 15. Rolan. cons. 24. num. 61. lib. 1. Hond. cons. 106. num. 57. vol. 1. & cons. 93. num. 50. libi 2.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in casu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, & in terminis nostris tradunt *Guazz. defen. 30. cap. 31. num. 3. vers. tamen si aliquis &c. D. Andreol. contro. 172. num. 9. Aldoui. d. cons. 57. num. 11. & Surd. cons. 151. num. 82. lib. 2. Vermiglio. cons. 433. num. 22.*

Quod enim vna suspicio non operatur, plures simul iunctae optimè operantur *l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. non epistolis 13. l. non nudis 14. C. de prob. cap. illo vos 4. de pigno.* & in terminis not. *Craue. cons. 249. num. 12. Farinac. de testi. quaest. 57. nu. 46. & Gratia. decis. Marcb. 240. num. 5. & seq.*

Omnis autem cessat difficultas, cum ex processu defensiuo consiet de contrario per tres testes examinatos deponentes, inter dictos Inquisitum & Augustinum post porrectam querelam damni dati nullam adfuisse inimicitiam, illosque solitos fuisse inter se alloqui, salutari, & alia
22 signa amicitiae ostendere, † qui testes cum de-
ponant ad defensam Inquisiti, licèt numero pares, praeferuntur testibus Fisci, & accusatoris, vt tradunt *Rolan. cons. 63. numer. 44. lib. 2. Bertaz. cons. 251. num. 102. vol. 2. Mascar. de prob. concl. 497. num. 15. vol. 1. Bossi. in pract. crim. in tit. de defen. reo. n. 7. in fin. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 4. num. 20. Farin. cons. 39. num. 15. lib. 1. & de testi. quaest. 65. num. 153. & Guazzi. defen. 29. cap. 3. num. 13.* alios adducens concordantes.

Quod procedit, licèt testes actoris essent plures, sed in modico excessu, quia adhuc magis creditur testibus rei, vt post *Abb. Aret. Crot. Gabr. & Bossi.* relatos dicit *Farinac. d. quaest. 65. n. 157.*

23 Et eò magis, cum dictorum testium deposi-
tiones super amicitia cum iure communi conueniant, quam a iure communi praesumi, dixi *supra num. 7.* quo casu eis magis creditur, quàm alijs, vti verisimiliora deponentibus, *Innoc. in cap. auditis 15. sub nu. 4. de praescr. Butr. in cap. licèt causam 9. num. 46. Abb. num. 9. Imol. nu. 13. Decia. num. 91. & Bero. num. 50. de prob. Franc. Curt. de testi. concl. 9. num. 22. & concl. 19. num. 39. & 40. & concl. 32. nu. 70. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 4. num. 22. Rolan. cons. 24. num. 55. lib. 1.* latè *Farinac. de testi. quaest. 65. num. 150., & seq.* & ante eum *Vulpel. cons. crim. 76. num. 12.*

24 Et in omnem casum, cum dicti testes sint nu-
mero pares, & inter se contradicendo se inuicè collidant, vel neutri est credendum, vt not. *Cumi. de sindi. cap. 6. num. 15. Mascar. de prob. concl. 1368. n. 3. vol. 3. Farinac. de testi. quaest. 65. num. 2.* dicens, hoc non habere contradictorem, *Thobi. Noni. cons. 71. num. 18. Guazzi. ad defen. defen. 19. cap. 3. num. 2. in fin. Giurb. cons. crim. 23. num. 13. Caren. de offic. S. Inqui. par. 3. tit. 6. num. 45. Rot. decis. 556. num. 5. par. 4. rec. & decis. 143. num. 20. par. 7. recen.*

25 Vel, cum deponant de actibus amicabilibus
inter dictas partes sequutis post querelam porrectam, probare dicuntur illorum reconciliationem *Farin. de var. ac diuer. crim. quaest. 105. n. 353. & seq. Mascar. de prob. concl. 902. nu. 18. & seq. vol. 2. Hond. cons. 107. num. 69. vol. 1. & cons. 87. num. 64. vol. 2. Ciriac. contro. 150. nu. 33. & seq. & contro. 227. n. 35. & Guazz. ad defen. reo. defen. 28. cap. 1. num. 17.*

Ex quibus actibus amicabilibus postea sequutis tolli indicium inimicitiæ, etiam si reconciliatio esset de recenti, declarant Rimi. *Iun. cons.* 88. *num.* 13. *vol.* 1. *Guazz. de pace par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 8. *& d. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 17. *& Ciriac. de contro.* 150. *num.* 36.

Secundò non nocet dicta inimicitia, quatenùs etiam de illa constaret, prout verè de ea non constat, imò constat de amicitia per iura supra
27 adducta, † quia, cum in casu nostro constet de certo interfectore, qui, vti inimicus Augustini occisi, vt infra demonstrabo, potuit dictũ homicidium commisisse ex causa propria, inimicitia nullum facit indicium contra alium de mandato, consilio, vel tractatu, cum tunc præsumatur potiùs ratione propriæ inimicitiæ, quàm alterius mandato occidisse, vt tradunt *Gram. cons.* 65. *num.* 11. *&* 12. *& voto* 6. *num.* 19. *&* 20. *Eugen. cons.* 27. *num.* 32. *& seq. & cons.* 76. *num.* 36. *& seq. lib.* 1. *Decia. cons.* 67. *num.* 11. *& cons.* 115. *num.* 15. *lib.* 3. *Hond. cons.* 87. *n.* 97. *versic. & quando, & cons.* 93. *num.* 22. *& cons.* 96. *nu.* 65. *vol.* 2. alios adducens, *Farina. de indic. & tortu quæst.* 49. *num.* 119. *Ciriac. contro.* 106. *num.* 28. *& seq. & contro.* 150. *nu.* 55. *Giurb. d. cons. crim.* 91. *nu.* 27. alios quamplures adducẽs, ita sentire videtur *Guazz. defen.* 4. *cap. vlt. nu.* 21. *versic. ac etiam &c.* & benè, more suo, scribit *D. Andreol. d. contro* 149. *n.* 6. alios referens ita sentientes.

28 Quando enim occisor erat occisi inimicus, præsumitur potiùs, vt dixi, ratione propriæ inimicitiæ, quàm alterius mandato occidisse, vt tradunt Doctores proximè adducti, & post *Gram. Decia. & alios* per eum relatos scribit *Hond. d. cons.* 93. *num.* 22. *& seq. & d. cons.* 96. *n.* 65. *Giurb. d. cons. crim.* 91. *n.* 27. *& Ciriac. contro.* 105. *n.* 22. *& seq. & d. contro.* 150. *n.* 55.

29 Quod est clarissimum in casu nostro, quia ad cognoscendum, an quis ratione propriæ inimicitiæ, vel potiùs de mandato alterius occiderit, attenditur causa grauior inimicitiæ, vt tradunt *Foller. in pract. in versic. Recipiantur defensiones num* 2. *in fin. Farin. de indic. & tortu. d. quæst.* 49. *num.* 115. *& seq. Guazz. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 8. *& Ciriac. d. contro.* 105. *nu.* 31. *Vermigl. cons.* 70. *num.* 13. *& cons.* 79. *nu* 15. longè tamen grauior est causa inimicitiæ Pauli homicidæ cum Augustino occiso, quæ prouenit ex testificatione facta contra eum per dictũ Augustinum in causa capitali, vt infra deducã,
30 † ex qua oritur inimicitia capitalis, vt notat *Gram. cons.* 46. *num.* 4. *Crau. cons.* 36. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. casu* 487. *num.* 5. latè *Farin. in d. quæst.* 49. *num.* 76. cum alijs infra allegandis, quàm inimicitia Guglielmi inquisiti, quæ, vti orta ex leui querela damni dati, non potest dici, nisi leuis, friuola, & nullius considerationis, vt supra probaui.

De inimicitia igitur Pauli homicidæ cũ dicto Augustino constat ex publica voce, & fama, & ex credulitate eiusdem Pauli, & ex querimonijs per eum factis dicta de causa, quod Augustinus deposuerit coram D. Prætore Terræ Cantiani contra dictum Paulum in causa capitali, nempè ipsum Paulum gestasse archibusium, siuè terzanellum in choreis, quæ parùm ante ductæ fuerant in Villa Balbani, vt plenè fuit probatum
31 in processu defensiuo super vltimo articulo, † 32 ex qua insurgit inimicitia capitalis, cũ depositio, vt dixi, facta fuerit in causa capitali ad tex. *in cap. cum P.* 10. *& ibi not. Canon. de accus. Blanc. ad l. fin. num.* 152. *ff. de quæst. Gram. d. cons.* 46. *num.* 4. *Crauett. dict. cons.* 36. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. casu* 487. *num.* 5. *Mascar. de prob. concl.* 898. *n.* 17. *vol.* 2. *Farin.* latè comprobans *de indic. & tortu. d. quæst.* 49. *nu.* 76. *& Hond. cons.* 105. *num.* 66. *vol.* 1.

Neque obstat, quod d. homicida professus fuerit se amicum Augustini occisi, quia ad probandam inimicitiam inter eos sufficit probare causam odij prouenientis ex dicta depositione cõtra eum facta in iudicio criminali, & si odium non ostendatur *Gram. decis.* 33. *num.* 7. *Decia. cons.* 68. *num.* 15. *vol.* 5. *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst.* 21. *num.* 114. *Farinac. de indic. & tortu. d. quæst.* 49. *n.* 94. *& seq. Hond. cons.* 100. *n.* 27. *& seq. vol.* 1. alios adducens, *& cons.* 87. *num.* 132. *vol.* 2. *idem Farinac. cons.* 216. *num.* 11. *Giurba. cons. crim.* 13. *nu.* 7. *& cons. crim.* 37. *nu.* 22. cum quibus pertranseunt *Vulpell. cons. crim.* 26. *num.* 2. *& cons.* 33. *num.* 5. *& Pautel. expedit. ciuil.* 14 *num.* 44. *&* 45.

Cum inimici dicantur non solùm qui odium in mente habent, sed etiam qui solam inimicitiæ causam habent, & post *Innoc. Felin. Bursatt.* & alios per eum relatos declarat *Farinac. dict. quæst.* 49. *num.* 95.

33 Et hoc eò magis dicendum, cum dicta causa inimicitiæ d. Paulo homicidæ fuerit cognita, dum de dicto Augustino dicta de causa querimonias fecerit, ad notata per *Gram. vot.* 6. *n.* 6. *&* 19. *per Bertaz. cons.* 215. *num.* 10. *vol.* 1. *per Simon. de Prat. cons.* 15. *nu.* 58. & benè declarat *Farinac. d. quæst.* 49. *n.* 96. alios adducens.

34 Tertiò principaliter non nocet dicta inimicitia, quatenùs etiam de illa constaret, quia ex illa non præsumitur mandatum, neque facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant adminicula, vt tradunt ex Neotericis *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst.* 21. *versic. inimicitia*, vbi testatur de communi, & magis communi opinione, *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *tit.* 13. *num.* 11. qui pariter hanc dicit cõmunem esse opinionẽ, *Eugen. cons.* 76. *n.* 43. *& seq. vol.* 1. *Thesa. decis.* 24. *num.* 7. alios quamplures adducens concordantes, & dicens, contrariam opinionem nullo

modò

modo a bonis Iudicibus esse sequendam, *Vulpell. conf. crim. 5. num. 4. Hond. conf. 87. num. 100. vol. 2. & conf. 106. num. 73. & conf. 107. num. 43. vol. 1.* vbi non paucas refert Doct. authoritates, & dicit, hanc opinionem esse æquiorem, & magis communiter receptam, & in iudicando omninò sequendam, vt ibi per eum, *Peguer. decis. 17. num. 8. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. num. 51.* vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, vt ibi per eum, vbi subiungit, hoc procedere in inimicitia graui, quia, si sit leuis, neque cum adminiculis facere indicium, & benè declarat *Farinac. de indic. & tortu. d. quæst. 49. num. 102.* vbi innumeris, suo more, relatis Doct. authoritatibus, testatur, hanc esse veriorem, & magis communem sententiam, quam sequuti sunt etiam *Ceuall. in comm. opin. quæst. 158.* vbi pariter testatur de magis communi Doct. opinione, & dicit, ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum, *Fachin. contro. iur. lib. 9. num. 82. Giurba conf. crim. 13. num. 7.* & in fortioribus terminis *d. conf. crim. 91. num. 29. Guazzin. ad defen. reorum defen. 4. cap. vlt. num. 21. versic. ac etiam intellige &c. Ciriac. contro. 106. n. 70.* benè *Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 89. & 90.* vbi hanc dicit magis communem opinionem *Præses ab Ano de reat. quæst. 19. nu. 46.* ex quibus patet manifestè, a d. opinione, vti magis recepta, nullo pacto esse in pract. recedendum.

35 Quiequid contrarium senserint *Specul. Ang. Deci. Brun.* & alij relati per *Menoch. d. quæst. 89. num. 51. vers. quibus constat &c.* contra quos adest communis, & magis recepta Doct. opinio, de qua supra meritò &c.

36 Neque nocet, doctrina *Clar. in d. quæst. 21. verf. inimicitia in fin.* dum scribit, prædicta non procedere in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ipse dicit, vidisse ex sola inimicitia ad torturam deueniri, quem sequitur *Farinac. in d. quæst. 49. num. 107.* quia, omisso, quod dicta doctrina non placet *Thesa. decis. 24. nu. 7. in fin.* vbi illam satis periculosam appellat, cum experientia docuerit, quamplures ex solo indicio inimicitiæ tortos indebitè fuisse, torturæ suppositos, cum postea innocentes fuerint reperti, quorum plura exempla memoratu digna recenset *Mascar. de prob. concl. 901. n. 7. & seq. vol. 2.* & scribit etiam *Caren. de Offic. S.*

37 *Inquis. par. 3. tit. 10. num. 90.* non obstat, inquam, dicta doctrina *Clar.* quia ipse loquitur, quando delictum fuit commissum, & ignoratur a quo, & nullus alius de eo imputatur, vt ex eo videre est, secùs tamen est, quando constat de delinquente, vt in casu nostro, quia tunc inimicitia nullum facit indicium cōtra alium, qui sit de mandato, seù consilio, vel auxilio imputatus, vt post *Eugen. d. conf. 76. n. 36. & seq.* *vol. 1. & Decia. conf. 67. n. 11. lib. 3.* per eum relatos benè declarat *Hond. d. conf. 87. nu. 97. versic. nec obstat &c. vol. 2. Farinac. conf. 37. nu. 9. in fin.* & sentit etiam *Guazzin. ad defen. reorum defen. 4. cap. vltimo num. 21. versic. ac etiam intellige &c.* quæ omnia benè verificantur in casu, de quo agitur, in quo nulla alia præsumptio, neque adminiculum adest contra dictum Inquisitum, vt ex processu clarè videre est.

Neque contrarium suaderi potest ex depositione D. Benedictæ Io. Baptistæ deponentis, quod dictus Inquisitus dixerit Paulo homicidæ hæc verba *Giras Paolo in quel seruitio*, ex duobus, & primò, quia adminiculum, vt possit de eo ali-

38 qua haberi consideratio, ad effectum adminiculandi, debet esse probatum per duos testes *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 22. in prin. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. nu. 18. Osasch. decis. Pedem. 79. num. 31. Farinac. de indic. & tortu. quæst. 37. num. 15. Guazzin. ad defen. reorum defen. 32. cap. 8. nu. 3.* qui alios adducunt ita sentientes *Ciriac. contro. 106. nu. 84. versic. istud assertum &c.*

Secundò, quia nec ex propria, nec ex impropria dictorum significatione verborum illa possunt importare dictum mandatum, quod non probatur, nisi ex verbis id necessariò inferentibus,

39 non autem ex verbis dubijs, seù æquiuocis, *Vulpell. conf. crim. 63. num. 8. Alex. conf. 128. num. 3. vol. 4. Bossi. in pract. crim. in tit. de mandato ad homicidium num. 49. in prin. Mascar. de probat. conclu. 866. num. 14. vol. 2. Farinac. de consult. & mandat. quæst. 134. num. 28. & 29.* alios adducens ita sentientes, *Hond. conf. 87. num. 165. vol. 2. D. Andreol. contro. 149. n. 8.* benè *Caren. resol. 122. nu. 7.* cum in dubio facienda sit interpretatio verborū, vt non importent mandatum, *Carer. in pract. crimin. §. 5. incipien. Circa igitur tertium num. 52. in fin. & num. 57. Farinac. d. quæst. 134. num. 28. Ciriac. contro. 106. num. 77.* maximè cum dicta verba non fuerint prolata secretò, sed palam, aliis audientibus, vt patet ex processu, vt aduertunt *Eugen. d. conf. 27. num. 38. & D. Andreol. d. contro. 149. num. 7. Vermiglio. conf. 83. nu. 11.*

Neque pariter in aliqua consideratione haberi debent depositiones Antonij a Cospio, & Petri Angeli a Ponteattio asserentium, Petrum Simonem patrem Pauli homicidæ eis dixisse, quod ante homicidium Guglielmus inquisitus accessisset ad eius domum ad loquendum cum dicto Paulo eius filio, & quod filij Anibalis, inter quos adest dictus Inquisitus, dederunt causam illius tribulationibus, ex duobus, & primò, quia dictus Petrus Simon facit se offensum a dicto Inquisito, dum narrauit dictis testibus, filios dicti Anibalis illum insultasse cum archibusijs, vt post *Marsil. Alex. & Crauett.* per eum rela-

tos tradit *Rolan. conf. 24. num. 29. vol. 1. &* *Hond. conf. 100. num. 26. vol. 1.* & ideò, sicuti si ipse prædicta deposuisset, ei, vti offenso, & ini-
40 mico, nulla fides fuisset adhibita, vt not. *Menoch. de arbitr. lib. 2. quæst. 28. per tot.* latè *Farinac. de testibus quæst. 53. num. 3. & seq. Becci. conf. 85. num. 5. & seq. Giurba conf. crim. 72. num. 55,* in puncto *Hond. d. conf. 100. num. 26. & 27. vol. 1. Caren. de offic. S. Inquis. part. 3. tit. 5. num. 3. & seq.* qui alios adducunt con-
41 cordantes, ita neque fides venit adhibenda dictis testibus prædictis de auditu ab eo referentibus, ne magis credatur copiæ, quàm originali, vt tradunt *Rolan. conf. 9. num. 32. & 33. lib. 3. Crauet. conf. 41. num. 2. et conf. 112. n. 13. Surd. conf. 135. num. 96. vol. 1. Hond. conf. 102. num. 58. vol. 1. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 8. num. 38.* latè *Farinac. de testibus quæst. 69. nu. 85.* plures referens, more suo, concordātes, *Caphal. conf. 250. nu. 27. vers. item oportet lib. 2. Morot. conf. 69. sub n. 36. Carin. resol. 122. n. 4.*
42 Non enim credendum est testibus, quorum repelluntur authores *cap. licèt ex quadam 47. & ibi glos. Hosti. Io. Andr. Bald. Ancar. Butri. Abbi & alij Canonistæ de testi.* &, vltra supradictos, voluerunt *Osasch. conf. 65. nu. 25. & conf. 66. num. 18. & nu. 27. Gratia. discep. foren. cap. 562. num. 12. par. 3. Rota apud Caputaq. decis. 264. num. 8. par. 3. & apud Grego. XV. decis. 570. num. 2.* & dixi *Allegat. prima num. 23.* vbi alii recensentur ita sentientes.
43 Secundò, quia testis de auditu nullam prorsus fidem facit, nec adminiculum, imò illū producens est maximè suspectus, quando ille, a quo testis dicit, audiuisse, viuit, & potuit examinari, & non fuit examinatus, vt in casu nostro, vt tradunt *Menoch. de arbitr. casu 475. num 6. Hond. conf. 17. nu. 38. vol. 1.* latè *Farinac. de testibus quæst. 69. num. 92.* vbi dicit, dictum testem neque indicium, neque præsumptionem vllam facere, vt ibi per eum, cum quibus pertransit *Ambrosin. in process. inform. lib. 1. cap. 2. n. 22.* qui alios recensent ita sentientes.
44 Et eò magis, cum dictus Petrus Angeli a Ponteattio sit nepos carnalis dicti Augustini occisi, *Rol. conf. 24. num. 37. & seq. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. n. 14. Mascar. de probat. concl. 898. num. 31. vol. 2. Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 24. nu. 15.* benè *Farinac. de testibus quæst. 53. num. 33. & 34. Caren. de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 9.*
45 Quibus eò magis locus esse debet, stante bona fama probata in specie dicti Guglielmi inquisiti, quæ operatur, vt ab eo remoueatur omnis delicti præsumptio *Rolan. conf. 16. num. 24. & seq. lib. 1. Bald. in l. 2. C. de falsi. Seraph. de priuil. iuram. priu. 1. num. 27. D. Andreol. controu. 149. num. 15.* & tollit indicia generalia, quæ sunt contra reum, vt post *Decia. in conf. 18. num. 298. versic. verum hæc probatio etc. lib. 2.* per eum relatum tradit *Hond. d. conf. 87. num. 177. lib. 2.*

Et stante parua conuenientia intercedente inter d. Inquisitum, & Paulum homicidam, de qua be-
46 nè deponunt testes defensiui, ex qua excluditur præsumptio mandati, si quæ adesset, vt post *Hostien.* per eum relatum scribit *Farinac. de consult. et mand. quæst. 124. num. 72.*

47 Nec non etiam stante dispositione *l. non puto 10. ff. de iur. fisc.* quam reassumpsit *Vulpell. conf. crim. 27. nu. 9.* latè *Guazzin. ad defens. reorum defen. 29. cap. 1. in prin.*

Quare &c. saluo &c.

Secundùm prædicta fuit iudicatum in Ciuitate Eugubij per Excellentissimum D. Prætorem eiusdem Ciuitatis, per quem dictus Guglielmus fuit absolutus de anno 1654. per acta D. Francisci Venantij Vrbaniensis Cancellarij Criminalis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ etc.

ARGVMENTVM.

Minori vigesimo anno delinquenti quando sit minoranda pœna ordinaria, & quid stantibus Bullis Pij IV. & Sixti V. De delicto quando constat per solas coniecturas, an sit locus pœnæ ordinariæ. Et delictum quando fuit commissum vnico vulnere ab incerto de certis, an omnes sint condemnandi in pœnam ordinariam, siuè in extraordinariam. Acta facta in vno iudicio quando probationem faciant in alio. Et pœna minorata delinquenti ex causa, an sit locus confiscationi bonorum in totum, vel in partem.

SVMMARIVM.

1 *Minori vigesimo anno delinquenti est minoranda pœna ordinaria delicti.*
Quod procedit, non solùm in delictis leuibus, sed etiam in grauibus. num. 2.
Et etiam in crimine hæresis, nisi minor sit hæreticus pertinax. num. 3.
4 *Minori delinquenti Iudex tenetur minorare pœnam, aliàs dicitur grauare partem.*
5 *Exempla plura minorationis pœnæ factæ minori delinquenti referuntur. et num. 6. 7. 8.*
9 *Decretum Serenissimi q. Ducis Vrbini mandat, quod maiores decimo nono anno in delictis habeantur pro maioribus.*
10 *Decreti casum quando habemus, ab eo non est recedendum.*
11 *Leges Principis habentes iurisdictionem perpetuam, eo mortuo, durant, nisi per successorem sint reuocatæ.*

12 Sta-

12 *Statuta confirmata a Papa dici possunt Papalia.*

13 *Bulla Pij IV. incipien.* Licèt dudum etc. *declaratur. et num. 14.*

15 *Bulla Sixti V. contra homicidas, et facinorosos declaratur.*

16 *Bulla supradicta dicuntur facta ad terrorem, et ideò non sunt ligata manus Iudicis, quin ex causa possit minori pœnam minorare.*

17 *Frater, vti innocentia defensor, admittitur ad docendum de innocentia fratris absentis.*

18 *Probatio per duos testes est sufficiens in omni materia.*

19 *Quæ sunt extra acta sunt extra mundum.*

20 *Iudicandum est de accessorio, sicut de principali.*

21 *Acta facta in vno iudicio probant etiam in alio contra eum, qui fuit citatus.*

22 *Acta facta in vno iudicio faciunt semiplenam probationem contra tertium.*

23 *Probatio semiplena habetur pro plena fauore defensionis.*

24 *Defensio probatur per præsumptiones dubias, et minùs concludenter probatas.*

25 *Acta facta in vno iudicio probant in alio circà statum personæ.*

26 *Sententia quò ad statum probat quò ad omnes.*

27 *Delictum quando probatur per coniecturas, non autem per veras probationes, non est locus pœnæ ordinariæ.*

28 *Probationes requiruntur in pœnalibus, non autem præsumptiones.*

29 *Iudex multum temperare debet arbitrium suum, quando condemnat reum ex præsumptiuis probationibus.*

30 *Delictum quando est commissum vnico vulnere ab incerto ex certis, tunc non potest esse locus pœnæ ordinariæ.*

Quod tamen procedit in condemnando reos præsentes, secùs tamen, si contumaces. n. 31.

Dicta tamen conclusio non est omninò tuta. num. 32

Et non procedit, quando constat ex coniecturis, delictum casu, non autem ex proposito, fuisse commissum. num. 33.

34 *Iudex non potest procedere contra vnum delinquentem vti principalem, & contra alios vti auxiliatores, si non constet de tractatu ad delinquendum.*

35 Minor, *quando ei minoratur pœna ordinaria, non debet condemnari in pœnam corporis afflictiuã.*

Contrarium tenent alij Doct. num. 36.

37 *Pœna ordinaria quando minoratur ex causa, non potest ei adijci confiscatio bonorum.*

38 *Pœna ordinaria minorata, pœna confiscationis bonorum sublata dicitur.*

39 *Pœna confiscationis bonorũ a pœna mortis pẽdet.*

40 *Opinio æquior, & benignior in pœnalibus est amplectenda.*

41 *Iudicandum est in dubio contra Fiscum.*

ALLEGATIO LXXXVI.



Xcellentissime Domine. D. Vincentio Spellano Calliensi adolescenti annorum decem, & septem cum dimidio inquisito de exoneratione archibusij cum ostensione, citra tamen mortem, in personam vnius ex
1 Birruarijs Baroncelli Campaneæ, seù de auxilio, & complicitate in dicto delicto, ratione minoris ætatis esse minorandam pœnam ordinariam mortis, illumque esse mitius puniendum pœna extraordinaria, admisso, citra veri præiudicium, quod concurrant indicia ad trasmittendam cõtra eum inquisitionem necessaria, cum processum non viderim, exclamant vno ore Doct. omnes, vt videre est apud *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 60. in princ. apud Farinac. de pœn. temper. quæst. 92. num. 41. & num. 172.* vbi testatur de receptissima Doct. opinione, & *in cons. 66. n. 7. & seq. lib. 1. apud Caball. resol. crim. centu. 2. casu 134. apud* Rugginell. *pract. quæst. cap. 35. per totum, apud Guazzin. ad defen. reor. defen. 33. cap. 17. in prin. apud Præsid. Abaceo in prax. reat. quæst. 23. n. 1. & seq. apud Carena de Offic. S. Inquis. par. 3 tit. 9. num. 20. & seq. & apud Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 190. n. 22.* qui alios adducunt ferè innumeros ita sentientes *Vermiglio. cons. 118. num. 8.*

2 Quæ quidem receptissima Doct. conclusio habet locum non solùm in delictis leuibus, sed etiam in criminibus grauibus, & atrocibus, in quibus ob minorem ætatem delinquentis ei est pœna minoranda, vt voluerunt *Aret. de malef. in verbo Scienter, & dolosè post num. 12. Ludo. decis. Lucens. 17. num. 42. Rolan. cons. 77. n. 8. lib. 3.* & alij Doct. quos refert, & sequitur *Farinac. de pœn. temper. d. quæst. 92. nu. 103.* vbi dicit, hanc esse communem Doct. opinionem, & in *d. cons. 66. num. 7. & seq.* cum quibus pertransit *Guazzin. d. defen. 33. cap. 17. sub nu. 1.* quicquid fortè dicendum sit in atrocissimis, vt per *Adden. ad Farinac. d. cons. 66. litera A.* & benè declarat *Farinac. d. q. 92. nu. 106. & seq.*

3 Et in crimine hæresis, quod dicitur crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & est grauius quocumque alio crimine, vt not. *Farin. de hæresi quæst. 197. num. 6. & Caren. de Offic. S. Inquis. par. 2. tit. 1. in prin.* esse minorandam pœnam ratione minoris ætatis, nisi minor esset hæreticus pertinax, & impœnitens, voluerunt *Farinac. de hæresi. quæst. 194. num. 32. Sousa in Aphoris. Inquis. lib. 3. cap. 32. num. 18.* benè *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 2. tit. 7. num. 84. & par. 3. tit. 9. num. 25.* qui alios dant concordantes.

4 Quæ adeò vera sunt, vt Iudex in facti contingentia teneatur minori delinquenti ratione minoris

noris ætatis pœnam minorare, ita vt illam non minorando dicatur grauare partem, & sic ab eo possit appellari *Angel. de Malefi. in d. verbo Scienter, & dolosè num. 12. in fin.* vbi dicit, hoc esse beneficium minori a lege concessum, quod ei auferri non potest *Ant. Gomez variar. resol. tom. 3. cap. 1. num. 63. Odd. de restit. in integr. quæst. 80. n. 93.* vbi restatur de communi opinione, cum alijs, quos refert, & sequitur *Farin. de pœn. temper. d. quæst. 92. num. 163. & seq.* vbi dicit, hanc opinionem esse magis communiter receptam per Doct. & ab ea in iudicando non esse recedendum, etiam quod delicta sint grauia, atrocia, & atrociora, vt ibi per eum.

5 Hinc videmus, vt nec etiam exempla deesse videantur, ita pluries fuisse in facto seruatum, & præcipuè in Bernardo Ciucio Romano confesso de complicitate parricidij, cui ob minorem ætatem, erat enim annorum decem, & septem, prout est Inquisitus, de quo agitur, fuisse commutatam pœnam ordinariam mortis in extraordinariã, cõsulto Clemente Octauo Pont. Maxim. refert *Farinac. de pœn. temper. d. quæst. 92. nu. 108.* licèt alias concurrisse circumstantias, referant *Adden. ad Farinac. dict. cons. 66. litera A. lib. 1.*

6 Nec non in Iacobo Bello de Assisio ætatis annorum decem, & septem, vt pariter in casu nostro, inquisito pro copula carnali cum Moniali professa intus Monasterium, cui fuisse pariter minoratam pœnam, annuente Paulo Quinto Pont. Maximo, refert *Guazzin. d. defens. 33. cap. 17. sub num. 1.*

7 Et alteri minori ætatis annorũ decem, & octo circiter inquisito de homicidio proditorio cum derobatione ad stratam publicam fuisse in Ciuitate Cremonæ de anno 1636. de mandato Excellentissimi Senatus Mediolani minoratam pœnam refert *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 9. num. 22.* vbi dicit, in Dominio Mediolani Excellentissimum Senatum solere semper pœnam minuere minoribus annorum decem, & octo, vt in casu nostro.

8 Nec non annis elapsis Domino N. de Vrbino minori annorum decem, & octo pro homicidio commisso in d. Ciuitate Vrbini in personam cuiusdam Scolaris fuit minorata pœna ordinaria, ratione minoris ætatis, in extraordinariam per Excellentissimum D. Prætorem d. Ciuitatis, approbato eius voto per Excellentissimos DD. Auditores Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Card. Legati Vrbini, vt audiui, & plures casus, in quibus minoribus delinquentibus ratione minoris ætatis fuit minorata pœna, referunt *Ludo. d. decis. Lucen. 17. num. 42. & seq. & Farinac. d. cons. 66. num. 7. & seq.* quos breuitatis gratia non refero.

9 Quibus eò magis locus esse debet, stãte Decreto q. Serenissimi Ducis Vrbini expressè mandãte, quod maiores decimo nono anno in delictis habeantur pro maioribus, & quod possint pro delictis puniri, ac si essent maiores vigesimo quinto anno, ergò a contrario minores vigesimo anno non habentur pro maioribus, & pro delictis per eos commissis puniri non possunt pœna ordinaria, qua puniuntur maiores, vt argumentantur *Soc. Sen. cons. 157. num. 11. lib. 2. & Bossi. in pract. crim. in tit. de Decret. Mediolan. n. 27. & in tit. de confess. num. 69.* quos refert, & sequitur in his terminis *Farinac. de pœn. temper. d. quæst. 92. num. 182.*

10 Ita vt cum habeamus casũ Decreti, ab eo nõ sit recedendum *Bald. in l. gallus 29. §. si eius in secundo not. ff. de liber. & posth. Aldou. cons. 1. num. 27. Ciriac. contro. 176. nu. 25. Rota apud Posth. de manut. decis. 647. num. 63.*

11 Maximè cum leges, & Decreta Principis habentis iurisdictionem perpetuam, pro vt habebat Serenissimus Dux Vrbini, eo sublato, vel mortuo, non censeantur sublatæ, sed adhuc durent, nisi per successorem expressè sint abolitæ *l. 2. §. nouissimè, & §. exactis ff. de orig. iur. Bald. in cap. translato 3. num. 4. vers. item populus de constit.* quem refert, & sequitur *Hond. cons. 13. n. 17. lib. 1.* imò successorem in Principatu etiam per deuolutionem teneri seruare ea, quæ præcessor fecit, vel concessit ex natura, vel consuetudine officij, & administrationis, post *Bald. Ias. Frece. Schrad. Intrig. Brun. Gabr. & Accac.* per eum relatos scripsit *Ciriac. contro. 204. num. 95.*

Quod non solùm non verificatur in casu nostro, sed imò constat de contrario, cum Decreta Ducis Vrbini fuerint per Vrbanum Papam Octauum post mortem ipsius Ducis expressè confirmata, vt apparet ex ipsius Diplomate, & admittit *Rota in Eugubina diuisionis 13. Maij 1658. coram R. P. D. Beuilacqua 9. non afficit, quod &c.*

12 † & sic dici possunt Papalia *Grat. cons. 69. n. 19. lib. 1. Ceph. cons. 463. n. 34. lib. 4.* facit *Aldou. cons. 100. num. 54. Rot. apud Greg. XV. decis. 267. num. 6.*

Neque aliquod fundamẽtum fieri potest pro parte Fisci super Bulla Pij Papæ Quarti incipien. *Licèt dudum &c.* in qua mandatur, quod homicidis ætas annorum viginti non prosit, dummodò sint maiores decimo quarto anno, quam refert *Farinac. de pœn. temper. quæst. 92. n. 185.* quia, omissis declarationibus, quæ ad dictam Bullam afferuntur per *Hond. cons. 99. num. 48. lib. 1. per Farinac. d. quæst. 92. nu. 188. & per*

13 *Guazzin. d. defen. 33. cap. 17. sub nu. 3.* † quia, inquam, Bulla prædicta loquitur de minoribus homicidis, & ideò, vti loquens in casu speciali, tanquam pœnalis, & iuris communis correctoria venit strictè intelligenda, & non potest extendi.

tendi ad alios casus in ea non expressos, vt in casu nostro, vt tradunt *Cartar. de execut. sent. capt. banni. cap. fin. num.* 230. *& seq. Farinac. d. cons. 66. nu.* 10. *lib.* 1. & benè declarat idem met *Farinac. d. quæst.* 92. *num.* 187. vbi dicit, falsam esse assertionem *Ioseph. Ludo.* quod dicta Bulla loquens de homicidio extendatur ad alios casus in ea non expressos, vt ibi per eum, & sentit etiam *Vermiglio. cons.* 71. *in fin.* & vigore dictæ Bullæ non posse homicidam condemnari in contumacia in pœnam ordinariam, attestatur *Farinac. cons.* 121. *num.* 29. *lib.* 2.

14 Secundò dicta Bulla non habet locum contra inquisitum de auxilio, consilio, vel participatione, prout supponitur prætendi contra nostrum Inquisitum, vt post *Corn. cons.* 159. *lib.* 4. *& Cartar. in dict. cap. fin. num.* 130. *& seq.* per eum relatos tradit *Farinac. d. cons. 66. num.* 10. *& in d. tit. de pœn. temper. quæst.* 92. *num.* 188. quem sequitur *Guazzin. dict. defen.* 33. *cap.* 17. *num.* 3.

15 Neque Bulla Sixti Papæ Quinti pariter nocet, de qua meminit *Farinac. de pœn. temper. d. quæst.* 92. *num.* 186. quia illa loquitur de impedientibus, vel offendentibus Birruarios in actu persequutionis bannitorum, & hominum facinorosorum, vt ex ea est videre, & clarè sensit *Guazzin. ad defen. reorum defen.* 5. *cap.* 5. *num.* 14. *&* 15. & colligitur etiam manifeste ex Bannimentis generalibus §. 45. vbi contra offendentes Birruarios imponuntur pœnæ contentæ in Bulla Ioannis Papæ XXII., quæ est inter *Const. Marchæ lib.* 1. *cap.* 14. non autem imponuntur pœnæ contentæ in dicta Bulla Sixti Papæ Quinti; quod quidem non verificatur in casu de quo agitur, & ideò, vti pœnalis, & correctoria, non est extendenda ad alios casus, vt supra, vt benè aduertit *Farinac. d. quæst.* 92. *n.* 186. *& n.* 187. & post eum *Vermiglio. cons. crim.* 114. *num.* 2.

Imò quatenùs etiam Bullæ prædictæ casum hunc comprehenderent, quod tamen expresse ne-
16 gatur, per rationes supradictas, † cum tamen d. Bullæ dicantur factæ ad terrorem, non propterea dicuntur ligatæ manus Iudicis, quin ex ætatis miseratione pœnam ordinariam minorare valeat; ita vt illam minorando non dicatur malè facere, vt docuerunt *Hond. cons.* 99. *n.* 48. *& seq. lib.* 1. dicens, ita de anno 1583. fuisse seruatum in Ciuitate Perusiæ per D. Locumtenentem Criminalem D. Cardinalis Riarij in d. Ciuitate Legati, *Odd. de restit. in integ. d. quæst.* 81. *num.* 33. *& seq. Farinac. d. cons.* 66. *num.* 9. *& in d. tit. de pœn. temper. quæst.* 92. *num.* 190. vbi dicit, ita faciendum esse per bonos Iudices, & quod contrarium facientes malè faciunt, & quod dictæ Bullæ aliter intellectæ essent irrationabiles, & iniustę, & idem tradunt *Guazzin. d. defens.* 33. *cap.* 17. *num.* 1. *& Vermiglio cons.* 118. *num.* 8. saltem consulto Principe, quem Iudicem semper suadere debere ad pœnam minorandam, & imbecillitati ætatis aliquid condonandum, & parcendum, scribunt *Farinac. & Guazzi. in loc.* proximè adductis.

Cuius pœnæ ordinariæ minorationi locum esse debere in casu nostro, manifeste etiam colligitur ex dispositione Bannimentorum generalium §. 45. vbi pœna vitæ, & aliæ impositæ contra offendentes Birruarios non imponuntur indistinctè, sed statuuntur arbitrariæ Eminentissimo Domino Cardinali Legato secundùm qualitatē casuum, & personarum, & sic, dum statuitur, haberi respectum ad personas delinquentium, id intelligi debet de personis, quibus, ratione minoris ætatis, senectutis, sexus, & similium, pœnæ de iure veniunt minorandæ, quas recenset *Tiraq. in suo tract. de pœnis, & Farinac. in suo tract. de pœn. temper. per totum*, aliàs dicta verba *Secondo la qualità de casi, e delle persone* essent superflua, & nihil operarentur, quod non est dicendum *l. si quando* 112. *in prin. ff. de lega.* 1. *cap. si Papa* 10. *de priuil. in* 6. *Hond. cons.* 60. *num.* 4. *lib.* 1. *Barbo. in loc. comm. argum. loco* 109. *D. Andreol. contro.* 6. *nu.* 16.

De ætate autem minori D. Vincentij inquisiti, omisso, quod apparet ex fide ætatis eiusdem in iudicio exhibita per adm. Reu. D. Ioannem Mattiam eiusdem fratrem, vti innocentiæ defenso-
17 rem illius, † quod de iure fieri posse, testantur *Farinac. de var. ac diuer. quæst. quæst.* 99. *num.* 230. *& numer.* 239. vbi testatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, *& Guazzin. ad. defen. reor. defens.* 12. *cap.* 1. *num.* 54. maximè cum dicta fides non tangat delictum, vt docet idem *Farinac. d. quæst.* 99. *num.* 211. *& num.* 249. *& num.* 250. vbi alios quamplures adducit concordantes.

Hoc, inquam, omisso, cum id non sit omninò tutum, stante dispositione Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini expresse prohibentis exhibitionem dictarum attestationum ad fauorem reorū contumacium, neque per ipsum Patrem, plenè tamen constar de minori ætate Inquisiti in casu nostro ex depositione duorum testium examinatorum ad eius instantiam pro relatione facienda de commissione Eminentissimi D. Car-
18 dinalis Legati, † quam in omni materia sufficientem dici, negari nullo modo potest *l. vbi numerus* 12. *ff. de testi. cap. in omni negocio* 4. *cap. licèt vniuersis* 23. *de testi. Mascar. de prob. in præfat. quæst.* 5. *num.* 117. *lib.* 1. latè *Magdal. de numero testi. cap.* 1. *num.* 1. *& seq. Farinac. de testi. quæst.* 63. *nu.* 232. vbi dat concordantes.

Quibus non obstat, quod depositiones dictorum duorum testium pro relatione examinatorum nō dicantur de actis, ex verbis eiusdē Rescripti Eminentissimi D. Cardinalis Legati ibi *Et extra*

acta

acta persona qualitatem &c. & sic intret vulga-
19 re illud, † quæ sunt extra acta sunt extra mun-
dum *Adden. ad* Greg. *XV. decis.* 224. *num.* 6.
Rota in Romana pecuniaria 23. *Martij* 1648. *co-
ram R. P. D. Meltio §. ad augendum &c.*

Quia, cum de tempore fabricati processus contra
dictum Inquisitum testea inducti ad faciendam
relationem super ætate eiusdem, & alijs quali-
tatibus adhuc non essent examinati, merito in-
formationes prædictæ erant sumendæ extra
acta iam facta, & rescriptum benè dicit, hodiè
verò, quo depositiones ipsorum testium super
ætate Inquisiti, & aliis qualitatibus eiusdem
sunt receptæ, vel sunt de actis eiusdem causæ,
20 vel de accessoriis illorum, & illis annexæ, † &
ideò de eis, vti de ijsdem actis, est iudicandum
cap. accessorium 42. *de reg. iur. in* 6. *l. cum prin-
cipalis* 139. *& ibi Dec. & Cagnol. ff. eod. tit.
Hond. cons.* 30. *num* 44. *& cons.* 91. *num.* 14.
lib. 1.

21 Secundò, quia etiam acta facta in vno iudicio
probant contra Fiscum, dum in eis fuit citatus
l. 2. *C. de eden.* Rota *apud* Greg. *XV. decis.* 252.
num. 5. *D. Andreol. contro.* 181. *n.* 3.

22 Tertiò, quia acta facta in vno iudicio faciunt
saltem semiplenam probationem contra tertiū
23 *Vinc. de Franch. decis.* 158. *nu.* 4. *&* 8. † pro-
batio autem semiplena habetur pro plena ad
fauorem Inquisiti, & fauore defensionis, vt post
*Anear. Io. de Amic. Hora. Lut. Crau. Natt. &
Mascar.* per eum relatos probat *Farina. cons.* 79.
num. 25. *lib.* 1. & post eum *Guazz. ad defen.
24 reor. defens.* 29. *cap.* 3. *num.* 4. † cum defensio
probetur per præsumptiones dubias, & minùs
concludentes, & minùs legitimè probatas, vt
post *Natt. Mascar. Plot. Vulpel. Simo. de Prat.
Engen. Hond. Adden. ad Farinac. Caball. & Fa-
rinac.* per eum relatos firmat *Guazz. d. cap.* 3.
num. 3. *&* 4.

25 Quartò, quia acta facta in vno iudicio pro-
bant etiam in alio contra tertium circa statum
personæ, puta, consanguinitatem, ætatem, fi-
liationem, quod sit hæres, & similia *Soc. Sen.
reg.* 7. *limit.* 5. *Ripa in l. is, apud quem* 2. *sub nu.*
37. *C. de eden. Surd. decis.* 289. *sub num.* 17.
Io. Franc. de Ponte cons. 90. *nu.* 7. *vol.* 1. quos
refert, & sequitur *Ciriac. contro.* 334. *num.* 7.
26 *Posti. de manut. obser.* 87. *in fin.* † & de senten-
tia super statu, quod probet quo ad omnea, tra-
dunt *Alba. cons.* 355. *nu.* 5. *D. Andreol. contro.*
134. *num.* 26. *Rot. apud Duran. decis.* 8. *nu.* 5.
& decis. 457. *num.* 2. *& apud* Merli. *de pigno.
decis.* 31. *& decis.* 82. *in fin.*

Secundò principaliter dicto Inquisito venit mino-
randa pœna ordinaria, quia prætensum deli-
ctum, vt mihi in facto supponitur, non proba-
tur per veras probationes, sed tantùm per præ-
27 sumptiones, & coniecturas, † quo casu reum
non posse condemnari pœna ordinaria, sed ex-
traordinaria tantùm, in confesso est apud om-
nes, vt, relictis antiquioribus, tradunt *Clar. in
prac. crim. § fin. quæst.* 20. *vers. scias tamen &c.*
vbi testatur de communi opinione *Ant.* Gomez
var. resol. tom. 3. *cap.* 3. *num.* 45. *& ibi Adden.*
de magis cōmuni opinione attestantes *Mascar.
de prob. concl.* 1221. *n.* 55. *& seq. lib.* 3. *Menoch.
de arbitr. casu* 370. *num.* 6. *Surd. cons.* 132. *nu.*
94. *vol.* 1. latè *Farinac. de reo confes. & conuic.
quæst.* 86. *num.* 110. *& seq.* quamplures addu-
cens concordantes, & attestans de veriori, ma-
gis communi, & practicata opinione, *& cons.*
82, *in prin. & ibi Adden. litera A. lib.* 1. *Guazz.
ad defen. reor. defen.* 33. *cap.* 14. *n.* 13. *&* 14.
vbi loquitur etiam stātibus indicijs indubitatis,
& latè comprobat *Giurb. cons. crim.* 2. *nu.* 31. *&
cons.* 4. *num.* 19. *& cons.* 58. *num.* 9. alios ad-
ducens ita sentientes, ita vt dubitandum non
sit, hanc esse magis receptam Doct. opinionē.

28 Cum generale sit, in pœnalibus probationem
requiri, non præsumptionem *Paris. cons.* 89.
num. 38. *lib.* 2. *Mazzol. cons.* 6. *nu.* 15. *Hond.
cons.* 72. *num.* 26. *lib.* 1. *Rimi. Iun. cons.* 424.
nu. 31. *&* 32. quos refert, & sequitur *Giurb. d.
29 cons.* 58. *num.* 9. † & Iudicem temperare mul-
tum debere sententiam suam, quando reum cō-
demnat ex præsumptiuis probationibus, post
Marsil. Cagnol. Gram. Placam. & Ant. Gomez
per eum relatos pro regula tradit *Farinac. de
indic. & tortu. quæst.* 52. *num.* 66.

Verùm quia conclusio prædicta, licèt vera in se, nō
tamen benè adaptari posse videtur casui no-
stro, cum illa habeat locum in reo præsente,
in quibus terminis loquuntur Doct. supra ad-
ducti, non autem in reo contumace, vt in casu
nostro, contra quem, quicquid sit de iure com-
muni, in Statu tamen Ecclesiastico vigore Bul-
læ Pij Quinti ad illum condemnandum etiam
in pœnam ordinariam sufficiunt indicia legiti-
ma ad transmittendam inquisitionem, vt do-
cent *Farinac. de inquis. quæst.* 11. *num.* 16. *vers.
a quibus omnibus &c. & num.* 79. *& Cartar. de
execut sent. capt. bann. cap. fin. num.* 58. & plu-
ribus sequen.

Quod tamen in casu nostro locus esse debeat mi-
norationi pœnæ ordinariæ, vt supra, alio fortio-
ri vtor fundamento, nempè, quia Birruarius
offensus fuit vnico vulnere in rixa a pluribus,
30 & nescitur a quo, † quo casu non intrat pœna
ordinaria, sed omnes delinquentes puniuntur
pœna extraordinaria, vt ex Modernioribus tra-
dunt *Rola. cons.* 63, *num.* 12. *lib.* 2. vbi dicit, ita
Parmę fuisse executum *Surd. cons.* 40. *num.* 43.
lib. 1. *Turret. cons.* 12. *n.* 28. *lib.* 2. *Ant.* Gomez
var. resol. tom. 3. *in tit. de homic. num.* 36. *in fin.
vers. quarta conclusio,* vbi dicit, ita obtinuisse in
Ciuitate Salmanticen. liberando quendam In-
quisitum

quisitum a pœna mortis, vt ibi per eum, *Andr. Gail. pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 109. *num.* 10. *Menoch. de arbitr. iud. casu* 362. *num.* 9. *& seq. Peguer. decis. crim.* 14. *nu.* 6. *Farinac. cons.* 116. *nu.* 14. & latè comprobat *de pœn. temper. q.* 96. *n.* 21. *& seq.* vbi quamplures adducit de communi, magis communi, & veriori opinione attestantes, *Guazzi. de treg. & pac. par.* 1. *q.* 9. *num.* 24. vbi aliquos contrarium sentientes increpat, pleniſſimè *Giurb. conſ. crim.* 2. *num.* 2. *verſ. quarta eorum &c.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & hanc opinionem dicit veriorem, & in practica ſeruatam per Magnam Regiam Curiam, vt ibi per eum.

31 Quibus non obſtat replicatio, quod concluſio prædicta habeat locum in reis præſentibus, non autem in contumacibus, vt in caſu noſtro, quo caſu, dum agitur de transmittenda eis inquiſitione, licèt delictum fuerit a pluribus in rixa commiſſum, & ignoretur a quo, omnes tamen inquiruntur de delicto, dicendo, quod vnus, aut plures vulnerauerunt, neminem nominando pro delinquente, & quod alij auxilium præſtiterunt, &, non comparentes, omnes in pœnam delicti ordinariam condemnantur, vt voluerūt *Clar. in pract. in §. homicidium verſ. ſed incidenter quæro Cartar. de execut. ſent. capt. banni. cap. fin. num.* 234. *& ſeq.* & alij, quos referendo ſequi videtur *Farinac. in d. tit. de pœn. temper. quæſ.* 96. *num.* 61.

32 Quia, omiſſo, quod dicta replicatio non eſt omninò tuta, cum ipſemet *Farinac.* illam abſolutè non approbet, dum ſe remittit ad Doct. per eum adductos, vt ex eo videre eſt, & cum Doct. per eum adducti diuerſimodè loquantur, vt in puncto aduertit *Giouangno. conſ.* 87. *in prin. verſic. hac enim concluſio &c. lib.* 1. vbi ſubiungit, dictam concluſionem abſolutè, & ſimpliciter intellectam non procedere, vt ibi per eum.

33 Quia, inquam, cum ex proceſſu informatiuo, vt mihi in facto ſupponitur, & ex indicijs, & præſumptionibus ex illo reſultantibus appareat, explosionem archibuſatæ contra Birruarios caſu, & ex improuiſo ſequutam eſſe, cum vnico vulnere illato ab incerto ex certis, non autem præmeditatè, & ex propoſito, dicta replicatio non procedit, & Iudex ſolùm in dicto caſu procedere poteſt contra contumaces ad pœnam extraordinariam, non autem ad ordinariam mortis, vt poſt *Cartar. de exequ. ſenten. capt. banni. in præf. num.* 49. *&* 55. *& in d. cap. fin. num.* 40. *& ſeq.* & alios per eum relatus latè comprobat *Giouagno. d. conſ.* 87. *verſ. ſi autem contumaces &c.*

Quia, licèt contumax habeatur pro confeſſo, & doloſo, id tamen non habet locum, quando ex proceſſu per indicia, & coniecturas apparet de contrario, cum tunc veritas præferatur præſūptioni ex ipſa contumacia reſultanti, vt ſcribit idemmet *Gionagno. ibi.* omninò videndus.

34 Maximè, quia cum non præceſſerit conſiliū, & tractatus inter Inquiſitos, ſed omnes rixæ ſequntæ caſu interfuerint, non poteſt Iudex procedere contra vnum, vti principalem, & contra alios, vti auxiliatores, vt poſt *Marſil. conſ.* 24. *num.* 11. *& conſ.* 25. *num.* 8. per eum relatum docet *Gionagno. d. conſ.* 87. *verſ. ſecundò principaliter*, vbi ideò ſubiungit, ad formandum inquiſitionem in dicto caſu neceſſarium eſſe conſtare, quiſnam fuerit principalis certius alias contra auxiliatores procedi non poſſe, benè, & doctè comprobans, & ſic applicari non poteſt replicatio, de qua ſupra. *num.* 31.

35 Quam pœnæ ordinariæ commutationem licèt fieri non poſſe in pœnam corporis afflictiuam, ſed in aliam mitiorem, pecuniariam, exilij, relegationis, ſeu carceris, vel ſimilem, voluerint Rola. *Bertaz. Rimi. Iun. Farinac. Caball. Marc. Ant. Maceraten. & alij*, quos refert & ſequitur *Guazzin. ad defen. reor. d. defen.* 33. *cap.* 17. *nu.* 4. vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam, concluſionem, & a Doct. magis communiter

36 receptam, † & alij de conſuetudine illam eſſe poſſe etiam corporalem, tenuerint, quos refert idem *Guazzin. d. cap.* 17. *num.* 4. *verſ. ſed quicquid ſit &c.* contra quos acriter inſurgit *Guazzin. loc. cit. num.* 4. *verſ. ſed aduerſus &c.*

37 Hoc tamen certum eſt, quod quomodocumque minuatur pœna ordinaria vitæ, & deueniatur ad pœnam extraordinariam, nunquam locus eſſe poteſt confiſcationi bonorum, nec in totum, nec in partem contra d. Inquiſitum, vt poſt *Bald. Deci. Alex. Carpa. Menoch. Batard. & Peregr.* per eum adductos tradit *Farin. conſ. crim.* 185. *num.* 71. *vol.* 2. & poſt *Bald. Ploc. Marſil. Put Alex. Menoch. Baiar. & Carpa* pariter per eum adductos firmat *Guazzin. de confiſcat. bono. conclu.* 13. *limit.* 7. *num.* 2. & poſt eum benè, ac latè comprobat *Giurb. conſ. crim.* 58. *n.* 8. *& ſeq. & Vermigliol. conſ.* 108. *num.* 9. *Maſſi. de confiſca. cap.* 3. *num.* 49.

38 Minorata enim pœna ordinaria mortis in extraordinariam, bonorum quoque confiſcationem ſublatam eſſe, dixit *Niger. Camp. R. N. cap. frequens* 7. *ſub num.* 88. *verſ. ponè aliquis*, quem refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ.* 58. *n.* 15.

39 Cum conſicatio a pœna mortis pendeat, vt dicit *Giurb. ibi num.* 19. ſubiungens, quod ſententia aliter lata eſſet nulla ipſo iure, & idem ante eum voluit *Thob. Nonis conſ.* 104. *num.* 3. & ita declaratum fuiſſe per Senatum Mediolani, quod in caſibus, in quibus minoratur pœna ordinaria, a pœna cōfiſcationis bonorū omninò abſtinendū erit, teſtantur *Rugginel. prac. quæſ. q.* 35. *n.* 69. *& Giurba* illum referendo *d conſ.* 58. *num.* 16. *& Vermiglio. d. conſ.* 108. *n.* 4. *& ſeq.*

Hinc Doct. relati per *Guazz. d. cap. 17. num. 4.* & ipsemet *Guazzin.* ibi, dum agunt de minoratione pœnæ ordinariæ in extraordinariam, nullam faciunt mentionem de pœna confiscationis bonorum, quod consultò quidem id fecisse, dicendum est, dum illa de iure, minorata pœna ordinaria, indici non potest, vt tradunt Doct. adducti supra *num. 37.* & *seq.* & nouissimè *Massin. de confiscat. quæst. 3. num. 49.*

40 Quibus omnibus eò magis locus esse debet, cum dicta opinio sit æquior, & benignior, & ideò in pœnalibus sit magis sequenda *Grat. cons. 2. num. 68. vol. 1. Caph. cons. 93. num. 6. lib. 1.* latè *Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 28. nu. 116. Caluin. de aquis. lib. 1. cap. 4. n. 5. & seq.*

41 Et cum in dubio sit iudicandum contra Fiscũ vulgata *l. non puto 19. ff. de iure Fisci, Gabr. cons. 181. num. 26. lib. 1. Odd. cons. 38. n. 96. Caph. cons. 321. num. 62. lib. 3. Hond. cons. 94. n. 27. lib. 2.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Giurb. cons. crim. 34. num. 33. Caluin. de aquis. lib. 2. cap. 174. in prin.*

Quarè &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit per Excellentissimum D. Prætorem Ciuitatis Callij, qui condemnauit dictum Inquisitum in pœnam triremium tantùm de anno 1658. mensis Iunij cum voto Perillust. & Excellentissimorũ DD. Auditorum Eminentissimi Cardinalis Legati Vrbini. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Maritus, seù consanguineus eximens vxorem, seù cõsanguineum de manibus Curiæ an veniat puniendus pœna ordinaria Bullæ Sixti Quinti, vel pœna extraordinaria. Amor, iustus dolor, & similes an faciant minorare pœnam in delictis. Mulier reperta cum armis prohibitis an sit punienda pœna ordinaria bannimentorum, vel mitiùs, seù veniat in totum excusanda.

S V M M A R I V M.

1 *Eximens captum è manibus Curiæ punitur pœna vitæ, & confiscationis bonorum vigore Bullæ Sixti Papæ Quinti.*

2 *Pœna Bullæ Sixti Papæ Quinti contra eximentes captos è manibus Curiæ habet tantùm locum, quando eximitio fit ad effectum lædendi Maiestatem Principis, secùs si fiat ex amore, iusto dolore, & similium.*

3 *Amori intimo, seù iusto dolori resistere difficile est.*

4 *Amoris ex causa pœnæ temperandæ sunt.*

5 *Amor ebrietati æquiparatur.*

6 *Amor furori æquiparatur.*

7 *Amor priuat deliberatione amantem.*

8 *Pœna ex causa ebrietatis, & furoris emolliũtur.*

9 *Delinquens ex causa amoris, maximè valdè intensi, mitiùs puniri debet.*

10 *Amor magnus intercedit inter virum, & vxorẽ.*

11 *Delinquens ex causa iusti doloris mitius venit puniendus.*

12 *Homo iusto dolore permotus non est in plenitudine intellectus.*

13 *Zelotypia nulla ex animi perturbationibus est vehementior.*

14 *Vir, et vxor sunt correlatiui.*

Et ideò nõ debent ad imparia iudicari. n. 15.

16 *Vxor eximens virum è manibus Curiæ punitur tantùm pœna extraordinaria.*

17 *Bulla Sixti Papæ Quinti contra eximentes è manibus Curiæ captos, vti exorbitans, et pœnalis, est restringenda, vt corrigat ius commune minùs, quàm fieri potest.*

Maximè, cum dicta Bulla dicatur facta ad terrorem, et ideò non sint ligatæ manus Iudicis contrarium iudicandi. num. 18.

19 *Opinio æquior, et benignior in pœnalibus est sequenda in iudicando, et num. 32.*

20 *Bannimenta prohibentia delationem armorum, comprehendunt etiam mulieres.*

21 *Statutum prohibens, aliquem ire de nocte sinè lumine, ligat etiam mulieres.*

22 *Bannimenta prohibentia delationem armorum, non comprehendunt delationem momentaneã.*

23 *Statutum prohibens aliquid fieri cum verbis, non* audeat, nec præsumat, *requirit dolum.*

24 *Dolum, et fraudem ad euitandum omnis alia præsumptio est capienda.*

25 *Dolus non præsumitur in muliere.*

26 *Mulieres non puniũtur pro delatione armorum.*

27 *Arma ligata deferens, ita vt cum illis nemo offendi possit, non punitur de delatione armorum.*

28 *Bullæ Pij Quarti, et Quinti prohibentes retentionem archibusettorum domi non comprehendunt retinentes archibusettum inutile, et non aptum ad nocendum.*

29 *Mulier, vti minus habens rationis, quàm viri, in pœnalibus vel excusatur in totum, vel mitiùs est punienda.*

30 *Mulier minùs habet rationis, quàm masculus.*

Et ideò minùs peccare dicitur, quàm masculus. num. 31.

33 *Iudicandum in dubio est contra Fiscum.*

ALLE-

ALLEGATIO LXXXVII.



Xcellentissime Domine. Ioannes
aliàs Scarpone de Villa Burani, Ter-
ritorij Ciuitatis Eugubij inquisitus
de eximitione per eum facta in Ter-
ra Cantiani de D. Magdalena eius
vxore de manibus Baroncelli eiusdē
Terræ, qui illam, vti inuentam cum terzanello
1 sub vestibus, ducebat ad Carceres, † licèt prima
faciē videatur condemnandus in pœnam ordi-
nariam vitæ, & cofiscationis omnium bonorum
ex dispositione Bullæ Sixti olim Papæ Quinti,
de qua habetur *per Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 32. num. 5. & seq. & per Guazzin. ad de-
fen. reor. defen. 5. cap. 5. per tot.*
Contrariū tamen pronunciandum esse sentio, imò
illum cōdemnandū esse in pœnam extraordina-
2 riam tantùm ex illa conclusione, † quod dispo-
sitio dictæ Bullæ non habet locum, quando ex-
imitio non fit ad effectum lædendi Maiestatem
Principis, sed ex amore proueniente præcipuè
ex coniunctione sanguinis, vel ex iusto aliquo
dolore, quia tunc, ratione maximæ affectionis,
3 vel intensi doloris, † cui resistere difficilè est, vt
dicit *Bald. in l. precibus 6. num. 21. C. de impub. & alijs subst.* quem referendo sequitur, *Farinac. de pœn. temper. quæst. 98. nu. 79.* intrare solùm
pœnam extraordinariam, & leuiorem, voluerūt
de æquitate Doct. & præcipuè Rimi. *Iun. inter cons. crim. diuer. cons. 135. num. 25. Decia. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 11. num. 6. & 12. Canalca. de Brach. Regi. par. 2. num. 99. & seq.*
qui loquuntur de filijs eximentibus Patrē *Clar. in pract. crim. § fin. quæst. 29. num. 5. in fin.* vbi
loquitur de vxore eximente virum de manibus
Satellitum excusanda a pœna ordinaria ratione
intensi amoris, quo illum prosequitur, subiun-
gens, ita in contingentiā facti fuisse iudicatum
per Excellentissimū Senatum Mediolani *Guazz. ad defen. reorum defen. 5. cap. 5. num. 20. & seq. & num. 29.* vbi agit de consanguineis eximen-
tibus consanguineos, & de patre eximente filiū,
& de vxore eximente virum, *Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 30. numer. 118.* vbi loqui-
tur de filio eximente patrem, quòd solùm intret
pœna extraordinaria, *& quæst. 32. n. 79.* & idem
latè firmant *Caren. de Off. S. Inquis. par. 2. tit. 12. nu. 87. & seq. & Calm. de æquit. lib. 1. cap. 17. num. 6.* loquens in coniuncta persona eximente
coniunctam, & de vxore eximente pariter vi-
rum è manibus Satellitum excusanda a pœna
ordinaria, vt ibi per eum, ita vt meritò hæc
opinio dicenda sit communiter recepta per
Doctores.
4 Ratione enim amoris, & præcipuè valdè in-
tensi, qualis intercedit inter virum, & vxorem,
vt infra dicetur, pœnas temperandas esse, in
confesso est apud omnes, & tradunt præcipuè
Oldra. cons. 210. n. 14. latè *Tiraq. de pœn. temper. causa 4. num. 1. & seq. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 60. vers. est & amor, Menoch. de arbitr. Iud. casu 328. num. 1. & seq. Farinac.* latè com-
probans *de pœn. temper. quæst. 98. n. 77. & seq.*
prout etiam facit *Giurba cons. crim. 47. nu. 8. 9. & seq.* vbi probat, amorem excusare a pœna
ordinaria in crimine heresis, raptus, libelli famo-
si, in crimine osculi illati puellæ, & in alijs quā-
pluribus, vt ibi per eum, & latiùs *Nouar. de elect. fori sect. 2. quæst. 35. per tot.*
5 Cum amor ebrietati æquiparetur *§. fin. & ibi glos. Inst. de success. subl. Ant. Gomez var. resol. tom. 2. cap. 14. num. 28. in fin. Farinac. vbi su-
pra num. 77. Giurb. d. cons. 47. num. 18. in fin.*
& facit illud *Ecclesiast. cap. 19. vinum, & mulie-
res apostatare faciunt sapientes. Nouar. d. quæst. 35. sub num. 5.*
6 Imò amorem furori æquiparari, probat benè
tex. *in cap. cum in iuuentute 15. de præsumpt. & in §. illud Auth. quibus mod. natur. effic. legit.* &
tradunt *Caroc. decis. 124. nu. 4. Tiraq. de pœn. temper. d. causa 4. Farinac. de pœn. temper. d. quæst. 98. num. 77. Negus. Iun. cons. 370. num. 28.*
latè comprobat *Giurb. d. cons. crim. 47. nu. 8. & seq. & num. 18.* & cecinit Poeta Mantuanus
4. Æneid.

Vritur infelix Dido totaque vagatur.
Vrbe furens &c. *Nouar. vbi supra.*

7 Amor enim priuat deliberatione, cum amoris
violentia operetur, quod quis mentis suæ com-
pos dici non possit *Lopez in rub. de donat. §. 28. n. 6. Ricci. in prax. decis. 682. n. 6.* quos refert, &
sequitur *Giurb. d. cons. 47. n. 8. & seq. & Nouar. d. quæst. 35. num. 4.* & amoris impetum omni-
bus aliis vehementiorem esse, scripserunt *Bald. in. l. precibus 6. num. 21. C. de impub. & alijs, subst. Tiraq.* benè comprobans *de pœn. temper. d. casu 4. num. 2. in fin. Bocr. decis. 23. num. 75. & seq.* cum quibus pertransit *Farinac. d. quæst. 98. n. 79.* & latè firmat *Nouar. d. quæst. 35. per tot.*
8 Vndè, sicut ignoscitur ebriis, furiosis, aliisq;
delinquentibus aliqua subita animi turbatione,
ira, vel impetu commotis, vt latè comprobat
Farinac. in d. suo tract. de pœn. temper. & Giurb.
9 *in. d. cons. crim. 47. per tot.* † sic etiam, & igno-
scendum esse, saltem ad effectum, vt mitiùs pu-
niatur, ei, qui amoris impetu delinquit, vt tra-
dunt *Oldra. cons. 210. num. 14. Tiraq. de pœn. temper. d. casu 4. num. 1. & seq. Clar. in pract. crim. d. quæst. 60. vers. est & amor &c. Menoch. de arbitr. d. casu 328. num. 1. & seq.* nec non
Alberi. Peguer. Monal. Bursatt. Suarez, et alij,
quos refert, & sequitur *Farinac. d. quæst. 98. nu. 80.* cum quibus pertransit nouissimè *Vermigli. cons. crim. 43. n. 3. et Nouar. d. quæst. 35.*

10 Quod verò inter virum, & vxorem magnus
adsit amor, & ille quidem intensus, ipsa experiē-
tia rerum magistra docet *cap. quam sit 6. de elec.*
in 6. Calui. de æquit. lib. 2. cap. 151. num. 3. &
scribit *Farinac. de testibus quæst. 54. num. 212.*
& facit illud Poetę *Omnis amor magnus, sed aper-*
tè in coniuge maior, & illud *Genesis cap. 2. in fin.*
et Matthæi cap. 19. Relinquet homo patrem, et ma-
trem, et adhærebit vxori suæ, ita vt *Petr. Greg.*
Tholos. scriptum reliquerit in suo syntag. iur.
vniuer. *lib. 11. cap. 4. n. 15.* Deum Opt. Max.
creasse mulierem de costa Adæ ad hoc, vt vir
magis diligeret mulierem, cum congnosceret,
eam ex se esse productam, & idem tradit *Calui.*
de æquit. lib. 2. cap 166. num. 40. & seq. benè
comprobans, & quamplura adducens exempla,
& tradit etiam *Neuiz. in sylu. nupt. lib. 3. n. 10.*
11 Confirmantur prædicta, quod ratione etiam
iusti doloris delinquens mitius venit puniendus,
vt adnotarunt post *tex. in l. si quis in graui. 3. §.*
maritus ff. ad Syllan. & in l. si adulterium cum
incestu. 38. §. Imperator ff. ad leg. Iul. de adult.
Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 60. vers. sed hic
quæro &c. Farinac. de pœn. temper. quæst. 91.
num. 5. latè *Tiraq. de pœn. temper. causa 1. n. 1.*
& seq. Calui. de æquit. d. cap. 17. nu. 9. Giurb.
d. cons. crim. 47. num. 8 & seq. nouissimè *Ver-*
miglio. cons. crim. 43. num. 3. vbi dicit, delin-
quenti iusto calore iracundiæ, dolore, vel ti-
more esse pœnam minuendam, vt ibi per eum.
12 Cum homo intenso dolore permotus non sit
in plenitudine intellectus *Tiraq. de pœn. tempe.*
d. causa 1. num. 1. & seq. & post *Bald. Felin.*
Abb. Deci. Carrer. Bossi. Gail. & *alios* per eum
adductos scribit *Farinac. de pœn. temper. d. q. 91.*
num. 5. quem quidem iustum dolorem adfuisse
in viro vidente eius vxorem per Birruarios ab-
duci, nemo dubitat, maximè cum suspicari etiā
potuerit, ne vxoris pudicitia per Birruarios
omnium vitiorum macula aspersos, vt dicit *Fa-*
rinac. de test. quæst. 56. num. 370. posset atten-
13 tari, † quæ certè nulla ex animi perturbationi-
bus vehæmentior est, vt quæ mentem pertur-
bet, & veluti eripiat, & in furorem redigat, & in
neces, & alia delicta impellat, vt scribit *Tiraq.*
de legi. connub. glos. 1. par. 16. num. 6. & facit
illud *Salam. Prouerb. cap. 6. zelus, & furor non*
parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusque
precibus, nec recipiet pro redemptione bona plu-
rima, ex quibus verbis colligetur, furorem, &
zelotypiam veluti quadam cognatione esse
coniunctos, vt benè animaduertit etiam *Tira-*
quel. in d. leg. 16. num. 6.
14 Addo prædictis, quod vir, & vxor sunt corre-
latiui, quorum eadem est disciplina, & dispo-
situm in vno, locum etiam habere debet in alio
Salice. in l. in rem vers. 6. num. 12. vers. quæro
secto ff. de vsur. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 175.
15 *num. 28. & cap. 199. num. 28.* † & quod vir, &
vxor non debeant ad imparia iudicari, in ter-
minis scribit *Tiraq. de legibus connub. glos. 1.*
leg. 15. numer. 168. Peregr. decis. 18. num. 12.
Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 64. nu. 77. sed om-
16 nes ferè Doct. admittunt, † quod vxor eximens
virum è manibus Satellitum debeat tantùm
pœna extraordinaria puniri, vt tradunt *Clar. in*
pract. crim. §. fin. quæst. 29. num. 5. in fin. Fa-
rinac. de carcer. & carcer. dicta quæst. 32. nu. 79.
Guazzin. ad defen. reor. defens. 5. cap. 5. nu. 20.
& latè comprobat *Caluin. de æquit. cap. 17. n. 6.*
& seq. lib. 1. qui testantur, etiam ita in contin-
gentia facti seruatum fuisse per Excellentissi-
mum Senatum Mediolani, ergò eadem dispo-
sitio debet habere locum etiam in viro eximen-
te vxorem, per supradicta, & propter rationis
identitatem.
17 Quibus eò magis locus esse debet, cum Bulla
Sixti Papæ Quinti, de qua supra, imponens pœ-
nam vitæ, & confiscationis bonorum pro exi-
mitione è manibus Curiæ, vti penalis, & exor-
bitans a iure commmuni, veniat restringenda,
vt illud corrigat minus, quàm fieri potest *Car-*
tar. de execut. sentent. capt. banni. cap. fin. num.
230. & seq. Farinac. de pœn. temper. quæst. 92.
num. 187. Guazzin. ad defens. reorum defen. 5.
cap. 5. num. 14. & seq.
18 Maximè, cum dicta Bulla dicatur facta ad ter-
rorem, ita vt non sint ligatæ manus Iudicis,
quin ex causa amoris, iusti doloris, ætatis mi-
noris, & ex alia simili causa, pœnam ordina-
riā minorare valeat, vt tradunt *Hond. cons. 99.*
num. 48. et seq. lib. 1. Odd. de restit. in integr.
quæst. 8 14 num. 33. & seq. Farinac. cons. 66. n. 9.
lib. 1. & in d. tit. de pœn. temper. quæst. 92. n. 190.
vbi dicit, ita faciendum esse per bonos Iudices,
& quod contrarium facientes malè faciunt, &
quod Bulla aliter intellecta esset irrationabilis,
& iniusta, *Guazzin. ad defen. reor. defens. 33.*
cap. 17. in prin. post medium, & idem voluit *Ver-*
miglio. cons. crim. 118. num. 8.
19 Et cum in iudicando opinio æquior, & beni-
gnior, maximè in pœnalibus, sit sequenda *Grat.*
cons. 2. num. 68. vol. 1. Ceph. cons. 93. num. 6.
lib. 1. latè *Farinac. de carcer. & carcer. quæst. 28.*
num. 116. Calui. de æquit. lib. 1. cap. 4. num. 5.
& seq. & cum in dubio contra Fiscum sit re-
spondendum, vulgata *l. non puto 10. ff. de iure Fi-*
sci cum alijs in fine adductis.
Quò verò ad D. Magdalenam vxorem Ioannis su-
pradicti inquisitam de delatione terzanelli, licèt
prima facie videatur dicendum, illam esse con-
demnandam in pœnam ordinariam Bannimen-
torum generalium prohibentium delationem
20 armorum sub pœnis, de quibus in eis, † quæ
bannimenta comprehendere etiam mulieres in
eorum generalitate arma deferentes, voluerunt

Ant.

Ant. Gabr. comm. concl. de verb. signif. concl. 6.
num. 37. & Suarez commu. opin. verbo Mulieres
num. 252. quos refert, & sequitur Guazz. ad
21 defen. reor. defen. 29. cap. 2. num. 20. † pro vt
illas compræhendere etiam Statutũ prohibens,
aliquem ire de nocte per Ciuitatem sinè lumine,
voluerunt Baiard. ad Clar. in pract. crim. §. fin.
quæst. 82. num. 55. & seq. Viui. opin. 808. n. 7.
& Farinac. de var. ac diuer. crim. quæst. 108. n.
15. quos pariter referendo sequitur Guazzin. d.
cap. 2. num. 20. in fin.

Tenendum tamen censeo, illam nullam pœnam
pro delatione prædicta incurrisse, vel saltem
valdè mitiorem, quia delatio illius, vt mihi in
facto supponitur, fuit momentanea, nempè a
Porta, vt dicitur, del Ponte Terræ Cantiani, vs-
que ad Plateam maiorem illius, & sic per spa-
22 tium trium, vel quatuor Miserere, † quo casu
delationem prædictã momentaneam non com-
prehendi sub dictis bannimentis, voluerunt Bur-
sat. cons. 141. num. 16. & seq. & num. 42. &
seq. vol. 2. & cons. 338. num. 37. lib. 3. Bertaz.
cons. 217. & cons. 219. per tot. & voluit etiam
Farin. de var. ac diuer. crim. in quæst. 108. n. 43.
cum quibus, illos referendo, pertransit Guazzin.
d. defen. 29. cap. 2. num. 17.

23 Secundò, quia cum in Bannimentis generali-
bus prohibita sit delatio terzanelli cum verbis
Audeat, & Præsumat, & prohibitio armorum
sit directa in personam, vt sit locus pœnæ, requi-
ritur dolus, vt post Bertazol. & Bursatt. per
eum relatos docet Farinac. de var. ac diuer. crim.
d. quæst. 108. num. 144. & priùs scripserat de
pæn. temp. quæst. 87. num. 32. qui omninò ex-
cluditur in delatione terzanelli, de qua agitur,
cum illud non esset onustum, neque de rota,
neque de canna, vt fuit de illo factum experimẽ-
tum in iudicio, vt mihi in facto supponitur, &
sic non esset aptum ad nocendum, ex quo exclu-
ditur dolus. l. iurisgentium 7. ff. de pact. & tra-
dit Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 96. num. 8.

24 Cum ad euitandum dolum, & fraudem om-
nis alia præsumptio sit sumenda Crauet. cons. 8.
num. 2. & cons. 319. nu. 1. Gabr. cons. 82. n. 4.
vol. 1. Mascard. de prob. concl. 814. nu. 3. vol. 2.
Farinac. de reo confess. & conuic. quæst. 85. n. 89.
& de pæn. temper. quæst. 89. num. 7. & num. 4.
D. Andreol. contro. 66. num. 24.

25 Maximè cum simus in muliere, in qua, ratio-
ne fragilitatis sexus, non præsumitur dolus Bald.
in rubr. C. de reor. permut. vers. item quare &c.
& in l. fin. in 3. quæst. C. de iur. delib. Tiraq.
alios adducens quamplures de retract. conuen.
in præfat. num. 35. & de legib. connub. glos. 1.
par. 9. num. 51. & tradunt communiter Doct.
in l. vbi 8. ff. de eden. cum quibus pertransit Fa-
rinac. maximè quando agitur de muliere ali-
quid faciente contra legem, vt in casu nostro,
de pæn. temper. quæst. 89. num. 50. & seq.

26 Et ita de æquitate tenendum esse, in puncto
scribit Calui. de æquit. lib. 2. cap. 129. num. 30.
vbi dicit, ita pluries seruatum fuisse in facti
contingentia per Excellentissimum Senatum
Mediolani, & præcipuè per Excellentissimum
D. Senatorem Bellonum de anno 1613. in qua-
dam muliere vestibus masculinis induta, atque
in equestri itinere capta cum duobus sclopis ro-
taris, quam dimitti iussit d. Excellentissimus
D. Senator, facto eidem præcepto, ne sub pœna
fustigationis vlterius huiusmodi arma defer-
ret, vt ibi per eum.

Maximè, cum, vt dixi, terzanellum, cum quo d.
mulier fuit capta, non esset onustum, neque de
rota, neque de canna, & sic non esset aptum ad
27 nocendum, † sicuti videmus in deferente arma
ligata, ita vt cum illis neminem offendere pos-
sit, quod pro illorum delatione puniri non va-
let, maximè in itinere, vt in casu nostro, vt
scripserunt Soc. Sen. reg. 30. in 3. fallen. Cotta
in memorab. in verbo Armorum ad fin. Afflic. in
Constit. Intentionis num. 10. de illic. port. armo.
Decia. in tract. crim. lib. 8. cap. 3. nu. 56. Farin.
de var. ac diuer. crim. quæst. 108. n. 83. & seq.
alios adducens ita sentientes.

28 Prout etiam Bullas Pij Quarti, & Quinti pro-
hibentes retentionem archibusettorum, etiam
domi sub pœnis grauissimis, non compræhen-
dere retinentes archibusettum inutile, & non
aptum ad nocendum, voluerunt Farin. d. quæst.
108. nu. 86. & Guazzin. ad defen. reor. defen.
4. cap. 8. num. 4. & in tract. de confisc. bonor.
concl. 13. ampl. 88. num. 18. vbi dicit, ita in fa-
cto obtinuisse, alios adducens ita sentientes, cũ
sclopus non dicatur talis, puta, si deficiat Rota,
ita vt non sit aptus ad nocendum, vt post Bolo-
gnet. cons. 25. sub num. 24. per eum relatos di-
cit Cirlac. contro. 310. num. 134. benè com-
probans.

29 Addo prædictis, quod mulier prædicta, ra-
tione sexus, & cum minus habeat rationis,
quàm viri, in pœnalibus, vel in totum venit ex-
cusanda, vt supra, vel saltem admodum mitius
est punienda, ad tex. in cap sicut dignum 6. & ibi
glos. in verbo Sexus de homici. & in l. quisquis 5.
§. ad filias C. ad leg. Iul. Maiest. ibi Mitior enim
circa eos debet esse sententia, quas pro infirmitate
sexus minùs ausuras esse confidimus, & tradunt
Tiraq. de pæn. temper. causa 9. num. 1. & seq. &
de legibus connub. glos. 1. leg. 1. num. 85. & seq.
& leg. 9. sub num. 177. Odd. de restit. in integr.
par. 1 quæst. 10. art. 2. vbi num. 14. ponit re-
gulam, quod mulier in pœnis vel penitus ex-
cusatur, vel saltem mitius punitur, & tradit
etiam Farinac. de pæn. tempe. quæst. 98. in prin.

30 Mulier enim minùs habet rationis, quam
masculus, vt latè comprobat Tiraq. de legibus
connub.

connub. glos. 1. par. 1. num. 69. quem sequitur *Farinac. in d. quaest. 98. post prin.* vndè Martianus scripsit, Mineruam natam esse sinè matre, quoniam in fæminis prudentia non est, cuius Dea est ipsa Minerua, quem refert *Tiraq. vbi*
31 *supra* † & ideò minùs peccare dicitur, vt habetur in dicto *cap. sicut dignum 6. & ibi not. glos. in verbo Sexus de homic.* per quē *tex. not.* Doct. ibi, Sacerdotē in iniungenda pœnitentia ad qualitatem sexus respicere debere, & post *D. Thom. Scot. & alios Theol.* per eum adductos benè cōprobat *Tiraq. de pœn. temper. d. causa 9. per tot. & de legibus connub. glos. 1. par. 1. num. 85. & seq. & par. 9. num. 177.* & ideò minùs puniri debet, vt tradunt *Tiraq. Odd. & Farinac. in loco supra proximè adductis*, qui alios adducunt ita sentientes.

32 Quibus eò magis locus esse debet, cum in pœnalibus opinio æquior, & benignior in iudicando sit sequenda, vt post *Grat. Ceph. Farinac. & Caluin.* ibi relatos probaui *supra num. 19.* &
33 cum in dubio contra Fiscum sit iudicandum, ad *tex. in l. non puto 10. ff. de iur. Fisc.* & tradunt *Gabr. cons. 181. n. 26. lib. 1. Odd. cons. 38. num. 96. Ceph. cons. 321. num. 62. lib. 3. Hond. cons. 94. num. 27. lib. 2.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Giurb. cons. crim. 34. num. 33.* & post eum *Caluin. de aequit. lib. 2. cap. 174. in prin.*

Quare &c. Saluo &c.

Secundùm praedicta iudicatum fuit per Excellentiss. D. Praetorem Terrae Cantiani condemnando Ioannem virum in pœnam extraordinariā, vt mihi renunciatum fuit. D. verò Magdalena non fuit vlterius molestata. Laus Deo, & Virgini Deiparae.

ARGVMENTVM.

Falsitas an præsumatur, & quænam interpretatio quo ad illam sit facienda. Confessio extraiudicialis an probanda sit per testes contestes, & idoneos, & vt faciat indicium contra confitentem, quæ requirantur. Negatiua coarctata an probanda sit per testes idoneos, & legales. Et ad quod tempus debeat coarctari, maximè quādo agitur ad pœnam, & non ad defensam. Plures examinantur exceptiones ad effectum repellendi testes a testificando. Fama an faciat indicium, quando ortum habuit post inquisitionem, & carcerationem rei, & coniecturæ pro reo quando coniecturas Fisci tollant.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas non praesumitur.*
2 *Falsitas vt excludatur, omnis alia praesumptio est capienda.*
3 *Falsitatem allegans tenetur illam liquidissimè probare.*
4 *Falsitas nulla necessaria sequitur, data possibili veritate in contrarium.*
5 *Testis accipiens pecuniam pro ferendo testimonio praesumitur corruptus, & falsum dixisse.*
6 *Accusatore non probante, reus est absoluendus.*
7 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam.*
8 *Confessio extraiudicialis dicitur indicium a delicto remotum.*
Et ideò debet probari per duos testes contestes, num. 9.
10 *Confessio extraiudicialis est probanda per testes idoneos, & legales.*
11 *Testis inimicus non probat.*
12 *Testis pauper non est idoneus, & num. 36.*
Et licèt sola paupertas non repellat testem a testificando. num. 13.
Repellit tamen, quando cum illa concurrit alius defectus. num. 14.
15 *Testis patiens plures defectus omninò a testificādo repellitur.*
16 *Testis vilis non est idoneus testis.*
Maximè concurrente aliquo alio defectu. num. 17.
18 *Testes in criminalibus deponere debent de loco, & tempore.*
19 *Confessio qualificata, quando non sumus in prohibitis, debet acceptari cum sua qualitate.*
20 *Testis falsus nullam meretur fidem.*
21 *Confessio extraiudicialis, vt faciat indicium, debet esse specialis, & cum loco, & tempore.*
Et debet esse facta seriò, & non per iocum, vel lasciuiam. num. 22.
23 *Datum creditori censetur datum in satisfactionem debiti, non autem in donationem.*
Etiam si adsit diuersitas summae inter rem solutam, & creditum. num. 24.
25 *Interpretatio semper est facienda pro exclusione delicti. & num. 65.*
26 *Interpretatio est facienda, vt falsitas euitetur.*
27 *Actus quando potest se habere ad falsum, & non falsum, interpretatio est facienda pro non falso.*
28 *Pluralitas non praesumitur.*
29 *Emptionis, & venditionis coniectura desumitur ex aestimatione rei.*
30 *Mutatio voluntatis non praesumitur.*
31 *Defensio probatur praesumptionibus, et coniecturis.*
32 *Testes deponentes super negatiua debent esse idonei.*
33 *Idoneitatem si Lex in testibus requirit, illi debent esse omni exceptione maiores.*
34 *Testes quod sint omni exceptione maiores, non praesumitur, sed est probandum.*
35 *Testes domestici, et laboratores Accusatoris non probant.*

37 *Testis*

37 *Testis dubitatiuè deponens non probat, et n. 50.*

38 *Testis vnicus contra inducentem plenè probat.*

39 *Testis depositio, quæ non concludit per necessè, non attenditur.*

40 *Testis depositio corruit, data possibili veritate in contrarium.*

41 *Testis deponens per verbum (in circa) nō probat.*
Maximè, quando agitur de probatione temporis præcisi, et similium. num. 42.

43 *Testis falsus non probat.*

44 *Testis deponens inuerisimilia est suspectus de falso.*

45 *Testis pauper non est idoneus, quando cum paupertate concurrit alius defectus.*

46 *Testis varius, et contrarius sibi non solùm non probat.*
Maximè in substantialibus. num. 47.
Sed etiam puniri potest de falso. num. 48.

49 *Testis contrarius alijs testibus non probat.*

51 *Negatiua coarctata restringi debet ad tempus breue, vt legitimè probata dicatur.*

52 *Testes numero plures vincunt pauciores.*
Etiam si testes plures deponant super negatiua, & alij super affirmatiua. num. 53.
Fallit, quando negatiua non est benè coarctata. num. 54.
Et quando pauciores deponunt ad exclusionem delicti. num. 55.

56 *Testibus examinatis pro reo magis creditur, quã examinatis pro Fisco.*

57 *Falsus dici non potest qui innatur primordio veritatis.*

58 *Negatiua dicitur probata, si testes deponant, aliquem fuisse tali die in vno loco, etiam si non addant tota die ibi fuisse.*
Potest procedere, quando agitur ad defensionem rei, secùs si agatur ad pœnam. num. 59.

60 *Probationes in criminalibus requiruntur luce meridiana clariores.*

51 *Fama delicti præsumitur orta post carcerationẽ, & inquisitionem transmissam.*

62 *Fama orta post carcerationem, & inquisitionem non attenditur.*

63 *Fama bona Inquisiti excludit præsumptionem falsitatis.*

64 *Coniectura exclusiua delicti tollunt coniecturas ad fauorem Fisci extantes.*

66 *Interpretatio in crimine falsi semper est facienda pro non falso.*

ALLEGATIO LXXXVIII.

1 EXcellentissime Domine. Clarissimam habemus in iure conclusionem, quod falsitas non præsumitur, vt tradunt *Caph. cons.* 230. *nu.* 17 *lib.* 2. *Franc. Becc. cons.* 78. *num.* 9. & 10. *Hond. cons.* 99. *num.* 4. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsump.* 20. *num.* 1. *Mascard. de prob. concl.* 745. *nu.* 1. *lib.* 2. latè *Farinac. de reo confes. & conuic. quæst.* 85. *num.* 11. & *de falsit. & simul. quæst.* 153. *n.* 192. & *seq.* plures cumulans cõcordantes *Surd. cons.* 132. *num.* 18. *vol.* 1. Rota *post sec. vol. consil. Farinac. decis.* 42. *n.* 10. *Adden. ad Rot. decis.* 64. *litera A. post* 1. *vol. cons. Farinac.*

2 Ita vt ad excludendam falsitatem omnis alia præsumptio sit capienda, & omnis alia interpretatio sit facienda *Clar. in prac. crim. §. falsum vers. item debet &c.* vbi dicit, quod Iudex omnem debet adhibere diligentiam, vt falsitas excludatur, quem sequuntur *Gabr. cons.* 180. *num.* 16. *lib.* 1. *Odd. cons.* 78. *num.* 50. vbi testatur de communi opinione Menoch. *cons.* 221. *nu.* 19. & 20. *lib.* 3. *Farinac. d. quæst.* 153. *num.* 193. vbi propterea alias facit illationes, & præcipuè, quod, vt falsitas euitetur, omnis distinctio facienda est loci, temporis, rerum, & personarum, & quod ad dictum effectum omnis subtilitas est adhibenda, & quod est præsumenda etiam pluralitas actuum, rerum, & personarum, vt ibi per eum *num.* 194. *vsque ad n.* 202. *Vermiglio. cons.* 256. *num.* 20. & benè comprobat *Cirìac. contro.* 131. *num.* 47. & *seq.* quamplures adducens ita sentientes, latè *Adden. ad* Rot. *decis.* 64. *litera A. post* 1. *vol. cons. Farin.*

3 Et ideò allegans falsitatem in criminalibus debet illam liquidis, & euidentissimis probationibus iustificare ex doctrina *Bart. in l. iurisgentium* 7. *§. quod ferè num.* 1. *ff. de pact. Clar. in prac. crim. d. §. falsum vers. trita est &c. Gabr. cons.* 169 *num.* 15. & *cons.* 180. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. vbi testatur de communi opinione *Hond.* qui quamplures allegat *cons.* 109. *num.* 13. & *num.* 62. *vol.* 1. vbi pariter testatur, hanc esse verissimam, & receptissimam Doct. opinionem *Surd. cons.* 132. *num.* 62. & *seq. vol.* 1. *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 190. *num.* 56. *Rot. post sec. vol. cons. Farinac. decis.* 121. *num.* 1. *Vermigl. cons.* 250. *num.* 2.

4 Cum in hac materia sit in ore omnium vulgata illa conclusio, quod, data possibili veritate in contrarium, nulla sequitur necessaria falsitas *Bossi. in prac. crim. in tit. de fals. nu.* 133. *Hond. d. cons.* 109. *num.* 14. *vol.* 1. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 152. *num.* 8. alios adducens, & *cons.* 60. *num.* 17. *in fin. lib.* 1. *Surd. cons.* 173. *num.* 40.

num. 40. *vol.* 2. *Ciriac. d. contro.* 131. *num.* 12. alios pariter referens concordantes. *Calui. de aquit. d. cap.* 190. *nu.* 67. *Vermiglio. conf.* 18. *num.* 6. *& conf.* 198. *num.* 5.

Quibus præmissis, ad casum nostrum accedendo, duobus modis Accusatur in præsenti processu conatus est probare; Marcellum de Eugubio carceratum falsum deposuisse in causa criminali contra ipsum D. N. primò probando quamdam confessionem extraiudicialem factam, vt asserunt, ab ipso Marcello, quod ipse habuerit, & receperit quoddam pallium, & quamdam quantitatem frumenti a D. D. N. N. de eodem,
5 vt se examini subijceret contra ipsum D. N. † ex quo præsumitur corruptus, & ipsum falsum deposuisse, vt not. *Bossi. in pract. crim. in tit. de oppos. contra testes nu.* 146. *& Farinac. de testi. quæst.* 67. *num.* 237. secundò probando contrarium eius, quod deposuerat Marcellus prædictus per quandam negatiuam coarctatam loco, & tempore, de qua in processu, ad quem &c.

Quibus tamen non obstantibus, teneo pro constāri, Marcellum prædictum esse in casu absolutio-
6 nis ex regula, † *l. qui accusare* 4. *vbi Bart. Bald. Ias. Deci. Rip. & alij Doct. communiter C. de edcn.* de qua latè habetur per *Farinac. in fragm. crim. litera A. num.* 26. *& seq.* vbi dat concordantes, quam etiam in criminalibus locum habere, testatur *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst.* 62. *in prin.* & post eum *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 1. *nu.* 6. *Ant.* Gomez *var. resol. tom.* 3. *cap.* 3. *num* 47. *& Farinac. d. litera A. fragm. crim. num.* 26.

Et capiendo primum caput, nempè quod d. Inquisitus extraiudicialiter fassus fuerit, ipsum recepisse pallium, & frumentum a D. D. N. N. vt se examini subijceret contra D. N. & ideò præsumatur, falsum dixisse in dicta causa, vel saltem per dictā receptionem debeat puniri pœna extraordinaria, vt tradunt *Bossi. & Farinac. in loc. adduct. supra num.* 5. *& Carena de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *nu.* 74. certum est, confessionem prædictam non esse legitimè probatam, nec de illa sufficienter constare ex processu ex infrascriptis.

7 Et primò, quia confessio extraiudicialis licèt faciat indicium ad torturam *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst.* 21. *vers. confessio extraiudicialis, Peguer. decis. crim.* 17. *nu.* 3. *Farinac. de indic. & tort. quæst.* 37. *num.* 47. *& de reo confes. & conuic. quæst.* 82. *nu.* 13. latissimè *Giurb. cons. crim.* 87. *nu.* 20. *Guazzin. ad defen. reor. defen.* 32. *cap.* 34. *per tot. Carena de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *nu.* 54. *Pras. Abuno. de reatibus quæst.* 19. *num.* 15. qui alios adducunt concordantes *Vermiglio. cons.* 13. *num.* 12.

8 Cum dicatur tamen indicium a delicto remotum *Farinac. d. quæst.* 37. *n.* 47. *Caren. d. tit.* 10. *num.* 63. *Surd. cons.* 425. *num.* 14. *vol.* 4. quem referendo sequitur *Guazz. d. defen.* 32. *cap.* 34.
9 *num.* 8. † illa probanda est non solum per duos testes contestes de loco, tempore, & causa, ita vt testes singulares non sufficiant *Bursat. cons.* 166. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. vbi testatur de communi opinione late *Paris. cons.* 153. *num* 27. *vol.* 4. *Farinac. cons.* 70. *num.* 43. *lib.* 1. *& de reo confes. & conuic. quæst.* 82. *nu.* 45. vbi alios adducit, & testatur de communi opinione. *Guazzin. d. defen.* 32. *cap.* 34. *num.* 13. vbi alios adducit concordantes *Grinell. decis. Dola.* 93. *num.* 6. *Carena de Offic. S. Inquis par.* 3. *tit.* 10. *num.* 63. *Ciriac. contro.* 171. *num.* 25. *Vermigl. cons.* 293. *num.* 6. *& cons.* 291. *num.* 9. *& cons.* 299. *num.* 9.

10 Sed etiam testes de illa deponentes debent esse idonei, legales, ac omni exceptione maiores *Bero. in cap. at si clerici* 4. *num* 137. *de iudi. Rolan. cons.* 57. *num.* 34. *lib.* 4. *Turret. cons.* 62. *num.* 4. *lib.* 1. vbi testatur de receptissima opinione *Farina. de reo confes. & conui. d. quæst.* 82. *num.* 46. *Rimi. Iun. cons.* 361. *num* 27. *& seq. & cons.* 237. *num.* 71. *lib.* 3 *Guazz. de defen.* 32. *cap.* 34. *nu.* 14. vbi alios adducit ita sentientes *Vermiglio. cons.* 33. *num.* 1. *& cons.* 299. *num.* 9. *& cons.* 393. *num.* 4. testes autem de dicta confessione extraiudiciali deponentes, non solum non sunt contestes, idonei, & legales, ac omni exceptione maiores, vt supra, imò sunt tales, qui de iure nullam faciunt probationem, neque vllam mœrentur fidem, vt infra demonstrabitur.

11 Et incipiendo a Baldo Grigioni ipse nihil probat, quia est inimicus Marcelli inquisiti, cum contra eum deposuerit in causa criminali, vt apparet ex processu *cap. cum P* 10. *& ibi Abb. Felin. & alij Canoni. de accus. Mascar. de prob. concl.* 898. *num.* 17. *iuncto num.* 27. *vol.* 2. *Blanc. de indic. ad l. fin. nu.* 155. *ff de quæst.* latè *Farinac. de indic. & tort. quæst.* 49. *num.* 76. *& in tit. de testi. quæst.* 53. *num.* 47. alios adducens ita sentientes *Vermiglio. cons.* 159. *num.* 8.

12 Secundo, quia est pauper mendicus, vt ipsemet fatetur super interrogatorijs generalibus, & ideò non est testis idoneus *Menoch. de arbitr. casu* 65. *num.* 12. *Muscar. de prob. concl.* 1160. *nu.* 8. *& seq. vol.* 3. *Farinac. de testi. quæst.* 57. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi testatur de magis communi opinione, maximè non probato per Fiscum, vel accusatorem de bona fama eiusdem *Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. *Vulpel. cons. crim.* 26. *num.* 5. *Farinac. de testi. d. quæst.* 57. *num.* 82.

13 Et licèt solam paupertatem non repellere testem a testificando, dixerit *Caren. de Offic S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 68. hoc tamen non habet locum in casu nostro, in quo cum paupertate

14 tate concurrit inimicitia, de qua supra, † cum testis pauper omninò repellatur, quando cum paupertate concurrit alius defectus etiam non sufficiens ad repellendum testem *Crauet. cons. 249. num. 11.* Roma. *cons. 382. num. 5. Menoch. de arbitr. casu 96. num. 7. & 8. Osasch. cons. 66. n. 22.* quos refert, & sequitur *Farinac. de testi. quæst. 57. num. 46.* vbi testatur de communi opinione, cum quibus pertransit *Caren. dict. tit. 5. num. 68.*

15 Quod est regulare in omnibus testibus plures patientibus defectus, vt omninò repellantur a testificando, etiam si defectus non valeant per se testem repellere. *Farinac. de testi. quæst. 57. num. 46. & quæst. 62 nu. 80.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in casu difficilis probationis, *& num. 381.* vbi testatur de communi opinione, & plures adducit concordantes *Caucer. var. resol. par. 1. cap. 20. nu. 15. Vulpel. cons. crim. 99. num. 19. Ciriac. contro. 89. num. 20. D. Andreol. contr. 172. num. 9. Vermiglio. cons. 433. num. 22. Rota decis. 477. num. 5. part. 5. recen. lib. 2. & decis. 199. num. 5. par. 6. rec. & apud Card. Mantic. decis. 130. num. 4.*

Quod enim vna suspicio non operatur, plures simul iunctę benè operantur *l. exemplo 7. l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. non epistolis 13. C. de prob. cap. illo vos 4. de pigno.* & tradunt *Crauet. Rom. Menoch. Farinac.* & alij Doct. supra proximè adducti.

16 Neque confessionem prædictam probat Frãciscus N. tum quia est persona vilis, cum incumbat excotiationi animalium, & ideò non dicitur testis idoneus *Crot. de test. par. 3. sub nu. 24. Brun. de indic. par. 2. quæst. 4. num. 7. & seq. Bossi. in prac. in tit. de tortur. testi. num. 8. Natt. cons. 666. n. 2. lib. 4. Farinac. de testi. quæst. 57.*

17 *num. 54. & seq.* † maximè cum ipse testis sit etiam frequentator Tabernarum, & Meretricũ, vt in summario processus ostensiui *fol. 24. Mascar. de prob. concl. 1356. n. 28. vol. 3. Farinac. de testi. quæst. 56. num. 285. & num. 437.* & sic intrat conclusio de teste patiente plures defectus omninò repellendo a testificando, de qua dixi *supra nu. 15.* quæ hic breuitatis causa non repeto, addo tamen *Vermiglio. cons. 433. n. 22.*

Quibus addo, quod d. testis est varius, & discordat quo ad locum tabernæ, in qua dicitur facta confessio cum Alterio Nardello, & sic non probat confessionem extraiudicialem, ad quam probandam requiruntur testes contestes de loco, & tempore, vt tradunt *Bursatt. Paris. Farinac. Guazzin. Grinel. Ciriac. & Caren.* in loc. adduct. *supra num. 9.*

18 Et eò magis, cum non deponat de anno, quo dicitur facta dicta confessio, cum testes in criminalibus deponere debeant de tempore, & loco *Bald. cons. 120. num. 1. lib. 4. & cons. 353. num. 3. lib. 5. Crauet. cons. 9. num. 18. & seq. Farinac. de testib. quæst. 64. num. 107.* alios adducens, & in terminis nostris voluit *Guazzin. ad defens. reor. defen. 32. cap. 34. num. 13.*

Alterius Nardellus est inimicus Marcelli inquisiti, cum Inquisitus deposuerit contra eum in causa criminali, vt constat ex actis, & sic repellitur a testificando, vt ex *Canon. in cap. cum P. 10. de accus. Blanc.* Mascard. *& Farin.* probaui *supra num. 11.* & est varius, & singularis, vti discordans quò ad locum tabernæ cum Francisco N. & pariter non probat dictam confessionem requirentem ad sui probationem testes contestes de loco, & tempore, vt probaui *supra num. 9.* & cum quælibet varietas inter testes, etiam modica, operetur, vt confessio extraiudicialis non dicatur probata *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 25. nu. 17. Guazzin. ad defen. reor. defen. 32. cap. 34. num. 13. vers. & ob id &c.* alios adducens *Vermigl. cons. 33. num. 1. & seq.*

Magister Augustinus Ciucciolus certè assertam cõfessionem non probat, quia non solùm est pauper, vilis, & frequentator tabernarum, vt ipsemet fatetur super interrogatorijs generalibus, ex Doct. adductis *supra nu. 12. & seq.* quos hic iterum referendos non putaui, sed etiam quia est singularis in suo dicto, & contestem non habet, cum deponat de confessione facta diuerso loco, & tempore ab alijs testibus, & sic non probat confessionem extraiudicialem, quæ, vti indicium remotum, probari debet per duos testes contestes de loco, & tempore, & testes singulares non sufficiunt, vt probant *Bursat. Paris. Farinac. Guazzi. Caren. Ciriac.* in loc. adduct. *supra num. 9.* cum quibus pertransit *Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. num. 21.*

Maximè cum dictus testis deponat de confessione facta cum qualitate excludẽte delictum, & præsumptam falsitatem, nempè quod Marcellus receperit pallium a DD. NN. eisdem tamen soluendum per Mag. Franciscum eius auunculum, non expresso ad effectum se examinandi,

19 quæ confessio, cum non simus in prohibitis, debet per Fiscum acceptari cum dicta qualitate *Gabr. comm. concl. de malef. concl. 19. num. 10. Hond. cons. 96. num. 25. vol. 1. Gabr. cons. 170. num. 24. lib. 1. Farinac. de reo confes. & conuic. quæst. 81. num. 149. Cabal. casu 254. num. 3. & seq. cent. 3.* & benè comprobat *Guazzi. ad defen. reor. defen. 32. cap. 35. num. 9.* alios adducens concordantes.

Quæ omnia benè militant in Ioanne Baptista Faramello, qui non solùm est pauper, mendicus, & alijs laborat exceptionibus illum omninò a testificando repellentibus, vt patet ex processu, sed etiam est vnicus, & singularis in eius dicto, cum deponat de confessione facta diuerso loco, & tempore ab omnibus alijs testibus, & sic as-

sertam confessionē non probat, per iura, & authoritates adductas *sup. num. 9. & seq.* hic rerum studio breuitatis non repetendas.

Thomas verò Cardutius non venit inter testes numerandus, cum, omissis quampluribus exceptionibus, quibus ipse laborat, vt ex processu videre est, non fuit repetitus iuxta petita per Marcellum inquisitum, cum reperiretur absens tēpore repetitionis a Ciuitate Eugubij, & ideò illius depositio ipsi Marcello in nihilo præiudicat, latè *Vermiglio. cons. 33. num. 6.* & expresè disponit Statutum dict. Ciuitatis *lib. 4. rub. 5. vers. & si in dicto termine &c.*

Neque est meliot testis supradictis aliis testibus Fuluius N. cum ipse sit pauper, frequentator tabernarum, & criminosus, dum fuit inquisitus de furto commisso cum fractura in Domo Hospitalis Ciuitatis Eugubij, vt ipsemet fatetur super intertogatorijs generalibus, & est etiam inimicus Inquisiti, cum ipse se examini subiecerit in dicta causa furti contra ipsum Fuluium, vt constat ex processu, vndè subintrat conclusio communiter recepta per Doct. quod testis patiens plures defectus, etiam vti singulos non sufficientes ad repellendum testem, omninò repellatur a testificando, vt ex *Farina. Caucer. Vulpel. Ciriac. D. Andreol. & Rota* probaui *supra n. 15. & seq.* ex regula, quod vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ benè operantur *cap. illo vos 4. de pigno. l. instrumenta 5. l. rationes 6. C. de fide instr.* cum aliis adductis *d. n. 15.*

Addo prædictis, quod d. testis est falsus, cum deponat, quod Inquisitus fecit d. confessionem extraiudicialem in Caupona Thomæ Cardutij
de mense Ianuarij in Quarterio S. Martini coram Io. Dominico Boemo de Eugubio, & contrarium constat ex processu defensiuo *fol. 28.*
nempè quod Thomas Cardutius Cauponam
exercuit in Quarterio S. Martini de Mense Iunij
proximè sequentis, & quod in Ciuitate prædicta nullus reperitur, qui vocetur Io. Dominicus
20 Boemus †, vndè, vti falsus, nullam mœretur fidem, nec facit probationem *Salic. in l. nullum 12. num. 1. in fin. C. de testi. Alex. cons. 152. n. 10. lib. 7.* vbi testatur de communi opinione *Clar. in prac. §. fin. quæst. 53.* vers. frequentissimè &c. *Bertaz. cons. 283. num. 3. lib. 2. Farina. de testi. quæst. 67. num. 58,* vbi dicit, non solùm hanc conclusionem esse communem, sed etiam illam contradictorem non habere.

Vndè cum confessio extraiudicialis probanda sit per duos testes contestes, & idoneos, vt supra probaui, & testes supradicti non sint contestes, sed singulares, & ob plures exceptiones, quas patiuntur, vt supra, omninò a testificando repellantur, & non sint idonei, necessariò sequitur, confessionem assertam nullo modo dici posse probatam, & sic illam in nihilo Marcello inquisito nocere posse.

Secundò principaliter confessio prædicta non potest afficere Inquisitum, nec contra eum indicium facere, quia, vt illa indicium faciat ad tor-
21 turam, plura requiruntur, † & præcipuè quod
non sit generalis, sed clara, cum expressione loci, & temporis *Menoch. de præsum. lib. 1. quæst. 89. num. 17. Guazzin. ad defen. reor. defen. 32. cap. 34. num. 9. Peguer. decis. crim. 17. num. 3.* vbi testatur de communi opinione, *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. sub n. 8.* benè comprobans *Caren. de offic. Sant. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 61. Vermiglio. cons. 33. numer. 3.* quæ non adsunt in confessione, de qua agitur, vt ex depositionibus supradictorum testium videre est, meritò &c.

22 Postremò asserta confessio extraiudicialis
non nocet dicto Marcello inquisito, quia, vt illa afficiat, debet esse facta non iocosè, & per lasciuiam, sed seriò, & deliberatè, vt not. *Menoch. de præsump. d. quæst. 89. num. 19. Guazz. ad defen. reor. d. defen. 32. cap. 34. num. 10. Mascar. de prob. concl. 350. num. 20. & seq. lib. 1. Pras. Abbas de reatibus quæst. 19. num. 15. & seq. Farina. de reo confes. & conuict. quæst. 82. num. 37.* vbi dicit, quod ita faciunt plures, quod autem dicta confessio facta fuerit non seriò, & deliberatè, sed iocosè, & per lasciuiam, probatur ex pluribus coniecturis.

Et prima desumitur ex depositione Mag. Francisci Petri testis Fisci, de qua in processu offensiuo
fol. 654. vbi habetur, quod cum ipse testis esset creditor DD. NN. & debitor Marcelli inquisiti, delegauit Marcello d. eius creditum pro
23 grossis quindecim, † vndè, si appareret, quod
per DD. NN. fuerit aliquid datum ipsi Marcello, præsumitur datum potiùs in satisfactionem sui crediti, quàm in donationem, maximè quādo de alia causa nō apparet *Menoch. de præsum. lib. 3. præsum. 49. num. 23. Surd. decis. 308. num. 19. Pir. Maur. de solut. cap. 8. num. 1. & seq.* qui alios adducit concordantes, etiam si adsit diuersitas summæ inter solutionem, & cre-
24 ditum, quia adhuc præsumitur facta solutio
pro credito *Crauet. cons. 158. num. 13. part. 1.*
25 *Pir. Maur. d. cap. 8. num. 6.* † maximè cum
semper illa interpretatio capienda sit, quæ delictum excludit *Hond. cons. 96. num. 35. vol. 1. & cons. 99. num. 41. eod. vol. 1. Rim. Iun. cons. 817. num. 41. vol. 7. Bursatc. cons. 389. nu. 14. vol. 4.* latè *Guazzin. ad defen. reor. defen. 29.*
26 *cap. 2. num. 4.* † & vt falsitas euitetur *Clar. in*
prac. crim. §. falsum vers. item debet Iudex &c. Hond. cons. 109 num. 57. lib. 1. latè *Farinac. de*
27 *falsit. & simul. quæst. 153. num. 193.* † ita vt
quando actus potest se habere ad falsum, & ad non falsum, in dubio semper pro non falso fiat interpretatio *Gabr. cons. 180. n. 16. lib. 1. Franc Marc. decis. 655. num. 5. par. 1.* quos refert, &

sequitur

sequitur *Farinac. d. quæst.* 153. *nu.* 197. *Hond. cons.* 99. *n.* 25. *vol.* 2. *Vermiglio. cons.* 3. *n.* 26.

Secunda elicitur coniectura ex recepto in iudicio exhibito, & recognito manu D. Antonii Mariæ Boemi, in quo habetur, quod Marcellus recipit mediam eminam frumenti a D. D. N. N. pro D. Lena eius sorore creditrice illorum, quę receptio cum conueniat in tempore cum asserta confessione facta per Marcellum, elicitur ex ea magna coniectura, quod Marcellus confessus fuerit per iocum, & lasciuiam, quod receperit dictum frumentum pro se examinando contra DD. NN. non autem quod illud verè receperit

28 ad dictum effectum, † cum pluralitas non præsumatur *Mascar. de prob. concl.* 1180. *num.* 1. *& seq. vol.* 3. *Surd. cons.* 16. *n.* 19. *lib.* 1. *& cons.* 355. *nu.* 26. *& cons.* 385. *num.* 10. *lib.* 3. *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 543. *nu.* 8. & præsumptio capienda sit semper, quæ delictum excludit, vt tradunt *Hond. Rimi. Iun. Bursatt. & Guazzi.* in loc. supra proximè relatis *num.* 26. etiamsi interpretatio esset aliquantulùm extranea *Grams. cons.* 30. *num.* 8. *in fin. & cons.* 33. *nu.* 14. *Menoch. de præsum. lib.* 5. *præsump.* 20. *num.* 3. *& cons.* 221. *num.* 20. *lib.* 3. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153. *nu.* 199. & Iudex omnem debeat adhibere diligentiam, & subtilitatem, vt falsum excludatur *Clar. in prac. §. falsum versic. item debet Iudex* cum aliis supra proximè adductis.

Aliam affero coniecturam elicitam ex eo, quod DD. NN. assertum pallium, de quo agitur æstimate fecerunt per quosdam Sarcinatores in Ciuitate Eugubii, vt in processu defensiuo *fol.* 48. *&* 57. ex quo datur intelligi, quod DD. NN. pallium vendiderint Marcello, non autem illud

29 dederint ad effectum testimonii ferendi, † cum ex æstimatione inducatur coniectura emptionis, & venditionis *l. si inter virum* 21. *& ibi communiter Doct. C. de iur. dot. Bald. Salic. Curt. Iun. & alij in l. ex conuentione* 11. *C. de pact. Mascar. de prob. concl.* 619. *num.* 1. *& seq. vol.* 2.

30 *Paitell.* alios adducens *expedit. ciuil.* 74. *n.* 4. † cum mutatio voluntatis non præsumatur *Alex. cons.* 133. *nu.* 3. *lib.* 1. *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 61. *num.* 4. *& decis.* 424. *nu.* 8. *& apud Greg. XV. decis.* 156. *num.* 6. cum aliis supra adductis, quæ non repeto, falsitas enim secundùm aliquos sicut coniecturis probari dicitur, ita ex contrariis coniecturis, & præsumptionibus excluditur *Bossi. in prac. in tit. de fals. n.* 13. *Gabr. cons.* 169. *num.* 4. *in fin. vol.* 1. *Farina. de falsit. & simul. quæst.* 152. *num.* 6. vbi testatur de communi opinione, *Guazzi. ad defen. reorum*

31 *defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 2. *& seq.* † cum confessio probetur indicijs, & coniecturis *Anti. Gomez var. resol. tom.* 3. *in tit. de homic. n.* 27. *Mascar. de prob. concl.* 491. *num.* 1. *& seq. vol.* 1. *& concl.* 904. *num.* 16. *Farinac. de indic. & tort. quæst.* 47. *num.* 135. *Guazzi. d. cap.* 2. *num.* 3. *versic. quod maximè &c.* viden. & vna præsumptio tollat aliam, sicut clauus clauum trudit *Mascar. de prob. concl.* 405. *nu.* 5. *& seq. vol.* 1. *Guazzi. vbi supra num.* 3. alios adducens.

Secundus modus, quo vsus est Accusator ad probandum, Marcellum Inquisitum falsum deposuisse, fuit probando contrarium eius, quod ipse deposuerat, & in specie, quod dum Marcellus deposuerat, quod D. N. post aliquot dies postquà vulneratus fuit adm. R. D. N. accessit ad dictum Marcellum, & ei dixit, quod non auderet in aliquo nominare Franciscum N. aliàs &c. quod factum, vt ex depositione ipsius Marcelli apparet, colligitur fuisse circa principium Mensis Nouembris, Accusator, inquam, conatus est probare negatiuam coarctatam, nempè, quod a die vigesima quarta Mensis Octobris vsque ad finem Mensis Nouẽbris ipse D. N. nunquam fuit in Ciuitate Eugubij, sed quod semper permansit in Castro N. vt apparet ex processu ad offensam fabricato, in quo plures adsunt testes de dicta negatiua deponentes, & sic Marcellum falsum deposuisse.

Prædictis tamen non obstantibus censeo negatiuã prædictam parùm nocere posse Marcello inquisito ex duobus præsertim, & primò propter inhabilitatem testium, qui omnes sunt laboratores domestici, & famuli D. N. accusatoris, varij, dubij, & non benè concludentes, vt infra demonstrabitur, secundò quia negatiua non fuit benè coarctata.

Et capiendo primum fundamentum inhabilitatis testium de negatiua deponentium præmitto, quod testes deponẽtes super negatiua debẽt esse idonei *Alex. cons.* 64. *col. fin. lib.* 1. *Hercula. de Negat. n.* 262. quos refert, & sequitur *Farina. de test. quæst.* 65. *num.* 216. quicquid sit, quando negatiua adducitur ad defensam rei, quo casu, fauore defensionis illam probari etiam per familiares, & domesticos, voluit *Guazzi. ad defen.*

33 *reor. defens.* 28. *cap.* 1. *num.* 14. † qua idoneitate in testibus a lege requisita secundùm quãplures Doct. testes debent esse omni exceptione maiores *glos. in §. item verborum Inst. de inutil. stipul. Curt. de testi. concl.* 35. *num.* 73. *in fin. Bossi. in pract. in tit. de conuic. post num.* 11. *Paris. cons.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. *Caph. cons.* 227. *num.* 60. *lib.* 2. *Bursatt. cons.* 321. *nu.* 30. *lib.* 3. *Viui. commun. opin. versic. testis viuens nu.* 10. & hanc esse magis communẽ Doct. opinionem testatur *Farinac. de test. quæst.* 61. *num.* 2. licèt ipse dissentiat.

34 Quæ qualitas non præsumitur, sed debet per producentem testes articulari, & probari, aliàs dicitur succumbere *Mascar. de prob. concl.* 222. *num.* 15. *lib.* 1. *& concl.* 1019. *num.* 16. *vol.* 2. vbi

vbi testatur de communi opinione *Parif. conf. 83. nu. 21. lib. 1. Caph. conf. 225. nu. 53. lib. 2. & conf. 32. nu. 20. lib. 1. Rolan. conf. 50. n. 17. lib. 2. Beunt. decis. 62. nu. 15. & seq.* vbi dicit, contrariũ tenentes cõmuniter reprobari *Osasch. conf. 64. num. 47. & conf. 65. num. 25. & seq. Farina. de testi. quaest. 62. num. 12.* vbi alios adducit concordantes, & testatur de magis communi Doct. opinione, cum quibus pertransit *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 33. num. 50.* in casu verò nostro non solùm non fuit probatum, testes esse omni exceptione maiores, imò apparet manifestè, illos non esse idoneos, & ideò omninò non esse admittendos ex infrascriptis.

Et primò non possunt probare assertam negatiuã Petrus Paulus de Picciono, & Marius eius filius, vti patientes exceptiones in personis, & in dictos in personis quidem cum sint inimici ipsius Inquisiti ex eo, quia ipse deposuit contra eos in causa criminali graui dum erant carcerati, cũ D. D. N. N. vt patet ex processu, & ideò, vti tales, repelluntur a testificando *cap. cum P. 10. & ibi Abb. Feli. & caeteri Canonistae de accus.* & tradunt *Blanch. Mascar. & Farina. in loc. adduct.*
35 *supra nu. 11.* † sunt domestici, & laboratores D. N. querelatoris, vt in processu repetitiuo *fol. 83. & 196.* & ideò repellendi *l. 1. §. ad quaestionem ff. de quaest. l. testes cos 24. ff. de testibus l. etiam 2. & ibi not. Doct. communiter C. de testi. cap. si testes §. testes 4. quaest. 3. cap. in literis 24. & ibi not. omnes Canonis. de testi.* & post *Spec. Butrig. Aegid. Schenck. Nell. Aufrer. Crot. Bertacchi. Blanc. Bossi. Iodoc. Diaz, Corrad. Nouell. Curt. Iun. Port. Imol. Mascar.* & alios per eum relatos latè comprobat *Farina. de testi. quaest. 55.*
36 *num. 1. & seq. & num. 213. & seq.* † sunt pauperes mendici, vt ipsimet fatentur super interrogatoriis generalibus, *Menoch. de arbitr. casu 65. num. 12. Mascar. de prob. concl. 1160. nu. 8. & seq. vol. 3. Farina. de testi. quaest. 65. nu. 1. 2. & seq.* maximè coniuncta paupertate cum supradictis aliis defectibus, vt tradunt *Crauet. Roma. Menoch. Osasch. Farina. & Caren. in loc. adduct. supra num. 14.* ex illa conclusione, quod testis patiens plures defectus, etiam vti singulos non sufficientes ad repellendum testem, omninò a testificando repellitur, vt ex *Farin. Cancer. Vulpell. Ciriac. D. Andreol. & Rota* latiùs probaui *supra num. 15.* quae hic breuitatis studio non repeto.

Patiuntur etiam exceptiones in dicto, quia sunt dubij, cum deponant dubitatiuè, & alternatiuè, quod D. N. accessit ad Castrum N. die 22. vel 23. Octobris, salua veritate, & quod illuc ac-
37 cessit post Festum Diui Lucae † & sic eorum depositio dubia non concludit *Alex. conf. 152. num. 1. lib. 5. Natt. conf. 177. num. 4. lib. 1. Mascar. de prob. concl. 1363. num. 6. lib. 3.* latè *Farina. de testi. quaest. 68. num. 1. & num. 17. & 18. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. nu. 1. & seq.*

Secundò, quia assertam negatiuam nõ concludunt, quia cõstat ex processu repetitiuo *fol. 25.* ex de-
38 positione Ioannis Pasculini testis Fisci, † qui ideò cõtra inducentẽ plenè probat, licèt vnicus, vt post *Crau. Soc. Iun. Gabr. Caph. Bursatt. Hipp. Rimi. Menoch. Ludo. Hect. Aemil. Cassan. & alios* per eum relatos tradit *Farina. de testi. quaest. 62. num. 213. & seq. & nu. 237.* plenè *Giurb. conf. crim. 84. nu. 10.* alios referens, constat, inquam, quod a Castro N. ad Ciuitatem Eugubij itur, & reditur equitando spatio temporis quatuor horarum, ipsi verò testes steterunt non solùm per medietatem diei, sed etiam per integros dies, in quibus non viderunt dictum D. N. in dicto Castro, vt ipsimet fatentur in eorum repetitionibus, vndè cum ipse D. N. redire potuerit ad Ciuitatem Eugubij tempore, quo ipsi
39 illum non viderunt, † eorum depositio non cõcludit per necessè, nec probat dictam negatiuã *Bald. in l. conuenticula 15. num. 15. C. de Epis. & Cler. Gabr. conf. 168. num. 10. lib. 2. Farina. de testi. quaest. 68. nu. 4.* vbi de communi *Caph. conf. 77. n. 87. & seq. lib. 1. Bertaz. conf. 251. num. 26. lib. 2.* & ante eos *Alex. conf. 76. nu. 9. & conf. 24. num. 29. lib. 2. & conf. 172. num. 14. lib. 6.*

Vbicumque enim oppositum eius, quod testis deponit, potest stare cum veritate causae, talis depositio non releuat, vt tradunt *Bald. Gabr. Farina. Caph. Bursatt. & Alex. in loc. proximè adductis*, quibus addo *Ciriac. contro. 150. nu. 30. & contro. 180. num. 22.* in terminis *Giurb. conf. crim. 43. num. 24.*

Maximè, cũ vnus ex dictis testibus deponat, quod ex longitudine temporis ipse potuit errare in
40 eius depositione, † vndè, data possibili veritate in contrariũ, eius depositio corruit, *Farinac. de testi. d. quaest. 68. num. 4. & conf. 53. num. 39. vol. 1. Ciriac. d. contro. 150. num. 30. & dict. contro. 180. num. 22. Caph. d. conf. 77. nu. 27. & seq.*

Sanctes Ludouici pariter non probat, quia est familiaris, domesticus, & solitus inseruire D. N. accusatori, & est etiam rusticus, & laborator einsdem, vt ipsemet fatetur in eius depositione, & repetitione, vt tradunt *Doct. in loc. proximè adductis*, maximè stante pluralitate defectuum, quos patitur, vt pariter probaui *supra num. 15.* quibus addo, quod deponit dubitatiuè *(Che da tre, ò quattro dì in circa auanti Ogni Santi fino al fine di Nouembre il Sig. N. non tornò a Gubbio)*
41 † & sic non probat *Alex. conf. 149. num. 17. lib. 5. Curt. Iun. conf. 144. n. 4. Caph. conf. 77. num. 26. & seq. lib. 1. Osasch. conf. 46. nu. 33.* vbi testatur de communi opinione *Bertazz.*

conf.

cons. 100. *num.* 15. *lib.* 1. latè *Farinac. de testi.*
42 *quaest.* 68. *num.* 20. † maximè,cum agatur de probatione certi,& determinati tēporis,quequid sit, quando non stat ius in tempore, vel quantitate praecisa, vt post *glos. Menoch. Viui. Claud. ad Bertaz. & Rot.* per eum relatos declarat *Farina. d. quaest.* 68. *num.* 21. & post eum declarat Gratia. *discep. foren. cap.* 512. *num.* 10. & 11. *par.* 3. & *Rota in Parmen. Status* 3. *Decembris* 1607. *coram Greg. XV.*

Quae omnia, & plura militant etiam quo ad Ioannē Pasculini alium testem examinatū, cum ipse fuerit de tēcenti famulus D. N. accusatoris, & sic solitus ei inseruire, & est familiaris, domesticus, & laborator ipsius D. N. vt in processu repetitiuo *fol.* 25. & *seq.* & ideò repellitur a testificando, per iura, & au horitates adductas *supra num.* 35. item deponit dubitatiuè, dum dicit (*Il Sig. N. venne al Castello N. intorno alli* 24. *d'Ottobre*) & sic non probat, vt tradunt *Alex. Curt. Iun. Caph. Ofasch. Bertaz. & Farina. in loc. supra proximè adductis num.* 41. Maximè cum agatur de probando certo, & determinato tēpore, vt pariter probaui supra, quae, ne longior sim, non repeto.

Addo praedictis, quod est varius, & sibi contrarius, dum in processu informatiuo deponit, quod ipse videbat D. N. in Castro N. qualibet die, & hora diei, & in repetitionibus *fol.* 25. deponit, quod interdum effluxerunt quatuor, &
43 quinque horae diei, in quibus illum non vidit,† & ideò, vti talis, est a testificando repellendus *cap. licèt causam* 9. & *ibi not. Canonistae omnes de prob. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 8. vbi dicit, quod hoc omnes fatentur *Clar. in prac. §. fin. quaest.* 53. *versic. quartus est casus &c.* vbi de communi *Menoch. de arbitr. casu* 108. *nu.* 2. *Mascar. de prob. concl.* 1361. *nu.* 2. & 3 *vol.* 3. alios adducens latè *Farina. de testi. quaest.* 66. *num.* 13. *Rota decis.* 303. *num.* 1. *par.* 1. & *decis.* 677. *num.* 2. *par.* 3. *diuer. Vermiglio. cons.* 418. *num.* 3.

Postremò non probat dictam negatiuam, quia, cum constet per eius depositionem, quod a Castro N. itur, & reditur ad Ciuitatem Eugubii, equitando spatio quatuor horarum, & ipse stetit multoties per spatium quatuor, & quinque horarum, quod non vidit d. D. N. ergò d. tempore potuit ipse D. N. reuerti Eugubium, & sic non concludit dictam negatiuam, per iura adducta *supra n.* 39. hic iterum non repetenda.

Rentius Bennis alter testis deponens super negatiua illam nō probat ex eisdem ferè rationibus, & primò, quia est rusticus, pauper, vilis, & laborator D. N. accusatoris, vt in processu repetitiuo *fol.* 124. & *seq.* quae omnia repellunt ipsum testem a testificando absque alio adminiculo, vt tradunt *Doct. adducti supra num.* 35. & *seq.* & praecipuè *Menoch. de arbitr. casu* 99. *n.* 7. *Farina. de testi. quaest.* 57. *num.* 46. & *ex Caren. de offi. S. Inquis. tit.* 5. *num.* 68. item deponit dubitatiuè ibi (*il Sig. N. venne al Castello di N. sei, ò otto giorni auanti Ogni Santi*) *Doct. adduct. supra num.* 41. & eius depositio non concludit negatiuam, quia ipse dicit, quod interdum effluxerunt horae quinque, quibus non vidit ipsum D. N. & constat ex processu, quod potest quatuor horis quis ire, & redire equitando a Castro N. ad Ciuitatem Eugubii, & è contra, ergò in d. quinque horis potuit D. N. ire Eugubium, & redire ad Castrum N. & sic ipse d. negatiuam non benè cōcludit, per iura adducta *supra n.* 39.

Addo praedictis, quod d. testis deponit inuerisimilia, cum ipse non habitauerit in Castro N. vndè non est verisimile, quod viderit qualibet die d. D. N. in dicto Castro per integrum mensem, & cum eo semper fuerit, vt quilibet bonus Iudex
44 poterit arbitrari, † & sic non solùm non probat, imò est suspectus de falso *Iac. Aegid. de testi. num.* 24. *Rolan. cons.* 7. *num.* 17. *lib.* 1. & *cons.* 27. *num.* 28. *lib.* 3. *Bertaz. cons.* 452. *num.* 12. *lib.* 2. *Menoch. de arbitr. casu* 474. *n.* 59. *Mascar. de prob. concl.* 745. *num.* 14. *vol.* 2. & *concl.* 1264. *num.* 1. & *seq. vol.* 3. benè *Farina. de testi. quaest.* 65. *nu.* 144. & *seq.* alios adducens concordantes *Vermiglio. cons.* 15. *num* 34. & *cons.* 272. *num.* 9.

Pompilius Pauli alius testis eisdem laborat exceptionibus, est namque rusticus, pauper, vilis, lanio, & exercet cauponam, vt ipsemet deponit super interrogatoriis generalibus *fol.*
45 174. & *seq.* & ideò non est idoneus testis, † quoties enim cum paupertate concurrit alius defectus, testis omninò repellitur *Crauet. cons.* 349. *num.* 11. *Roma. cons.* 382. *nu.* 5. *Menoch. de arbitr. casu* 96. *num.* 7. & 8. plenè *Farina. de testi. quaest.* 57. *n.* 46. vbi testatur de communi opinione, & *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 68. qui alios adducunt ita sentientes, ad quod facit regula, quod testis patiens plures defectus, licèt vti singulos non sufficientes ad repellendum testem, omninò a testificando repellitur, vt tradunt *Doct. adducti supra num.* 15. & de teste tabernario, quod non admittatur ad testificandum, tradit *Hond. cons.* 93. *num.* 49. *vol.* 2.

Addo praedictis, quod dictus testis est varius, & sibi contrarius, quia in processu offensiuo deponit, quod nulla effluxit dies, in qua ipse non viderit D. N, & in processu repetitiuo *fol.* 74. & *seq.* deponit de directo contrarium, nempè quod effluxerunt dies integri, in quibus ipsum D. N.
46 non vidit, † & sic, vti varius, & sibi contrarius, non solùm non probat *Clar. in prac. §. fin. quaest.* 53. *versic. quartus est casus Farina.* qui alios refert *de testi. quaest.* 66. *n* 13. *seq. Caren. de Offic. S. Inquis.*

Inquis. par. 3. tit. 6. num. 58. alios adducens, *Sousa in Afforis. Inquis. lib. 2. cap. 6. §. 7. n.* 54.
47 *& seq.* † maximè, cum simus in substantialibus,
in quibus varietas, & contrarietas tollit omni
nò fidem testi, vt post *Albert. Ruin. & Petr.* per
48 eum relatos docet *Farina. d. quæst. 66. n.* 22. †
sed etiam puniri potest de falso *Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 23. n. 2. & 3. & seq. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 13. sub nu. 8. Clar. in prac. §. falsum vers. testis, qui falsum &c.* Rimi. *Iun. cons. 344. num. 1. & seq. lib. 3. Farinac.* alios cumulans concordantes *de testi. quæst. 66. n. 56.*

Siluester Blasorti, & D. Marsilia de Castro N. sunt pauperes, viles, rustici, cum D. Marsilia sit vxor publici plazzarii d. Castri, vt patet ex processu, & sic non admittendi ad probandam assertam negatiuam per iura supra adducta, quæ non repeto, licèt in hoc sufficeret sola qualitas sexus ad not. per *Farinac. de testi. quæst. 59. n. 1. & seq.* latè comprobantem, & per *Giurb. cons. crim. 43. num.* 5. Maximè, cum deponant dubitatiuè de tempore, quo accessit D. N. ad Castrum N. & cum dictionibus, *intorno al tal tempo, e saluo il vero*, vt post *Alex. Curt. Iun. Caph. Ossch. Bertaz. & Farinac.* per me relatos probaui *supra num.* 41. & in terminis de teste deponente, *salua veritate*, post *Alex. & Monticel.* per eum relatos tradit *Farinac. d. quæst. 68. nu.* 17. & cum sit contrarius aliis testibus Fisci, qui deponunt, d. D. N. reuersum fuisse ad Ciuitatem Eugubii in fine Mensis Nouembris, ipse verò deponit, illum reuersum fuisse ad dictam Ciuitatem, quando illùc accessit Illustrissimus D. Gubernator Status Vrbini, qui ad illam accessit
49 die vigesima secunda d. mensis, † & sic omninò
repellitur *Farinac. de testi. quæst. 65. num. 2. & seq. Sousa in Affor. Inquis. lib. 2. cap. 6. §. 1. n. 12. Gilhausen. in arb. crim. cap. 7. par. 3. de testi. nu.* 99. quos referendo sequitur *Carena de Offi. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 45. Vermiglio. cons. 70. num. 8. & cons. 265. num. 8.*

Vltimus verò testis deponens super dicta negatiua nempè Vincentius Comitis patitur tot exceptiones in persona, & in dicto, vt meritò dici possit cæteris deterior, est enim pauper, mendicus, rusticus, & laborator D. N. querelatoris, & sic
50 repellendus per iura supra adducta, † deponit
dubitatiuè per verba, *se mal non mi racordo*, & sic non probat, vt in terminis post. *Alex. Rimi. Alex. Bart. Corn. Monticel. & Bertaz.* per eum relatos scribit *Farinac. de testi. quæst. 68. nu.* 11. & post eum *Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num.* 3. & est sibi varius, & contrarius, quia deponit, quod d. tempore vidit D. N. in Castro N. qualibet die, & in processu repetitiuo *fol.* 168. deponit contrarium, nempè, quod illum non vidit qualibet die, & quod præterierunt dies, in quibus illum non vidit, & ideò non solùm non probat, vt tradunt *Clar. Farinac. Sousa Gillians & Carena in loc. relatis supra n. 46. & Vermiglio. cons. 36. num. 13. & cons. 433. n. 17. & cons. 33. num.* 4. sed etiam puniri potest de falso, vt tradunt pariter *Couar. Menoch. Clar.* Rimi. *Iun. & Farinac. in loc. relatis supra num.* 48. maximè cum simus in substantialibus *Farinac. ibi nu.* 22. cum aliis supra adductis.

Et ideò cum ad probandam negatiuam testes debeant esse saltē idonei, si non omni exceptione maiores, vt probaui *supra num.* 32. & cum testes patientes plures defectus, etiam vti singulos non sufficientes de per se ad repellendum testem a testificando, omninò a ferendo testimonio repellantur, vt pariter probaui *supra n. 15. & seq.* & testes omnes, de quibus supra, non vnā tantùm, vel duas patiantur exceptiones, sed plures, & plures tàm in persona, quàm in dicto, cum sint rustici, pauperes, laboratores, viles, inimici, inquisiti, varii, & sibi contrarij, & deponant dubitatiuè, & aliis laborent exceptionibus, de quibus supra, necessario sequitur, quod non solùm assertam negatiuam non probent, sed etiam esse de falso suspectos, vt supra.

Secundò principaliter non nocet Marcello inquisito asserta negatiua, quia *illa* non *fuit* benè coarctata, & restricta, cum illa fuerit restricta ad tempus nimis longum, nempè ad vnum mensem, & amplius, vt ex processu informatiuo
51 videre est, † negatiua autem restringenda est ad
tempus breue, aliàs testes super illa deponentes non solùm nihil probant, sed imò sunt de falso suspecti *Bart. in l. 1. §. hos interdicto num. 8. ff. de itin. actuq. priu. Bald. in l. actor. 23. vol. 2. versic. quædam sunt negatiuæ coarctata C. de prob.* vbi dicit, tempus vnius mensis esse nimis vagum *Alex. cons. 141. num. 10. vol. 1. Bossi. in pract. in tit. de defen. reor. num. 18. & 19. Pacia. de prob. lib. 1. cap. 36. num. 17. & seq.* vbi loquitur in teste deponente super negatiua coarctata ad vnum annum, vel vnum mensem, vt in casu nostro, & dicit, hunc testem non solùm non probare, sed etiam esse de falso suspectum, vt ibi per eum, benè *Farina. de testi. quæst. 65. n. 227.* alios aducens, *& cons. 88. n. 6. lib. 1.* cum quibus sentit *Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num.* 64. cum non sit verisimile, quod testes per tàm longum tempus semper viderint, & ideò quod possit benè concludere, vt tradunt Doct. supradicti.

Quod eò magis est dicendum, cum habeamus duos testes in processu defensiuo examinatos, nempè Io. Baptistā Thomæ de Costacciario, & Illust. D. Vbaldum Faunum deponentes, quod ipsi in dicto tempore Mensis Nouembris 1627. vi-
52 derunt pluries d. D. N. in Ciuitate Eugubii, †
& licèt testes examinati pro querelātibus, vti numero plures, vincant hos examinatos pro reo
regu-

regulariter, vti pauciores *cap. in nostra. 33. & ibi not. Butr. Aret. Abb. Felin. & alij, & cap. licèt causam 9. & ibi not. Zabar. Deci. Bero. Imol. & alij de prob.* & latè tradit *Farinac. de testi. quæst.*
53 *65. nu. 107.* † etiam si testes plures deponant super negatiua, & pauciores super affirmatiua *Clar. in pract. §. fin. quæst. 52. versic. scias autem &c. Mascar. de prob. concl. 70. num. 5. & seq. vol. 1.* & benè declarat *Farina. d. quæst. 65. nu. 222.* alios adducens quamplures.

Cũ tamen testes deponẽtes super hac negatiua implicita, licèt numero plures, sint inhabiles, stantibus exceptionibus, quas patiuntur, de quibus
54 supra, † & cum asserta negatiua non fuerit benè coarctata, vt supra pariter probaui, sequitur, quod magis sit credendum d. testibus super affirmatiua, vt fuit de mente *Aret. in d. cap. in nostra. 33. sub n. 20. de testi.* quem refert *Farina.*
55 *d. quæst. 65. num. 222.* † maximè cum d. duo testes deponant pro reo, & ad exclusionem delicti, contrarij verò, licèt plures, pro Accusatore *Bossi. in pract. in tit. de defen. reor. num. 8. in fin. Crot. de testi. nu. 369. in fin. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 4. num. 47. & nu. 57. Farina. de testi. d. quæst. 65. num. 57.* alios adducens, &
56 non dissentit *Guazz. defen. 29. cap. 1. nu. 2.* † cum testibus pro reo examinatis magis credatur, quàm examinatis pro informatione Curiæ *Bossi. vbi supra, num. 7. Farina. cons. 192. n. 34. lib. 2. Vermiglio. cons. 25. nu. 14. & cons. 131. num. 13.* fauorabilior enim est caosa defensionis, quàm causa Fisci *l. fauorabiliores 168. ff. de reg. iur. Marsil. sing. 90. Bossi. in pract. in tit. de fauo. defen. num. 2.* latè *Guazzi. d. defen. 29. cap. 1. num. 1.*

Ex quibus resultat apertè, Marcellũ prædictũ esse in manifesto casu absolutionis, & eò magis cum appareat ex depositionibus Baldi Grigionis, Iosephi Bruschi, & Philiphi Filitiani testium Fisci, quod D. N. die 20. Octobris, & sic die antecedẽti, in qua fuit volneratus R. D. N. accessit ad Apothecam, in qua aderat d. Inquisitus cũ aliis, & accersito Francisco aliàs N. diù cũ eo fuit al-
57 locutus, † & sic depositio Marcelli iuuatur primordio veritatis, & sic non possit dici falsus *Clar. in pract. §. falsum versic. præterea excusatur, Menoch. de præsum. lib. 5. præsump. 20. nu. 53. Gabr. cons. 169. num. 5. lib. 1. Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150. num. 106.* vbi quamplures adducit ita sentientes *Vermiglio. cons. 242. num. 4. & cons. 251. nu. 10. & cons. 402. num. 3. & cons. 430. num. 5.*

Non enim in totum est falsum, quod primordio veritatis adiuuatur *l. cum filius 78. §. hæres vbi Bart. num. 2. ff. de leg. 2.* & tradunt Doct. proximè adducti, cum falsitas, secundùm aliquos, sicut coniecturis, & præsumptionibus probatur, ita contrariis coniecturis excludatur, vt dicit *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 152. num. 6.* vbi de communi, & probaui supra *n. 30.*

58 Quibus non obstat, quod negatiua dicatur probata ex eo, quod testes depoñant, aliquem fuisse tali die in vno loco, licèt non dicant tota die, cum præsumptiuè dicatur probatum de tota die, vt videtur sentire *Guazzi. ad defen. reor.*
59 *defen. 28. cap. 1. n. 13. versic. Imò aliqui &c.* † quia id fortasse posset habere locum ad fauorem rei, & fauore defensionis, quæ probatur præsumptionibus, & coniecturis *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 27. Hond. cons. 99. num. 28. lib. 1. & cons. 87. num. 35. lib. 2. Farinac. cons. 6. num. 15. lib. 1. Guazzi. defen. 29. cap. 3. num. 3.* in quibus terminis loquitur Guazzi. *vbi supra* licèt dubitatiuè, secùs tamen quando agitur ad puniendum, & contra reum,
60 vt in casu nostro, † contra quem cum requirantur probationes luce meridiana clariores *leg. sciant cuncti. 25. vbi Doct. communiter C. de prob. Clar. in prac. §. fin. quæst. 66. num. 3. Menoch. de arbitr. casu 279. in prin.* latè *Guazz. ad defen. 33. cap. 14. num. 1.* maximè in crimine falsi, in quo requiruntur liquidissimæ probationes, vt probaui *supra num. 3.* & tradit *Vermiglio. cons. 198. num. 1. & cons. 256. nu 1. & cons. 430. num. 2.* vbi dicit, in crimine falsi requiri probationes magis concludentes, quàm in aliis delictis, meritò dicta præsumptio nõ est sufficiens, maximè cũ a Ciuitate Eugubii, & d. Castrũ propter loci vicinitatẽ possit quis breui tẽpore ire, & redire, vt supra probaui, quo caso d. præsumptionem non esse attendendam, dixit in terminis *Giurb. cons. 43. num. 24.* alios adducens.

Prout neque obstat fama publica probata per testes Fisci, quia, omisso, quod, vt illa dicatur legitimè probata, & afficiat Inquisitum, deficiunt omnia ferè illius requisita, quæ recenset *Farina. de indic. & tortu. quæst. 47. per tot.* vt ex proces-
61 su videre est, non obstat, inquam, quia d. fama ortum habuit post carcerationem d. Inquisiti, vt patet ex processu repetitiuo, & de iure præsumitur, vt tradit *Vermiglio. cons. 13. num. 15. & cons. 15. num. 5. & cons. 119. num. 12. & cons. 228. num. 7.* nisi testes specificent tempus
62 originis illius *Vermigl. loc. cit.* † ideò, vti orta, non ex veritate delicti, sed ex illo actu carcerationis, non est attendenda, & nullum facit probationis gradum *Gram. vot. 34. Marsil. singul. 97. Peguer. decis. crim. 17. nu. 27. Giurb. cons. crim. 91. nu. 44. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 73. Azued. cons. 30. num. 28. Vermiglio. in cons. supra allegatis.*

Addo prædictis, quod constat de bona fama Inquisiti, non solùm per testes in processu defensiuo examinatos *fol. 93. & 98.* sed etiam per depositionem Horatii Ciuciculi testis Fisci, de
63 qua in processu informatiuo, † quæ excludit præsump-

præsumptionem falsitatis *Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. num. 44. Gabr. cons. 169. num. 7. & 8. lib. 1. Hond. cons. 109. num. 38. vol. 1. Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 147.* cum bona fama elidat omnem contrariam Fisci præsumptionem *Hond. cons. 100. num. 20. & cons. 102. num. 53. & cons. 106. num. 79. & cons. 107. num. 55. & cons. 109. num. 40. vol. 1. Gnazzin. ad defens. reor. defen. 17. cap. 2. num. 4.*

64 Ex quibus coniecturis supra congestis pro reo tollitur si quid contra dictum reum remaneret, cum coniecturæ exclusiuæ delicti pro reo existentes tollant indicia contra eum existentia, ita vt, si reus esset torquendus, faciant illum non torqueri, latè *Farinac. de indic. & tort. q. 38. num. 111.* benè *Gnazzin. defen. 29. cap. 2. n. 1. & seq. & num. 6.* in puncto *Vermiglio. cons. 198. num. 8. & cons. 430. num. 9.* ex regula, quod vna præsumptio tollit aliam, vt post *Bart.* Gram. *Crauet. Io. de Amic.* Rim. *Iun. & alios* tradit
65 *Gnazz. d. cap. 2. num. 3.* † cum semper sit facienda interpretatio pro nō delicto *Hond. cons. 96. num. 35. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 817. n. 41. lib. 7. Guazzin. d. cap. 2. num. 4.* alios referens, etiam si coniecturæ pro reo essent debiliores,
66 Gnazzin. *ibi num. 6.* † & in crimine falsi quod semper sit facienda interpretatio pro non falso, dicit *Farina. de falsit. & simul. quæst. 153. n. 197.* & dixi supra in princ.

Quare &c. Saluo &c.

Marcellus Inquisitus fuit absolutus in Ciuitate Eugubij per Excellentissimum D. Prætorem d. Ciuitatis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ, &c.

A R G V M E N T V M.

Processus fabricatus ad querelam secreti Accusatoris an sit validus. Quænam probationes requirantur ad reprobandum Instrumentum, & ad conuincendum Notarium de falso. Ad euitandum falsitatem quænam interpretatio sit facienda; maximè si Notarius nullum lucrum ex illa consequi valeat. Falsitas commissa sinè dolo an sit punibilis, & quid, si falsitas non sit nocibilis neque actu, neque habitu, & de pluribus coniecturis falsum excludentibus. Et quænam interpretatio sit facienda circa commissionem pœnæ conuentionalis.

S V M M A R I V M.

1 *Processus fabricatus ad querelam secreti Accusatoris est nullus.*

Ita vt Inquisitus sit absoluendus, etiam si delictum sit probatum. num. 2.

3 *Notarius habet præsumptionem pro se, quod benè exerceat officium suum.*

Ita vt, si aliud scripserit, quàm sit dictum a partibus, præsumatur potiùs error, quàm falsitas. num. 4.

5 *Notarium ad conuincendum de falso probationes esse debent liquidissimæ.*

6 *Instrumentum habet præsumptionē, quod sit verum, & solemne, nisi contrarium probetur.*

7 *Testes reprobantes Instrumentum debent esse omni exceptione maiores, quando agitur contra Notarium.*

Ita vt qualibet leuissima exceptione repellantur. num. 8.

9 *Instrumenti ad reprobationem requiruntur liquidissimæ probationes.*

10 *Testis depositio corruit, data possibili veritate in contrarium, & num. 41.*

11 *Falsitas nulla sequitur, data possibili veritate in contrarium.*

12 *Testes reprobantes Instrumentum debent concludere per necessè.*

13 *Testis inimicus non probat.*

14 *Inimicitia repellit testem, etiam si de illa non constet, si adsit causa odij.*

15 *Testis plures patiens defectus omninò repellitur a testificando.*

16 *Actus, qui potest se habere ad falsum, & non falsum, interpretatur pro non falso.*

17 *Actus, qui in bonam, & malam partem sumi potest, sumitur in bonam ad exclusionem delicti.*

18 Falsitatem *ad euitandam omnis interpretatio est facienda, & num. 57.*

19 Falsitas *non præsumitur, cessante commodo ea faciente.*

20 *Delictum non præsumitur commissum sinè causa.*

21 *Falsitatis causa cessante, cessat falsitatis præsumptio, & num. 50.*

22 *Delicti causa debet respondere delicto.*

23 *Falsitas non præsumitur commissa sinè magno lucro, & num. 51.*

24 *Verborum declaratio spectat ad proferentem.*

25 *Falsitas vt euitetur, omnis præsumptio capienda est.*

26 *Verba, quæ possunt importare, & non importare falsitatem, accipiuntur, vt non importent falsitatem.*

27 *Falsitas vt euitetur, verba impropriantur.*

28 *Causa qualibet excusat a dolo.*

29 *Falsitas commissa sinè dolo non punitur.*

Maximè, quando dolus requiritur a statuto. num. 30.

31 *Error ad exclusionem falsitatis probatur ex coniecturis.*

Et præcipuè ex surditate. num. 32.

33 *Testis deponens, nullum fuisse præsentem, non est falsus probata præsentia, cum intelligatur, quod ipse viderit.*

Falsi-

34 *Falsitas, quæ non est nocibilis, non punitur.*
Neque pœna extraordinaria, si actu, & habitu non sit nocibilis. num. 35.
Contrarium tenet Menoch. *relatus ibi.* n. 36.
Procedit tamen absolutè, cessante dolo. n. 37.
Maximè, si dolus requiratur a statuto. n. 38.
39 *Testis inimicus, & instigator omninò repellitur a testificando.*
39 *Testis primò examinatus in processu ad querelā secreti accusatoris præsumitur accusator, & ideò repellitur a testificando.*
42 *Testis Fisci contra inducentem plenè probat.*
43 *Contradicere est velle impedire illum, cui contradicitur, ne optatum finem consequatur.*
44 *Testibus pluribus est standum.*
Maximè, quādo deponunt ad fauorē rei. n. 45.
46 *Cōsanguineus inimici mei dicitur inimicus meus.*
Et idem est in domestico, & familiari inimici mei. num. 47.
48 *Falsitas per contrarias coniecturas excluditur.*
49 *Coniecturæ pro non falso præferuntur coniecturis falsum suadentibus.*
52 *Falsitatem ad præsumendam non sufficit modicum lucrum, sed requiritur magnum.*
53 *Falsitas non præsumitur commissa coram multitudine personarum.*
54 *Fama bona excludit præsumptionem falsitatis.*
55 *Error præsumitur ex actu facto cum festinatione.*
56 *Comparitio spontanea maximum dicitur innocētiæ signum.*
58 *Falsitas vt euitetur, Iudex debet omnem adhibere diligentiam.*
59 *Accusatore non probante, reus est absoluendus.*
60 *Probatio generalia, & incerta non attenditur.*
61 *Interpretatio est facienda, quod in dubio pœna conuentionalis non sit commissa.*
62 *Iudicandum in dubio est contra Fiscum.*

ALLEGATIO LXXXIX.



Excellentissime Domine. Apparet adeò manifestè ex processu fabricato contra D. N. Notarium de Terra Cantiani super prætensis falsitatibus iuncto processu defensiuo, illum esse in casu absolutionis, vt patum mihi laborandum sit in docendo de illius innocentia, ne tamen muneri meo omninò deesse videar, & vt Amico roganti satisfaciā, hæc paucula in eius fauorem adducere decreui, ex quibus D. V. Excellentissimæ ictu saltem, vt aiunt, oculi de illius omnimoda innocentia constare valeat.

Et primò accipiendo primum caput prætensæ falsitatis Instrumenti venditionis arbusti factę a D. N. venit d. Inquisitus absoluendus, quia contra eum processum fuit ad querelam secreti Accu-
1 satoris, † quo casu processus est ipso iure nullus, vt tradunt *Farinac. de Inquis. quæst.* 1. n. 49. *versic. aduertat quintò &c.* vbi dicit, ita totum Mundum seruare & *consf.* 86. *num.* 54. vbi dicit, ex istis secretis notificationibus innumeras calumniosas vexationes oriri, quę sequitur *Guazz. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 24. & post eum *Ciriac. contron.* 482. *per tot.* & *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 71. *num.* 2. *vers. quartò requiritur &c.* & ante eos tradit *Clar. in prac. crim.* §. *fin. quæst.* 5. *vers. scias etiam,* vbi refert, quosdam Inquisitos ad querelam secreti Accusatoris fuisse de mandato Senatus absolutos. *Vermiglio. cons. crim.* 3. *num.* 13.

2 Ita vt Inquisitus sit absoluendus, etiam si delictum esset plenè probatum *Clar. in d. quæst.* 5. *d. vers. scias etiam. Guazz. d. cap.* 2. *num.* 24. benè *Ciriac. d. contro.* 482. *per tot.* quod quidem solum est per se sufficiens pro dicti Inquisiti absolutione.

3 Secundò, quia Notarius habet præsumptionem pro se, quod benè, & fideliter exerceat officium suum *Rolan. cons.* 38. *num* 21. *lib.* 1. *Farinac. de falsit. & simul. quæst* 156. *num.* 138. *Odd. cons.* 78. *num.* 49. vbi de communi *Ciriac. contro.* 408. *num.* 33. & ante eos *Oiasch. cons.* 64. *num.* 44. *vers.* hæc præsumitur &c.

4 Ita vt, si aliud scripserit, quàm fuerit dictum a partibus, præsumatur potius error, quàm falsitas, tex. in *l. quod adhibitus* 5. *in fin. C. de his, qui sibi adscr. in testa. Vulpell. cons. crim.* 47. *num.* 2. *Franc. Becc. cons.* 78. *num.* 13. & *n.* 24. & *seq. Farinac.* alios quamplures adducens cōcordantes *d. quæst.* 156. *num.* 142. *Gabr. cons.* 180. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. *Hond. cons.* 99. *n.* 9. *lib.* 2. *Ciriac. d. contro.* 408. *num.* 32. *Rota post sec. vol. consil. Farina. decis.* 233. *post princ.*

5 Vndè, ad conuincendum Notarium de falso, probationes debent esse liquidissimæ, nec præsumptiones sufficiunt *Ludou. decis. Lucen.* 13. *num.* 2. vbi testatur de communi opinione, *Mascard. de probat. conclus.* 1094 *numer.* 18. *lib.* 2. vbi alij Doct. recensentur *Farinac. de falsit. & simul. d. quæst.* 156. *num.* 139. alios pariter adducens ita sentientes. *Morot. cons.* 39. *num.* 1. & *seq. Ciriac. contro.* 131. *num.* 11. *et d. contro.* 408. *num.* 35. *Vermigl. cons.* 252. *n.* 8.

6 Prout etiam Instrumentū habet præsumptionem pro se, vt sit verum, & solemne, nisi contrarium euidentissimè probetur *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 44. *n.* 1. 2. & 3. *Farina. de falsit. & simul. d. quæst.* 156. *n.* 146. *Hond. d. cons.* 99. *num.* 8. *vol.* 2. *Surd. cons.* 535. *num.* 7. *lib.* 4. *Vermiglio. cons. crim.* 235. *in prin. Rota apud Merlin. de pigno. decis.* 78. *num.* 20.

7 Ita vt testes reprobantes Instrumentum debeāt esse omni exceptione maiores, quando agitur criminaliter contra Notarium, vt tenent *Bossi. in pract. crim. in tit. de fals. num.* 43. & *seq. Ancar. Iun. q.* 71. *num.* 8. & *seq. par.* 1. *Menoch. de arbitr.*

de arbitr. casu 105. *num.* 8. *in fin.* benè *Farinac. de falsit. &* | *simul. q.*158. *n.*111. *Hond. cons.*99. *num.*27. *vol.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 843. *num.* 33. *par.* 5. *Morot. cons.* 39. *num.* 9. *Giurb. cons. crim.* 78. *num.* 9. *vers. vel procedunt. Vermiglio. cons. crim.* 252. *num.* 4. vbi dicit, quod tunc non militat ratio illorum approbationis, vt ibi per eum, *Adden. ad Farin. cons.* 54. *in fin. lib.* 1.

8 In tantum, vt qualibet leuissima exceptione repellantur *Hond. d. cons.* 99. *n.* 30. *Surd. cons.* 414. *num.* 84. *Ciriac. contro.* 407. *num.* 208. *Gratia. d. cap.* 843. *nu.* 35. qui alios adducunt ita sentientes. Cum ipsi licèt videantur approbati a partibus, non censeantur tamen approbati a Notario, vt post *Bossi. Ancar. Alex. Styat. & Menoch.* per eum relatos benè declarat *Farinac. de falsit. & simul. d. quæst.* 158. *num.* 111. *& cons.* 170. *num.* 4. *lib.* 2. & post eum tradunt *Grass. de except. except.* 19. *num.* 100. *Hond. d. cons.* 99. *num.* 28. & *Vermiglio. d. cons. crim.* 252. *num.* 4.

9 Et cum ad Instrumenti reprobationem requirantur manifestissimæ probationes, & in superlatiuo gradu. *Crauet. cons.* 56. *num.* 3. *Alex. cons.* 33. *n.* 15. *lib.* 3. *Bossi. in prac. crim. in tit. de fals. num.* 9. *Menoch. de arbitr. d. casu* 105. *n.* 2. *Vermiglio. cons. crim.* 252. *nu.* 1. *& cons.* 248. *num* 5. alios adducens *Rota apud Caputaq. decis.* 100. *par.* 2.

Quæ quidem nullo modo concurrunt in casu, de quo agitur, nam primo probatio non est concludens, cum ex duobus testibus instrumentarijs Magister N. in processu repetitiuo deponat, *può essere che circa le parole di Donna N. hauessi posiuto pigliare errore, e quelle non hauere benè inteso*, & N. alter testis instrumentarius repetitus deponit, *Non posso dirgli d'hauer preso errore, ò nò, che anche ciò può essere, per non esse-*
10 *re bene informato &c.* † data autem possibili veritate in contrarium, testis dictum corruit *Farinac. cons.* 53. *sub num.* 39. *lib.* 1. *Ciriac. controu.* 150. *num.* 30. *& controu.* 180. *num.* 22. *Aldoui. cons.* 18. *num.* 30. *& cons.* 31. *num.* 10. *Rota decis.* 216 *num.* 13. *part.* 6. *recen. & apud Greg. XV. decis.* 353. *num.* 2. *& decis.* 531. *n.* 2. *par.* 3. *rec.*

11 Et nulla sequitur necessaria falsitas. *Franc. Becc. cons.* 78. *num.* 11. *Hond. cons.* 109. *n.* 14. *& seq. vol.* 1. *Surd. cons.* 132. *num.* 20. *vol.* 1. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 152. *num.* 8. *Ciriac. contro.* 131. *num.* 12. qui alios adducunt concordantes, & cum eis pertransit nouissimè *Vermiglio. cons. crim.* 28. *num.* 6. *& cons.* 198. *num.* 5.

12 Testes enim reprobantes instrumentum debent concludere per necessè, latè *Grass. d. excep.* 19. *num.* 66. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 83. *& seq. vol.* 3. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 158. *n.* 116. *& seq.* alios adducens sectatores *Hond. d. cons.* 99. *num.* 6. *num.* 7. *Morot. d. cons.* 39. *num.* 8. *Ciriac. d. contro.* 131. *num.* 11.

Secundò Magister N. vnus ex d. testibus instrumentarijs est inimicus D. N. Inquisiti, vt ipsemet fatetur super interrogatorijs generalibus, & N. alter testis habet quoq. displicentiæ causam ab Inquisito, vt ipse pariter deponit super genera-
13 libus interrogatorijs, † vndè non solù n nō sunt tales omni exceptione maiores, vt tradūt *Grass. in d. except.* 19. *num.* 20. *& Morot. d. cons.* 39. *num.* 10. imò repelluntur a testificando *Farinac. de testi. quæst.* 53. *num.* 3. *& seq.* latè comprobans, *& n.* 30. *Vermiglio. cons. crim.* 159. *n.* 7. *& cons.* 290. *num.* 5. in puncto *Morot. d. cons.* 39. *num.* 10. *Giurb. cons. crim.* 72. *n.* 55. *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 3. *Rot. decis.* 203. *num.* 8. *post sec. vol. cons. Farinac.*

14 Cum in criminalibus sufficiat, adesse causam odij, licèt de inimicitia non constet, & testis faciat se amicum. *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 14. *circa medium*. Rolan. *cons.* 24. *num.* 44. *lib.* 1. *Mascard. de prob. concl.* 857. *num.* 53. *& concl.* 899. *num.* 10. *lib.* 2. *Vulpell. cons. crim.* 14. *num.* 10. *& cons.* 26. *num.* 2. *Farinac. de testib. quæst.* 53. *num.* 21. *& seq.* alios adducens concordantes. *Hond. cons.* 100 *n.* 27. *& seq. lib.* 1. *Giurb. cons. crim.* 13. *num.* 7. qui alios pariter recenset sectatores.

Maximè cum d. testis sit etiam intellectu carens, & ferè demens, vt constat ex processu defensi-
15 uo super decimo articulo, † vndè, cum duobus laboret defectibus, omninò a testificando repellitur, etiam si vnus defectus per se non sit sufficiens ad repellendum testem. *Farinac. de testib. quæst.* 57. *num.* 46. *& quæst.* 62. *num.* 80. vbi dicit, hoc habere locum etiam in casu difficilis probationis, *& num.* 381. vbi testatur de communi opinione, & plures adducit concordantes *Vulpell. cons. crim.* 99. *num.* 19. *Ciriac. contro.* 89. *num.* 20. *D. Andreol. contro.* 172. *n.* 9. *Guazzi. ad defen. reor. defen.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. *vers. si vero Vermiglio. cons.* 433. *num.* 21 *Rota decis.* 477. *n.* 5. *par.* 5. *rec. lib.* 2. *& decis.* 199. *n.* 5. *par* 6. *rec.* ex regula, quod vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ benè operantur. *l. instrumenta* 5. *l. rationes* 6. *l. non epistolis* 13. *C. de prob. cap. illo vos* 4. *de pigno.* & tradunt *Farinac. & alij Doct.* supra proximè adducti.

Tertiò prætensa falsitas videtur consistere in hoc, quod d. Inquisitus apposuerit in Instrumento venditionis arbusti factæ per Donnam N. confessionem eiusdem, quod receperit florenos centum vigintiquinque ab emptore ad computum pretij, & quod ipsa dictam confessionem pretij facere recusauerit, nisi illo sibi soluto, & verba Testium sunt hæc, *Il Notario inquisito nel stipu-*

lare

lare l'Instrumento, disse, Donna N. vi contentate chiamarui sodisfatta di cento venticinque fiorini, & ella rispose mi chiamarò sodisfatta quando gl' hauerò hauuti, quæ quidem verba nullam important falsitatem, nisi probaro per Fiscum, vel Accusatorem, quod ei dicti floreni centum vigintiquinque non fuerint numerati, & sic quod dicta confessio apposita fuerit contra voluntatẽ Venditricis, cum esse potuerit, quod illi ei fuerint in continenti numerati, & sic confessio benè procederet, & sic potest dari possibilis veritas in contrarium, quo casu nulla intrat necessaria falsitas, vt post *Franc. Becci. Hond. Surd. Farinac. Ciriac. & Vermiglio.* probaui *supra*
16 *num. 11.* † cum actus, qui potest se habere ad falsum, & ad non falsum, in dubio interpretari debeat pro non falso, vt post *Bart. Bald. & Angel.* per eum adductos firmat *Gabr. cons. 180. num. 16. lib. 1.* & post eum *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 197. Hond. cons. 99. num. 25. vol. 2. Franc. Marc. decis. 655. num. 5. part. 1.*

17 Regula enim est generalis, quod actus æquiuocus, qui in bonam, & malam partem sumi potest, in bonam pro exclusione delicti venit interpretandus *Farinac. de inquis. quæst. 2. num. 29. vers. quia actus &c. Hond. cons. 58. num. 57. lib. 1. Vermiglio. cons. 13. num. 2.* Rota *apud Gregor. XV. decis. 204. num. 17. & decis. 476. num. 6. & decis. 493. num. 5.*

Et supradicta redduntur certissima in hoc casu, quia testes nesciunt, an dicta verba fuerint prolata de dictis florenis centum vigintiquinque, qui fuerunt confessati, seù de florenis vigintiquinque, quorum Do. N. Venditrix remansit creditrix emptoris, & qui non fuerunt confessati, vt paret ex ipsomet Instrumento, & ex repetitionibus testium examinatorum, vndè, cum dicta verba Venditricis recusantis facere confessionẽ, possint etiam intelligi de dictis florenis vigintiquinque, qui non fuerunt confessati in ipso Instrumento, nulla certè sequi potest necessaria falsitas, vt tradunt *Franc. Becci. Surd. Hond. Farinac. Ciriac. & Vermiglio. in loc. adduc. sup. num. 11.*

18 Maximè, cum ad effugiendam falsitatem omnis interpretatio sit facienda, latè *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. n. 193. & seq. Ciriac. dict. controu. 131. num. 47. Vermiglio. cons. crim. 256. num. 20.* Rota *decis. 607. n. 4. par. 1. rec* etiam si sit extranea, & subtilis *Farinac. & Ciriac. in loc. proximè adduc. Gargiar. Iun. cons. 55. num. 20. vol. 2.* ac etiam supplendo, & subaudiendo per verborum impropriationem *Bossi. in prac. crim. in tit. de falsit. n. 134. Gabr. cons. 169. nu. 4. in fin. lib. 1. Farinac. cons. 164. num. 16. lib. 2. & in tract. de testib. quæst. 67. num. 105. & seq.* quos refert, & sequitur *Vermiglio. cons. crim. 244. sub num. 13.* Rot. *decis. 607. num. 4. par. 1. recen.*

Super depositione verò D. N. Venditricis nullum potest fieri fundamentum, cum illa sit mulier, habeat interesse in causa, & sit inimica ipsius Inquisiti, vt apparet ex processu defensiuo, ita vt ipsa non solum non sit testis omni exceptione maior, vt requiritur in hoc casu, vt probaui *supra num. 13.* sed, vti patiens plurea defectus, omninò repellatur a testificando, vt tradunt *Farinac. Vulpell. Ciriac. D. Andreol. Guazzi. & Rota* in loc. adduc. *supra num. 15.*

Imò illius depositio excludit prætensam falsitatẽ, dum dicit, ipsam fecisse dictam confessionem sub spe futuræ numerationis, quod agnoscens Eminentissimus D. Cardinalis Vidman Legatus Vrbini rescripsit D. Prætori Cantiani, quod dictum Inquisitum dimitteret, facta eidem graui correctione, ne in posterum se rogaret de dictis instrumentis confessionatis, prout ex eius literis videre est, ita vt vlterius de hoc non sit quærendum *l. 1. & per tot. & ibi not. Doct. omnes C. de sent. pars. &c. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 21. num. 26.*

Addo prædictis, quod D. N. Inquisitus nullum cōmodum imaginabile sentire potuit ex dicta
19 confessione D.N. Venditricis, † ex quo maxima insurgit cōiectura ad falsitatem excludendã *Rub. Alex. cons. 15. nu. 3. Silua. cons. 7. nu. 18. & seq. Bertaz. cons. 528. num. 39.* vbi agit de Notario, qui pro Instrumento per eúm confecto, & quod prætenditur falsum, nihil est consequutus, *Gabr. cons. 169. nu. 22. lib. 1. Vulpel. cons. crim. 129. nu. 5. & nu. 23. Cæph. cons. 75. num. 21. & cons. 76. nu. 48. lib. 1.* latè *Farina. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 203. & seq.* alios quāplures adducens concordantes *Ciriac. contro. 408. nu. 39. Vermiglio. cons. crim. 250. num. 1. & cons. 252. num. 2.*

20 Sicut enim delictum non præsumitur cōmissum sinè causa, vt dicit *Farinac. in d. quæst. 153. num. 203. Vermiglio. cons. crim. 72. num. 7. & cons. 75. num. 8. Guazzi. ad defen. reo. defens.*
21 *28. cap. 1. num. 6.* † ita vbi cessat causa falsitatis, cessat etiam falsitatis præsumptio *Crau. cons. 75. num. 14. & seq. Silua. cons. 7. num. 11. & seq. Rolan. cons. 38. num. 39. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. falsum num. 8. Franc. Becci. cons. 78. n. 27. & cons. 102. num. 26.* & latè comprobat *Farinac. d. quæst. 153. nu. 203.* alios quamplures adducens ita sentientes *Hond. cons. 95. n. 40. & cons. 99. num. 12. lib. 2.*

22 Et sicut causa debet esse non leuis, sed grauis, & correspondens, & proportionata delicto *Farinac. de indic. & tortu. quæst. 52. num. 145. & cons. 192. num. 1. & seq. Vermiglio. cons. crim.*
23 *20. num. 20. & cons. 25. num. 3.* † ita falsitas, vti grauè delictum, non præsumitur commissa

sinè magno lucro *Farinac. d. quæst.* 153. *num.* 203. *& seq. Foller. in pract. crim. in verbo Item quod commisit falsitatem nu.* 94. *Gabr. cons.* 169. *num.* 11. *& seq Hond. cons.* 109. *num.* 23. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 96. *nu.* 40. *& num.* 62. *lib.* 2. *Ciriac. contro.* 131. *nu.* 42. *Gait. de cred. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3058. *Adden. ad Buratt. decis.* 624. *num.* 11.

Quibus eò magis locus esse debet, stante bona fama, & spontanea comparitione Inquisiti, de quibus latiùs dicetur infra, meritò &c.

Quo verò ad alterũ caput prætensæ falsitatis fundatum in eo, quod d. D. N. Inquisitus scripserit, vti Cancellarius Communitatis, in libro Cõsiliorum, ipsum fuisse electum Præfectum Annonæ oleariæ nemine contradicente, & ex processu appareat, fuisse contradictum per Doctorem N. ac etiam per N. indebitè illius retardatur absolutio, quia (accipiendo contradictionẽ Doctoris N.) quia, inquam, quando in Consilio fit aliqua propositio per Magistratum, qui vult contradicere, id facit, & facere debet coram Excellentissimo D. Prætore, & Perillustre Magistratu manendo in circulo, non autẽ deambulando per Salam Palatii interloquẽdo cum alio, & eminùs a Iudice, & Magistratu, vt deponunt DD. N. N. N. & N. quatuor testes Fisci super quarto interrogatorio, si enim aliquid asseratur per aliquem ex Cõsiliariis in deambulando per salam, & extra circulum, vt supra, non censetur dictum animo, & ad effectum cõtradicendi partito proposito, sed per modum discursus, prout verè fuisse factum in casu nostro, clarè deponunt non solùm omnes quatuor testes Fisci supradicti, sed etiam D. N. alter testis Fisci, &
24 ipsemet Doctor N. † ad quem spectat eius verba, & intentionem declarare *l. si quis intentione* 66. *ff. de iudic. Bertaz. in repetit. l. si quis maior. num.* 504. *C. de transa. Barbo. axiom.* 130. *in prin.* dum fuerunt repetiti super quarto interrogatorio.

Ad euitandam autem falsitatem, dicta verba in di-
25 cto sensu sunt intelligenda, † cum, vt falsitas euitetur, omnis alia præsumptio capienda sit, & omnis interpretatio sit facienda *Clar. in prac. crim. §. falsum vers. item debet Iudex &c. Odd. cons.* 78. *num.* 50. vbi testatur de communi opinione, latè *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153. *num.* 193. benè *Ciriac. contro.* 131. *num.* 47. *Vermiglio. cons. crim.* 256. *num.* 20. *Rot. decis.* 607. *num.* 4. *par.* 1. *rec. & decis.* 83. *n.* 1. *par.* 4. *recen. tom.* 2.

Etiam fi esset aliquantulum extranea, & subtilis *Menoch. de præsump. lib.* 5. *præsump.* 20. *nu.* 3. *Farinac. d. quæst.* 153. *num.* 199. *Ciriac. d. contro.* 131. *num.* 47. *& seq.*

26 Et cum verba dubia, quæ possunt importare, & non importare falsitatẽ, sint interpretanda, vt non importent falsitatem *Franc. Becci. d. cons.* 78. *num.* 12. *&* 32. *Farinac. d. quæst.* 153. *num.* 194. *& seq. Osasch. cons.* 64. *num.* 58. *Mascar. de prob. concl.* 145. *n.* 4. *lib.* 1. *Gabr. cons.* 180. *num.* 16. *lib.* 1. Rimi. *Iun. cons.* 145. *num.* 25. *lib.* 2. *Vermiglio. cons. crim.* 621 *num.* 7.

27 Etiam impropriando verba *Franc. Becc. dict. cons.* 78. *num.* 32. *Farinac. d. quæst.* 153. *n.* 195. *& seq.* vbi subiungit, quod, ad falsitatem euitandam, omnis subtilitas est adhibenda, vt ibi per eum *num.* 198. cum quo concordat *Ciriac. dict. contro.* 131. *num.* 46. *&* 47. *Rota apud Caputaq. decis.* 3. *num.* 3. *par.* 2.

Addo prædictis, quod dum Doctor N. verba prædicta contradictoria protulit extra circulum, & locum solitum, & deambulando per salam Palatij, vt supra, ex eo Inquisitus prædictus desumere potuit iustam credulitatem, quod ipse verè non contradixerit propositioni factæ de eius persona pro Præfecto Annonæ oleariæ, vt deponit D. N. testis Fisci super tertio interrogatorio ibi *Può essere, che egli ciò dicesse per discorso, atteso il modo, e luogo, doue ciò disse,* & prout etiam deposuit ipsemet Doctor N. super quarto interrogatio ibi *Quello, che si dice da Consiglieri per rispondere alle proposte, si dice auãti il Magistrato, e non sù la porta del Palazzo, e dicendosi fuori del circolo, si dice non per opporre alle proposte, mà per modo di discorso &c.*
Quæ quidem credulitas Inquisitum excusat a
28 dolo, † a quo quælibet causa excusat, & quælibet credulitas etiam leuis, fatua, & temeraria *Franc. Becci. cons.* 78. *num.* 27. vbi testatur de communi opinione, & *cons.* 4. *nu.* 16. *Hond. cons.* 105. *num.* 23. *& cons.* 112. *nu.* 19. *lib.* 1. latè *Farinac. de pæn. temper. quæst.* 90. *num.* 1. *& seq.* Giurb. *cons. crim.* 24. *num.* 24 *Vermiglio. cons. crim.* 407. *num.* 8. & ante eos *Surd. decis.* 216. *num.* 40.

Maximè cessante lucro, vt infra dicetur *Farinac. de pæn. temper. quæst.* 89. *n.* 56. & cum agatur de actu palam gesto, & coram multitudine personarum *Farinac. dict. quæst.* 89. *num.* 63. benè *Giurb. cons. crim.* 34. *num.* 27. alios adducens, & dicetur infra.

29 Sinè autem dolo falsitas commissa non punitur, secundùm veriorem, & magis communem Doct. opinionem, de qua testantur *Franc. Becci. d. cons.* 78. *nu.* 16. vbi etiam dicit, quod quando adsunt coniecturæ excludentes dolum, falsitas non est punibilis, etiam si de illa expresè constet, *Hond. cons.* 109. *num.* 28. *& seq. & n.* 54. *lib.* 1. cum quibus pertranseunt *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 150. *num.* 288. *Menoch. de arbitr. casu* 309. *num.* 2. Morot. *cons.* 61. *in prin. Ciriac. contro.* 131. *n.* 15. vbi dicit, quod, vt falsitas puniatur, requiritur dolus verus, nec sufficit præsumptus, nec culpa etiam lata, vt

ibi

ibi per eum, *Gait. de credit. cap. 2. tit. 5. num. 912. & seq. Vermiglio. cons. crim. 237. num. 3.* vbi quamplures adducit sectatores, & dicit, hanc opinionem absq. dubio procedere, & *cons. 409. numer. 6.*

30 Et nullam recipit difficultatē in casu nostro, in quo tàm vigore Statuti, quàm Bannimentorum generalium ad incurrendam pœnam falsi requiritur dolus, vt post *Bertaz. Franc. Becci. Hier. Lauren. & Ant. de Tertijs* per eum relatos tradit *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150. num. 285.* & post eum *Ciriaci d. contron. 131. num. 16.* vigore quidem Statuti expressè *lib. 4. rub. 46.* ibi *Notarius qui dolosè fecerit &c.* Bannimentorum verò generalium tacitè, dum sub num. 12. loquuntur *E chi ardisce falsificare &c.* vt post *Card. Marsil. Bertaz. & Bursatt.* per eum adductos in terminis scripsit *Farinac. de pœn. temper. quæst. 87. num. 32.* & post eum *Ciriac. contro. 248. num. 18. & contro. 369. num. 29.*

Quod verò d. Inquisitus sit in casu manifestæ absolutionis, vltra prædicta, demonstratur etiam apertè, quia, admisso, citra veri præiudicium, quod verba Doctoris N. importarent contradictionem, tamen cum detur casus, quod Inquisitus illa non audierit, vel audire non potuerit, vt deponunt DD. N. N. N. & N. quatuor testes Fisci super quinto interrogatorio, & D. N. alter testis Fisci, qui deponit per hæc verba *Io credo, che hauendo il Dottor N. detto le dette parole per la sala, e quasi sù la Porta del Palazzo verisimilmente non sinno state sentite dal Sig. N. Inquisito, ne da lui siano state comprese, mentre egli scriuena il Consiglio nel banco assai lontano dal detto Dottore, atteso che con mala pena l'intesi io, che ero più vicino &c.* sequitur dicendum, id per errorem fuisse adnotatum per dictum Inquisitum, non autem per falsitatem, cum, vltra præsumptionem iuris, quod in Notario magis præsumitur error, quàm falsitas, vt tradunt *Franc. Becci. Vulpell. Farinac. Gabr. Hond. Ciriac.*

31 *& Rot.* in locis relatis *supra num. 4.* error illius probatus dicatur ex coniecturis, vt tradunt *Bald. in l. cum proponebatur in prin. & col. 2. in fin. ff. de leg. 2. Camba. de claus. in claus. de error. Not. §. restat videndum il secondo num. 1. & sequitur num. 2.* quos refert, & sequitur *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 156. num. 121.* post eum tradit *Ciriac. contron. 408. num. 40.* & faciunt notata per *Gratian. discept. forens. cap. 742. num. 26. part. 4.* dum probat, possibile esse, aliquem fecisse testamentum, & tamen testes, deponentes, testatorem decessisse ab intestato non esse falsos, vt ibi per eum.

32 Quæ eò magis habent locum, cum d. Inquisitus, vti ætatis annorū septuaginta, sit etiam surdaster, vt constat ex processu defensiuo, vndè eò magis probatur, ipsum verba Doctoris N. nō audiuisse, & suam electionem in Præfectum Annonæ, nemine cōtradicente, adnotasse ad tex. *l. quod adhibitus 5. in fin. C. de his, qui sibi adscr. in test. Franc. Becci. d. cons. 78. num. 13. & seq. Hond. cons. 99. n. 9. lib. 2. Ciriac. contro. 408. n. 40. & seq.* qui alios adducunt ita sentientes.

Secundò, quia dictus Doctor N. prædicta verba protulit submissa voce, vt deponit D. N. testis Fisci ibi *Il Dottore N. andana per la sala borbottando, dicendo non essere questo negotio da risoluersi dal Consiglio de Deputati*, cum quo concordat D. N. alter testis Fisci super sexto interrogatorio, quod eò magis demonstrat, dictum D. Inquisitum prædicta verba non audiuisse, & ideò per errorem dictam annotationem suæ electionis fecisse, vt tradunt Doct. supradicti.

Tertiò ponere videntur rem in tuto depositiones DD. N. & N. testium Fisci asserentium, ipsos non audiuisse Doctorem N. contradicentem dicto partito proposito, ex quo sequitur, quod sicut ipsi testes contradictionem prædictam non audierunt, ita esse posse, quod dictus Inquisitus illam non audierit, & sic nulla sequitur necessaria falsitas, vt tradunt *Becci. Hond. Surd. Farinac. Ciriac. & Vermiglio.* in loc. adductis *supra num. 11.* & faciunt notata per *Ang. in*

33 *cons. 275. sub num. 5.* vbi vult, quod si testes deponant, nullum fuisse præsentē, & ex aduerso probetur, aliquem fuisse præsentem, saluatur testis, quod nullus fuerit præsens, quem ipse viderit, vel ad quem aduerterit, & *Ang.* sequuntur *Ias. in l. 3. §. iurari nu. 21. ff. de iureiur. & Aldobran. cons. 131. num. 16. lib. 2.* quos refert, & sequitur *Ciriac. contron. 407. num. 149.* & sic pari modo saluari potest assertio Inquisiti, quod nemo contradixerit, quem ipse audiuerit, vel aduerterit.

Maximè cessante lucro, & sic causa delinquendi, vt infra dicetur, ex quibus magis confirmatur præsumptio, dictam assertionem Inquisiti per errorem factam fuisse, vt in terminis tradunt *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 203. & seq. & Ciriac. contron. 408. num. 39. & seq.* quod est certissimum, stantibus coniecturis supra adductis, ex quibus errorem probari, in proposito scripserunt *Bald. Camba. Farinac. & Ciriac.* in loc. adductis *supra num. 31.*

Postremò Inquisitus prædictus est absoluendus, quia cum Annona olearia habere debeat duos Præfectos olei, & eius nihil intersit, an magis sit vnus, quàm alter, vt patet ex processu defensiuo, sequitur, quod Inquisitus etiā falsò se fuisse electum in Præfectum illius, nemine contradicente, adscribendo, falsitas prædicta nōn sit

34 nocibilis, & vti talis, non sit punibilis, vt tradūt *Vulpell. cons. crim. 129. per tot. & ibi Adden. Franc. Becci. d. cons. 78. nu. 14. Silnan. cons. 7. n. 18.* vbi testatur de communi opinione, *Clar. in pract.*

in pract. crim. in §. falsum versic. item excusatur,
vbi pariter testatur de communi opinione, &
ibi Baiar. num. 7. & num. 255. & latè compro-
bat, quampluribus Doctoribus allatis de com-
muni opinione attestantibus. Farinac. de falsit.
& simul. quæst. 150. num. 291. & seq. Hond.
cons. 109. num. 55. lib. 1. Morot. cons. 61. n. 5.
Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. n. 524. Vermiglio.
cons. crim. 236. num. 7. et cons. 250. num. 11.
& cons. 256. num. 12. et cons. 499. num. 3.
35 Neque pœna extraordinaria, cum non sit ne-
que actu, neque habitu nocibilis, vt tradũt Surd.
decis. 282. nu. 18. et seq. vbi de communi Hond.
cons. 109. num. 40. et seq. lib. 1. Vulpell. cons.
crim. 129. per tot. Farina. de falsit. et simul. quæst.
150. num. 337. versic. contrarium etc. Felic. al-
legat. 18. num. 33. et seq. et allega. 19. nu. 19.
par. 1. quos refert, & sequitur Vermiglio. cons.
crim 236. num. 7. & cons. 250. nu. 11. et cons.
256. num. 12. et cons. 499. num. 3. vbi testatur
de veriori, & magis recepta Doct. opinione.
36 Quod licèt non transeat sinè difficultate, vt
videre est per Menoch. de arbitr. casu 306. n. 22. in
casu tamẽ, de quo agitur, procedit sinè dubio,
cum in eo cesset dolus, vt supra plenè probaui,
37 quo casu falsitas nulla pœna nec ordinaria, nec
extraordinaria punitur, vt tradunt Vulpel. d.
cons. crim. 129. num. 8. et 15. Franc. Becci. d.
cons. 78. num. 16. vbi dicit, quod hoc fatentur
omnes Doct. Hond. d. cons. 109. nu. 54. lib. 1.
Farinac de falsit. et simul. quæst. 150. num. 340.
vbi dicit, quod hæc est vera opinio, Ciriac. alios
adducens concordantes d. contron. 131. nu. 15.
et 51. vbi testatur de veriori, & magis communi
Doct. opinione Vermiglio. cons. crim. 237. n. 3.
et cons. 409. num. 6. Calui. de æquit. cap. 190.
num. 7. et num. 80. et seq. lib. 2.
Maximè cum requiratur expresse a statuto, quod
sit nocibilis, vt in dicto lib. 4. rub. 46. ibi vel
38 aliter veritatem perniciosè immutauerit, † quo
cessante, nullā intrare pœnā, voluerunt Vulpell.
cons. crim. 31. num. 1. et cons. 32. num. 5. Rota
in Senogallien. supplementi legitimæ 10. Iunij
1641. coram. R. P. D. Merlino §. non obstat sta-
tutum etc.
Neque vllum potest fieri fundamentum contra
Inquisitum super prætensa cõtradictione D. N.
ex duobus, & primò, quia illa non fuit sufficiẽ-
ter probata in processu, stante quod de illa de-
ponant tantùm ipse D. N. & D. N. alter testis
Fisci, qui quidem D. N. est inimicus capitalis
ipsius Inquisiti, & Instigator, & promotor hu-
ius causæ contra Inquisitum, vt plenè constat
ex processu defensiuo, & benè notum est D. V.
39 Excellentissimæ, † & ideò omninò repellitur a
testificando, vt latè comprobat Farina. de testib.
quæst. 53. num. 3. et seq. alios adducens concor-
dantes. Giurb. cons. crim. 13. num. 7. Caren. de
Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 6. et seq. Ver-
miglio. cons. crim. 119. num. 19.
40 Nec non, quia, stante processu fabricato ad
querelam secreti Accusatoris, ipse D. N. cum sit
primus testis examinatus, præsumitur ipsemet
Accusator, prout realiter fuisse communiter
creditur, & ex illius depositione benè colligi-
tur, & ideò nihil probat, vt post Decia. cons. 93.
num. 125. vol. 2. et Bertaz. cons. 251. num. 103.
vol. 2. per eum relatos tradit Guazzin. ad defen.
reor. defen. 29. cap. 2. num. 28. & post eum
Capic. Latro decis. 179. nu. 37. par. 1. D. An-
dreol. contro. 345. num. 1.
D. verò N. alter testis examinatus, vt supra, super
dicta contradictione, est pariter inimicus In-
quisiti, vt ipsemet fatetur super interrogato-
rijs generalibus, & ideò nullã facit probationẽ,
vt tradunt Farinac. Giurb. Caren. et Vermigl. in
loc. supra proximè adduct. n. 39. quod est certis-
simum in casu nostro, cum ipse in processu re-
petitiuo deponat, potuisse errare in eius depo-
sitione, cum non benè verba per D. N. prolata
41. audierit, † vndè, data possibili veritate in con-
trarium, illius dictum omninò corruit Bald. in l.
conuenticulam 15. num. 3. C. de Episc. et Cleri.
Aldoni. cons. 18. num. 30. latè Farinac. de testi.
quæst. 68. num. 4. alios adducens Ciriac. contro.
84. num. 6. et 7. et contro. 150. num. 30. Rot.
decis. 216. nu. 13. par. 6. rec. et apud Greg. XV.
decis. 353. num. 2 et decis. 531. num. 2. par. 3.
rec, & alij adducti supra num. 10.
Secũdò, quia, admisso etiam, citra veri preiudiciũ,
quod dictus D. N. aliquid in contrarium attu-
lerit, illius tamen verba, si benè aduertantur, ap-
parebit non esse contradictoria, neque ipsum
dici posse contradixisse partito proposito, vt
benè probat, & declarat D. N. testis Fisci su-
per quinto interrogatorio, dum dicit Solo N.
disse Ser N. Inquisito si vuol raccogliere ogni cosa
42 per se, † qui cum sit testis Fisci contra inducẽ-
tem plenè probat, licèt vnicus Guazzi. ad defen.
reo. defen. 33. cap. 14. n. 11. Giurb. cons. crim.
84. num. 10. Farinac. cons. 120. n. 10. et cons.
152. num. 8. lib. 2. Vermiglio. cons. crim. 500.
num. 3.
Quæ verba, quod non sint contradictoria partito
proposito, & sic non sint contraria scripturæ
factæ per Inquisitum, benè probat Cas. Argel.
de legit. contradict. quæst. 1. art. 1. num. 6. vbi
43 dicit, † quod contradicere est velle impedire
illum, cui contradicitur, quominus optatum
finem consequatur, & probat Arist. 1. poster.
dum dicit, quod contradictio est oppositio, cu-
ius non est medium, quod certè verificari non
potest in dictis verbis, Ser N. si vuol raccogliere
ogni cosa per se, quæ non sint contraria propo-
sitioni de sua persona factæ pro Præfecto An-
nonæ oleariæ, vt de se patet.

Neque

Neque obstat depositio D. Capitanei N. alterius testis Fisci dicentis, quod etiam ipse oppofuit, & contradixit dictæ propositioni factę per Magistratum, quia id a nemine fuit auditum, & contrarium deponunt DD. N. N. N. & N. te-
44 stea Fisci, † quibus, vti pluribus, est standum. *Gram. vot. 2. num. 16. Guazzin. ad defen. reo. defen. 33. cap. 14. sub num. 11. Gratia. discep. foren. cap. 468. num. 76. versic. neque obstat etc. par. 3. Ciriac. contro. 407. num. 84. Rot. decis. 258. num. 14. et decis. 269. num. 7. par. 7. rec.*
45 † maximè cum deponant ad exculpationem rei *Bossi. in pract. crim. in tit. de defen. reo. nu. 7. in fin. Farinac. conf. 193. nu. 34. lib. 2. Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 3. num. 2.* alios adducens ita sentientes *Vermiglio. cons. crim. 25. num. 14. & cons. 131. num. 13.*

Secundò, quia est consanguineus in tertio gradu D. N. inimici Inquisiti, vt plenè constat ex pro-
46 cessu defensiuo super sexto articulo, † & sic dicitur inimicus eiusdem Inquisiti, & non est idoneus testis contra eum *l. athleta 8. §. dat remissionem, et ibi hoc not. Bald. et communiter Doct. ff. de excus. tuto.* *Rolan. cons. 24. nu. 37. et seq. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 14. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. n. 14.* & firmat *Farinac. de testib. quæst. 53. num. 34.* vbi dat concordantes,

Et est domesticus, familiaris, & intrinsecus eiusdem D. N. inimici Inquisiti, vt supra, vt deponunt pariter testes defensiui super sexto arti-
47 culo, † quod pariter repellit a testificando, vt post *Bart. Cin. Bald. Aufre. Lanfran. Crot. Præpos. Gigan. Corrad. Bertaz. Vulpell. Mascard. Bursat. Decia. Baiard.* per eum adductos tradit *Farinac. de testi. quæst. 53. num. 36. et seq.*

Quod non recipit dubitationē, stantibus pluribus defectibus, quos patitur dictus testis, qui ideò nullam facit probationem, etiam quod essemus in atrocissimis, & in casu difficilis probationis, vt tradunt *Farinac. Vulpell. Ciriac. D. Andr... Guazzin. & Rota in loc. adductis supra num. 15.* quæ breuitatis causa non repeto.

Stante igitur, quod verba contradictoria D. N. nō sint probata in processu, vel saltem non sint cōtradi ctoria, vt dixi, & quod verba Doctoris N. non fuerint prolata ad effectum contradicendi partito per Magistratum proposito, vt deponunt omnes ferè testes Fisci ex rationibus per eos adductis, benè licuit D. Inquisito scribere, ipsum fuisse electum in Præfectum Annonæ, nemine contradicente, stante consuetudine, quod nemine opponente partita in Consilio proposita censeantur obtenta, vt probant omnes testes Fisci, qui contra inducentem plenè probant, vt tradunt *Guazzin. Farinac. Giurba, & Vermigl. in loc. adduct. supra num. 42.*

Quæ omnia licèt per se sint satis clara, si tamen aliqua remanere videretur suspicio prætensæ falsitatis, quod non credo, illa tamen omninò excluderetur ex coniecturis pro dicto Inquisito existentibus, cum falsitas sicut coniecturis ar-
48 guitur secundum opinionem aliquorum, † ita contrarijs coniecturis excludatur, vt docent *Farinac. conf. 11. n. 36. & seq. lib. 1. Guazzin. ad defen. reo. defen. 4. cap. 9. in fin. Ciriac. contro. 131. num. 31. Vermiglio. cons. crim. 252. num. 11.* & ante eos *Gabr. cons. 169. num. 4. in fin. lib. 1.*

49 Ita vt coniecturæ pro nun falso præferantur coniecturis falsum suadentibus *Surd. cons. 173. num. 56. & seq. vol. 2. Adden. ad Buratt. decis. 611. num. 25. in fin. Giurb. cons. crim. 64. in fin.*

Prima autem desumitur coniectura ex depositionibus testium Fisci asserentium, dictum Inquisitum ob distantiam a Doctore N. verisimiliter illius verba non audiuisse, maximè ob illius surditatem, & quia Doctor loquebatur submissa voce, & præsertim cum aliqui ex testibus illa non audierint, de qua diximus *sup. num. 32. & seq.* & ideò breuitatis causa non repeto, & hæc coniectura videtur ponere falcem ad radices.

Secunda desumitur ex defectu causæ, sicut enim delictum non præsumitur commissum sine causa, vt tradunt *Farinac. Guazzi. & Vermiglio. in loc. adduct. supra. nu. 20.* & vltra eos *Ciriac. de contro. 131. num. 33.* alios adducens ita senti-
50 entes, † ita, cessante causa falsitatis, cessat etiā falsitatis præsumptio *Gabr. conf. 180. num. 14. vol. 1. Hond. cons. 96. n. 60. lib. 2. Farina. de falsit. & simul. quæst. 153. n. 203.* alios referens concordantes *Ciriac. contro. 408. nu. 39. Gargiar. Iun. cons. 55. n. 13. lib. 2.* & dixi pariter *supra*
51 *nu. 21.* † cum illa non censeatur commissa sinè lucro. *Vulpell. d. cons. crim. 129. nu. 5. & seq. Gabr. d. cons. 169. num. 22. lib. 1. Hond. cons. 109. num. 23. lib. 1. & cons. 96. num. 61. lib. 2. Farinac. de falsit. & simul. d. quæst. 153. n. 104. Ciriac. d. contro. 408. num. 39. Gargiar. Iun. cons. 55. num. 15. Vermiglio. cons. crim. 235. num. 8. & cons. 250. num. 1. & cons. 251. n. 2. & cons. 255. num. 1.* cum alijs adductis *supra numer. 23.*

52 Et non sufficit modicum lucrum ad præsumendam falsitatem, sed requiritur magnum, & considerabile, vt not. *Foller. in pract. crim. in vers. Item quod commisit falsitatem numer. 94. Gabr. dict. cons. 169. num. 11. & sequen. Hond. d. cons. 109. num. 23. & seq. lib. 1. & cons. 99. num. 40. & nu. 62. vol. 2.* vbi dicit, non sufficere lucrum sex aureorum, vt ibi per eum *Farinac. d. quæst. 153. num. 207.* alios adducens ita sentientes quamplures, *Ciriac. d. contro. 131. num. 42. Gatt. de credit. cap. 2. tit. 8. nu. 3058.*

In casu verò nostro non solùm non agitur de lucro sex aureorum, sed imò vix duorum, quia licèt

ſicèt Annona tradat Præfecto illius in recompenſationem laborum vnam broccam olei, vt probatur ex proceſſu deſenſiuo; ſunt tamen tot labores, quos ſubſtinet Prçfectus in emẽdò oleo, in illud vendere facieudo minutatim, in cõficiendo libro emptionum, in retinendo claues Annonæ, & in alijs circa illius adminiſtrationem, vt labores longè ſuperent dictam paruam recognitionem, vt benè probant teſtes defenſiui ad fauorem Inquiſiti examinati, vndè ex nullo, vel tam modico lucro non eſt veriſimile, ſuiſſe commiſſam falſitatem, vt tradunt Doct. ſupra proximè adducti.

53 Tertia deſumitur coniectura ex multitudine perſonarum, coram quibus falſitas commiſſa, non præſumitur, vt in caſu noſtro, in quo agitur de actu geſto in Conſilio *Vulpell. conſ. crim. 129. n. 5. & ſeq. Franc. Becci. d. conſ. 78. n. 21. & ſeq. & conſ. 102. num. 27. Surd. conſ. 132. num. 20. & ſeq. lib. 1. Morot. conſ. 69. nu. 35. Ciriac. d. contro. 131. num. 44.* falſitas enim excluditur, quando eſt tàlis, vt in occulto remanere non poſſit, ſed de facili poſſit detegi, vt benè declarant *Vulpell. d. conſ. 129. nu. 5. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 216. & ſeq. Hond. d. conſ. 99. num. 11. Morot. & Ciriac.* in loc. proximè adduct.

Quarta elicitur coniectura ex bona fama probata in ſpecie d. Inquiſiti, qui laudabiliter exercuit artem Notariatus per ſpatium quinquaginta
54 ferè annorũ† ex qua inſurgit pariter vehemens coniectura excluſiua prętenſæ falſitatis, plenè *Odd. conſ. 78. n. 45. & ſeq. Surd. conſ. 143. n. 41. lib. 2. Hond. d. conſ. 99. num. 10. Ciriac. d. contro. 131. num. 40. Gait. de cred. cap. 2. tit. 8. n. 3076.* alios adducens concordantes, in puncto *Vermiglio. conſ. 237. num. 9.*

Quinta deſumitur coniectura ex eo, quod propoſitio de dicto Inquiſito pro Præfecto Annonæ oleariæ fuit facta in fine Conſilij, dum Conſiliarij iam ſurrexerunt, & feſtinabant diſcedere ad effectum eundi ad recipiendam benedictionem Sanctiſſimi in Eccleſia Plebis hodiè Collegiata, vt deponunt omnes ferè teſtes Fiſci, & in ſpecie
55 Doctor N. † vndè ex dicta feſtinatione de facili cõtingere potuit, & præſumitur error *Bart. in l. de tabulis 5. n. 6. ff. de tabul. exhiben. Ciriac. d. contro. 408. num. 41.*

56 Sexta verò elicitur coniectura ex ſpontanea comparitione Inquiſiti, quæ maximum dicitur innocentiæ ſignum *Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 48. num. 51. Giurb. conſ. crim. 37. nu. 9. Caren. var. reſol. reſol. 122. in fin. Vermiglio. conſ. crim. 35. num. 23. & conſ. 36. num. 2.*

Ex quibus omnibus ſimul iunctis apparet manifeſtè de innocentia ipſius Inquiſiti, & quando res
57 adhuc eſſet dubia, quod non credo, † facienda eſt interpretatio pro excluſione falſitatis *Clar. in prac. §. falſum verſic. item debet &c. Odd. d. conſ. 78. n. 50.* vbi de communi teſtatur *Ciriac. d. contro. 131. num. 46.* cum alijs adductis *ſupra*
58 *nu. 18.* † cum Iudex omnem debeat adhibere conatum, & ſubtilitatem, vt falſitas euitetur *Ciriac. d. contro. 131. num. 47. Gargiar. Iun. d. conſ. 55. in fin. lib. 2.* & dixi latiùs *ſup. n. 18. & ſeq.*

Quo verò ad caſum ruptæ fideiuſſionis conuentionalis ob prætenſum diſceſſum a loco dicto Inquiſito aſſignato loco carceris, paucis eſt laborandum, cum Fiſcus non probauerit eius intentionem, & ideò intret regula *l. qui accuſare 4.*
59 *C. de eden.* † quam etiam in criminalibus locũ habere dixerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 62. in prin. & Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 12. num. 6.* cum de dicto diſceſſu deponant D. N. Paternianus Vincentij, & Auguſtinus Petri, qui quidem D. N. vti inimicus capitalis, & Inſtigator cõtra dictum Inquiſitum, nullum prorſus probationis gradum contra Inquiſitum conſtituit, vt fuit ſupra probatum ex *Farinac. de teſti. quæſt. 53. n. 3. & ſeq.* & ex alijs adductis *n. 13.* quibus nunc addo *Vermiglio. conſ. crim. 90. num. 10.* vbi dicit, hoc procedere etiam in criminibus exceptis.

Alij verò duo teſtes, vltra exceptiones, quas patiuntur circa perſonam, puta, minoritatis, paupertatis, & ſimilium, deponunt in proceſſu repetitiuo, Inquiſitum non benè cognouiſſe, & neſcire an verè fuerit ipſe Inquiſitus in dicta fe-
60 neſtra, & de eo nihil certè poſſe affirmare, † vnde ipſorum teſtificatio, vti incerta, & nihil concludens, Inquiſitum in nihilo afficit, ad tex. *in cap. in præſentia 8. de proba. & in l. non hoc 4. C. vnde legit.* latèq; tradit *Barbo. axiom. 191. nu. 2. & ſeq. Ciriac. contro. 5. nu. 29 & contro. 384. nu. 41. Rota in terminis deciſ. 208. n. 16. par. 7. rec. & apud Duran. deciſ. 402. num. 11.* dixi ego *allegat. 1. num. 16.*

Maximè cum deponant etiam, illum, quem teſtificantur vidiſſe, potuiſſe eſſe aliquam aliam perſonam, & non dictum Inquiſitum, vndè, data poſſibili veritate in contrarium, illorum depoſitio omninò corruit. *Alex. conſ. 24. num. 24. vol. 2.* benè *Ciriac. contro. 150. num. 30.* & alij adducti *ſupra num. 10.*

61 Et eò magis, cum in pœnis conuentionalibus in dubio illa interpretatio capienda ſit, ne illæ ſint commiſſæ, vt poſt *Deci. in l. factum §. in pænalibus ff. de reg. iur.* per cum relatum tradit
62 *Gabr. conſ. 181. in fin. lib. 1.* † & cum in dubio contra Fiſcum ſit reſpondendum vulg. *l. non puto 10. ff. de iur. Fiſc. Gabr. d. conſ. 181. num. 26. Odd. conſ. 38. n. 96. Caph. conſ. 321. n. 62. lib. 3. Hond. conſ. 94. n. 27. lib. 2.* plenè *Giurb. conſ. crim. 34. num. 33. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 174. in prin.*

Quarè &c. Saluo &c

D. In:

Inquisitus fuit absolutus ab omnibus supradictis per Excellentissimum D. Pratorem Terra Cantiani de mandato Excellentissimorum DD. Auditorum Eminentissimi D. Cardinalis Legati Vrbini de anno 1655. cum hoc, quod non exerceat in futurum officium Cancellarij Perillust. Communitatis Cantiani, Laus Deo, & Virgini Deipara &c.

A R G V M E N T V M.

Quando constat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex propria inimicitia an dici possit ad alterius instigationem, seù mandatum fecisse. Et tunc an torqueri possint alij inimici occisi non præcedentibus specialibus indiciis tractatum, seù mandatum indicantibus. Ex inimicitia an præsumatur mandatum ad homicidium, maximè quando homicida erat inimicus, & possit occidere ex causa propria. Inimicitia an præsumatur, vel sit probanda per allegantem. Mendacium an sit sufficiens indicium ad torturam. Et qualia esse debeant indicia ad torturam sufficientia.

S V M M A R I V M.

1 *Nemo nisi confessus, vel conuictus sit aliqua pœna damnari potest.*
2 *Tortura sinè legitimis indicijs non infertur.*
3 *Accusatore, vel Fisco non probante, reus est absoluendus.*
4 *Reus nihil tenetur probare pro parte sua.*
5 *Accusatore non probante, reus dicitur præsumptiuè docuisse de sua innocentia.*
6 *Delinquens si potuit delictum cõmittere ex causa propria nõ præsumitur alterius instigatione, seù mandato fecisse.*
7 *Delinquens præsumitur potiùs ex proprio interesse fecisse, quam ex instigatione alterius.*
Etiam si constet de inimicitia alterius. n. 8.
9 *Mandatum, et contractus ad delinquendum non præsumitur.*
10 *Delinquente certo apparente non potest deueniri ad torturam aliorũ inimicorum occisi, nisi procedant specialia indicia circa tractatum, vel mandatum. num. 21.*
11 *Amicitia præsumitur inter omnes.*
12 *Amicitiæ præsumptio dicitur præsũptio naturæ.*
13 *Inimicitia non præsumitur, sed illa est probanda per allegantem.*
14 *Inimicitia nõ solùm est probanda, sed etiã causa inimicitiæ.*
15 *Inimicitia vt faciat indiciũ debet esse capitalis.*
Cum de leni inimicitia leges non curent. num. 16.
17 *Inimicitia sola non facit indicium ad torturam.*
18 *Inimicitia sola facit indiciũ in delictis occultis.*
Procedit si constet de delicto, sed ignoratur delinquens, secùs si constet de delinquente. n. 19.
20 *Inimicitia nihil operatur si sequuta sit reconciliatio.*
22 *Indicia non debent esse leuia, & aequiuoca, sed grauia, probabilia, & vrgentia.*
23 *Indicia debent esse concludentia, & inferentia ad delictum.*
24 *Testis Fisci contra eũ plenè probat, licet vnicus.*
25 *Mendacium non facit indicium ad torturam sinè adminiculis.*
26 *Mendacium non facit indicium, quando non est circa substantialia.*
Neque quando versatur circa ea, quæ si reus fassus fuisset, ei non nocuissent. num. 27.
28 *Fama bona operatur vt a reo remoueatur omnis delicti præsumptio.*
29 *Comparitio spontanea vel tollit indicia contra reum existentia.*
Vel saltem maximum est innocentiæ signum. num. 30.

ALLEGATIO LXXXX.



Xcellentissime Domine. Vbaldus, & Blasius filii Andreæ q. Pauli Dori de Villa Clasernæ inquisiti de participatione, & mandato ad homicidium commissum mensibus elapsis in personam Petri Fabri de Eugubio per Dominicum aliàs Mĕcum Arciccocoli de eadem Villa sunt in manifesto casu absolutionis ab omnibus contra eos pro parte Fisci intentatis, cum non solùm non fint con-
1 fessi, neque conuicti,† quibus cessantibus nulla pœna quemquam damnari posse commune est Doctorum axioma ad tex. *in cap. 1. & 2. & in cap. primates 5. secunda. quæst. 1. & in l. qui sententiam 16. C. de pœn.* & traduot *Foller. in prac. crim. in verbo Dentur capitula num. 20. Rolan. cons. 51. n. 24. lib. 1. Soc. Iun. cons. 37. num. 19. lib. 2.* vbi dicit, hanc esse tutissimam regulam. *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. sub num. 3.* plenè *Farinac. de reo confes. & conuic. quæst. 81. in prin.* alios adducens sectatores *Ciriac. contron. 106. in prin. Vermiglio. cons 381. num. 1.*

Sed imò nulla contra eos extent indicia prætensi delicti, vt ex lectura processus benè videre est, ita vt non solùm contra eos deueniri non possit
2 ad aliquem gradum torturæ, † quæ sinè legitimis indiciis non datur *l. 1. §. 1. ff. de quæst. Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 64. vers. dixi etiam &c. Farinac. de indic. & tortu. quæst. 37. in prin. Guazz. ad defen. reor. defen. 30. cap. 4. num. 3. Gilbaus in Arbore iudic. crim. cap. 7. n. 6. Caren. de Offic.*

de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. n. 10. & bene
argumentatur Ciriac. d. contro. 150. num. 5.
Sed ad illorum fauorem intret dispositio vulgatæ
3 regulæ, † quod Accusatore, vel Fisco non pro-
bante, reus est absoluendus l. qui accusare 4. C.
de eden. quam exornant Clar. in prac. crim. §.
fin. quæst. 62. in prin. Barbo. axiom. 7. in prin.
Guazzin. ad defen. reor. defen. 29. cap. 1. nu. 6.
& Farinac. in fragm. crim. litera A. num. 26.
alios adducentes.
4 Reus enim nihil tenetur probare pro parte
sua, sed ei sufficit simpliciter negare delictum,
Mascar. de prob. concl. 36. num. 5. & seq. vol. 1.
Gargiar. Inn. cons. 37. num. 2. vol. 2. Scacci. de
iudic. lib. 1. cap. 93. num. 3. vers. si simus in se-
cundo in fin. Guazz. d. cap. 1. num. 6.
5 Ita vt, quando Accusator, & Fiscus nihil pro-
bauit, reus dicatur præsumptiuè docuisse de sua
innocentia, vt tradunt Ceph. cons. 86. num. 32.
vol. 1. quem referendo sequitur Mascard. de
prob. concl. 1231. num. 29. lib. 3. Barbo. dict.
axiom. 7. num. 1. in fin. & Farina. in d. fragm.
crim. litera A. num. 27.
Quod verò contra dictos Inquisitos nulla extent
indicia, nec præsumptiones prætensi mandati,
& participationis homicidii, de quo agitur,
apertè demonstratur ex illa conclusione com-
6 muniter recepta per Doct. † quod, quando con-
stat de certo delinquente, & homicida, qui po-
tuit homicidium cõmittere nomine, & ex causa
propria, & ex propria inimicitia, vt in casu no-
stro, in quo cõstat manifestè, Dominicum aliàs
Mencum supradictum habuisse particularem
inimicitiam, cum Petro occiso ex offensione, &
rixa sequutà inter eos paucos ante dies in Villa
Clasernæ, de qua deponunt omnes testes pro Cu-
riæ informatione examinati, tùnc non præsu-
mitur contra alios, aut alterius instigatione,
vel mandato fecisse, vt tradunt Grama. cons. 63.
num. 12. & 13. & voto 6. nu. 19. in fin. Eugen.
cons. 27. num. 32. & seq. & cons. 76. num. 36.
& seq. lib. 1. Decia. cons. 67. num. 11. & cons.
115. num. 15. lib. 3. Hond. cons. 87. num. 74.
& seq. & cons. 93. nu. 22. & cons. 96. num. 65.
vol. 2. alios adducens concordantes, Farinac.
de indic. & tortu. quæst. 49. num. 119. Ciriac.
contron. 106. num. 22. & seq. & controu. 150.
num. 5. & seq. & num. 55. Giurb. cons. crim. 91.
num. 27. alios quamplures pariter cumulans
ita sentientes, & ità sentit Guazzin ad defens.
reor. defens. 4. cap. vlt. n. 21. vers. Ac etiam etc.
& benè, more suo, scribit D. Andreol. controu.
149. num. 6. qui alios pariter eiusdem senten-
tiæ laudat, quibus addo Vermigli. cons. crim. 90.
num. 7. post hæc scripta visum.
7 Quando enim homicida erat inimicus occisi,
præsumitur potiùs ratione propriæ inimicitiæ,
& ex motu proprio, & ex proprio odio, & in-
teresse, quàm ex alterius mandato, seù instiga-
tione occidisse, vt tradunt omnes ferè Doct.
supra proximè adducti, & præcipuè Hond. dict.
cons. 93. n. 22. & d. cons. 96. n. 65. & Ciriac. d.
contron. 106. num. 22. & seq. & d. contro. 150.
n. 5. & 55. & vltra eos Peregr. cons. 103. n. 22.
vol. 2. Decia. cons. 104. num. 33. vol. 3. Grat.
cons. 52. num. 49. lib. 2. et Mar. Anton. var.
resol. lib. 3. resol. 27. num. 10. & seq.
8 Quæ quidem habent locum, etiam si constaret
de inimicitia inter Inquisitos, & Petrum occi-
sum, de qua tamen non constat, vt ex infra di-
cendis apparebit, quia, cum ex testibus pro Cu-
riæ informatione examinatis clarè appareat de
inimicitia existente inter Dominicum homici-
dam, & Petrum occisum ex rissa, & percussio-
nibus inter eos sequutis in Villa Clasernæ, vt di-
xi supra, sequuto postea homicidio de dicto Pe-
tro, illud præsumitur potiùs fuisse commissum
per Dominicum ex causa propria, & ex pro-
prio odio, & interesse, & ex propria inimici-
tia, quàm ad instigationem, seù ex mandato al-
terius, argumẽto l. et magis 4. ff. de solut. & tra-
dunt Grama. Eugen. Decia Hond. Farinac. Ciriac.
Giurb. Guazz. D. Andreol. Pereg. Grat. et Mar.
Anton. in loc. supra proximè adductis.
9 Maximè cum mandatum, & tractatus ad de-
linquendum non præsumatur. Bald. cons. 98.
num. 7. par. 1. et cons. 383. num. 5. par. 5. Bero.
cons. 118. num. 20. lib. 3. Decia. in tract. crim.
lib. 9. cap. 34. in prin. Eugen. cons. 60. num. 43.
lib. 1. Hond. cons. 96. num. 38. & 65. vol. 2. &
cons. 109. num. 25. vol. 1. Farinac. de consult. &
mand. quæst. 134. nu. 68. Baiard. ad Clar. §. fin.
quæst. 89. num. 5. Guazzin. ad defen. reor. defen.
32. cap. 30. num. 2. & seq. Giurb. cons. crim. 85.
num. 6. & cons. 91. num. 17. Ciriac. contro. 106.
num. 23. & de tractatu loquuntur Farinac. de
pœn. temper. quæst. 96. num. 75. & Ciriac. dict.
contron. 106. num. 24. qui alios recensent.
10 Quæ adeò vera sunt, vt quando constat de
certo delinquente, vt in casu nostro, non possit
deueniri ad torturam contra alios inimicos oc-
cisi, licèt contra eos adessent indicia in genere
eos aggrauantes de homicidio, vt, puta, inimi-
citia vel sola, vel cum adminiculis a longe, &
non proximis, quæ tamen non adsunt in casu,
de quo agitur, vt tradunt Eugen. cons. 27. num.
33. & cons. 76. num. 36. lib. 1. Farinac. de In-
quis. quæst. 3. sub num. 5. vers. non obstat &c. &
de indic. & tortu. quæst. 43. num. 52. & seq. &
sub num. 74. & 110. et quæst. 49. num. 119. et
in cons. 138. sub num. 25. vol. 2. quem refert, &
sequitur Ciriac. d. contro. 106. num. 25. et seq.
cum quibus pertranseunt Guazzi. ad defen. reo.
defen. 4. cap. vlt. n. 21. vers. ac etiam etc. Simon
de Prat. cons. 15. num. 56. et 57. quem pariter
refert, & sequitur D. Andreol. d. contron. 149.
n. 5. in fin.

Et ratio

Et ratio est, quia, quando constat de certo delinquente, vt sit locus torturæ contra alios inimicos occisi, non sufficiunt contra eos indicia generalia, sed requiruntur indicia particularia de participatione, tractatu, vel mandato, quia, cum tunc Fiscus inquirat reos vti participes, vel mãdantes, & non vti principales authores delicti, si vult eos torquere, necesse est, quod indicia respiciant ipsam participationem, tractatum, vel mandatum, & sint talia, quæ verè, vel præsumptiuè apparere faciant de corpore tractatus, vel participationis, vt tradunt *Eugen. d. conf. 27. num. 32. & seq. & d. conf. 76. num. 36. & seq.* & benè declarat *Ciriac. d. contro. 106. num. 33. & 34.* & post eum *Simon de Præt. d. conf. 15. num. 56. & seq. & D. Andreol. d. contro. 149. num. 5. in fin.* quæ indicia omninò desiderantur in casu nostro, vt ex processu clarè est videre, & ex infra dicendis apparebit.

Neque Fiscus ullum potest facere fundamentum super prætensa inimicitia inter dictos Inquisitos, & Petrum occisum, vltra supra adducta, ex pluribus, & primò, quia de illa non constat

11 in processu, si benè aduertatur, † cum enim amicitia præsumatur *Bart. Bald. Salic. & alij in l. si quis testibus 13. C. de testib. Mascar. de probat. concl. 19. num. 2. et concl. 85. n. 3. et 4. vol. 1. & concl. 898. in prin. vol. 2. Hond. conf. 107. num. 28. vol. 1. et conf. 87. n. 44. lib. 2. Farin. de indic. et tort. quæst. 49. nu. 126. Giurb. conf. crim. 20. num. 10. et conf. 51. num. 4.* alios adducens concordantes *Graff. de effec. amic. n. 33.*

12 † cum præsumptio amicitiæ dicatur præsumptio naturæ, quia inimicitia est contra ius naturale *l. vt vim 3. ff. de iusti. et iur.* & not. *Farin. d. quæst. 49 num. 126. Hond. d. conf. 87. n. 46. et Mascar. d. concl. 898. n. 3* & contra ius Diuinum *Lucæ cap. 8.* ibi *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, vt in puncto not. *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 43. num. 1.*

13 Ideò inimicitia non præsumitur, sed illa debet ab allegante ad sui fauorē probari *Menoch. d. præsump. 43. in prin. Deciа. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 25. nu. 29. Hond. conf. 107. nu. 24. vol. 1. et conf. 87. n. 45. vol. 2. Mascar. d. concl. 898. num. 1. et seq. Farin. d. quæst. 49. nu. 126. et seq. Giurb. d. conf. crim. 20. n. 10. et d. conf. 51. num. 3. Gargiar. Iun. conf. 65. num. 10. lib. 1. Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 24. num. 41. Ciriac. contro. 409. num. 70. Caren. resol. 122. num. 5.*

14 Et non solùm est probanda ipsa inimicitia, sed etiam in specie causa, & qualitas inimicitiæ, itaut testes de illa deponentes, nisi de causa inimicitiæ deponant, nihil probent *Gram. decis. 34. nu. 22. Menoch. d. præsump. 43. nu. 2.* latè *Farin. d. quæst. 49. num. 127.* quamplures cumulans ita sentientes, *Baiar. ad Clar. d. quæst. 24. n. 41.* vbi dicit, dictam probationem esse debere clarã, & manifestam, *Ciriac. d. contro. 409. num. 71. & Gargiar. Iun. d. conf. 65. num. 10.*

15 Secundò, quia inimicitia, vt faciat indicium contra Inquisitum, debet esse capitalis *Vulpell. conf. crim. 5. num. 2. & seq. Hond. conf. 107. n. 39. & seq. vol. 1. & d. conf. 87. num. 90. in fin. lib. 2. Peguer. decis. crim. 17. sub n. 8. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. n. 51. & seq. Mascar. de prob. concl. 901. num. 3. lib. 2.* latè *Farinac. d. quæst. 49. de indic. et tortu. num. 101.* alios quãplures referens ita sentientes *Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 21. n. 119. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. sub nu. 11. Giurb. d. conf. crim. 51. num. 7. et conf. 91. num. 20. D. Andreol. d. contro. 149. num. 5. Caren. resol. 122. num. 5.* de qua non apparet in casu nostro.

16 De leui enim inimicitia leges non curant, neque illam habent in consideratione *Decia. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 25. nu. 86. Hond. d. conf. 107. nu. 38. vol. 1. & d. conf. 87. n. 50. vol. 2. Vulpell. conf. crim. 5. num. 2. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 51. & seq.* latè *Farinac. de indic. & tort. quæst. 49. num. 101. Giurb. conf. crim. 51. num. 7. & seq.*

Tertiò, quia, supposita etiam, citra veri præiudiciũ, inimicitia capitali, de qua tamen non apparet

17 ex processu, † illa tamen sola non sufficit ad faciendum indicium, nisi cõcurrente aliquo alio adminiculo, quod non adest in casu nostro *Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. vers. Inimicitia*, vbi testatur de magis communi Doctor. opinione, *Thesa. decis. Pedem. 24. num. 7.* vbi dicit, contrariam opinionem nullo modo a bonis Iudicibus esse sequendam *Hond. conf. 87. num. 100. lib. 2. & conf. 106. num. 73. & conf. 107. n. 43. lib. 1.* vbi dicit, hanc opinionem esse æquiorem, magis communem, & in iudicando omninò sequendam, benè *Farinac. de ind. & tort. quæst. 49. num. 102.* vbi pariter testatur de veriori, & magis communi sententia, quamplures Doctor. authoritates referendo *Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 82. Giurb. conf. crim. 13. num. 7.* & in fortioribus terminis *conf. crim. 91. num. 29. Guazzin. ad defen. reor. defen. 4. cap. vlt. num. 21. Ciriac. d. controu. 106. num. 70.* benè *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. nu. 89. & 90.* vbi pariter hanc dicit magis communem opinionem, a qua nullo pacto est recedendum, quicquid voluerint *Spec. Ang. Deci. Brun.* & alij relati per *Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. nu. 51. vers. quibus constat &c.* cum contra eos adsit magis communis opinio, de qua testantur Doct. supra adducti.

18 Neque obstat, prædicta non habere locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ex sola inimicitia deueniri posse ad torturam, voluerunt *Clar. in dict. quæst. 21. vers. Inimicitia in fin.* quem sequitur *Farinac. dict*

quaest. 49. num. 107. & Giurb. cons. crim. 13. num. 3.

19 Quia id fortasse potest habere locum, quando delictum fuit commissum, & ignoratur a quo, & nullus alius de eo imputatur, secùs tamen est, quando constat de delinquente, vt in casu nostro, quia tunc inimicitia non facit indicium contra alium, qui sit de mandato, seù consilio, tractatu, vel participatione imputatus, vt in specie declarant *Eugen. d. cons. 76. num 36. & seq. vol. 1. Decian. cons. 67. num. 11. lib. 3. & Hond. d. cons. 87. num. 97. vers. nec obstat &c. lib. 2. Farinac. cons. 34. num. 9.* & non dissentit *Guazzin. d. defen. 4. cap. vlt. num. 21. vers. Ac etiam intellige &c.*

Quartò non obstat prætensa inimicitia, cum ex processu defensiuo appareat, per plures dies ante delictum inter ipsos Inquisitos, & Petrum occisum interuenisse quamplures actus amicabiles, & simultaneam conuersationem, & Petrū occisum eadem die, qua fuit occisus, fuisse ad comedendum vnà cum ipsis Inquisitis in

20 propria eorum domo in Villa Clasernæ, † sequuta autem reconciliatione, inimicitia præcedens, si quæ adesset, nihil operatur, & non facit indicium *Eugen. dict. cons. 27. num. 21. Decian. cons. 88. num. 12. vol. 3. Hond. d. cons. 87. nu. 101. Farinac. de indic. & tortur. quaest. 41. n. 109. Guazzin. ad defen. reor. defen. 28. cap. 1. n. 16. Ciriac. contron. 150. num. 33. & seq.* vbi dicit, hoc habere locum in hoc casu, etiam si reconciliatio esset de recenti.

21 Postremò non obstat prætensa inimicitia, & hoc omnem tollit amaritudinem, † quia illa nihil operatur, saltem vt deueniri possit ad torturam, quādò constat de certo delinquente, qui potuit homicidium committere ex propria inimicitia, & ex proprio interesse, vt in casu nostro, cum tunc homicidium præsumatur fuisse commissum ex propria inimicitia, & ex proprio odio, vt supra, non autem ad instigationē seù de mandato alterius, etiam inimici, nisi adsint specialia indicia participationem, tractatum, seù mandatum verè, vel præsumptiuè inferentia, vt tradunt *Gram. Eugen. Decia. Hond. Farinac. Ciriac. Giurba. Guazzin. D. Andreol. Peregr. et Marc. Anton. in loc. relatis supra n. 6. et nu. 8.* quos hic breuitatis studio non refero.

Neque ex parte Fisci vis vlla fieri potest in eo, quod Vbaldus, & Blasius Inquisiti exierint è domo, in qua vigilabatur in Villa Clasernæ, vnà cum Dominico aliàs Meco homicida, rumpendo solarium domus, postquam Dominicus altercatus fuit cum Petro postea occiso, post aliquot dies, quia Inquisiti in dicta domo nulla verba habuerunt cum Petro prædicto, nec inter eos aliqua adfuit rixa, sed solùm corrixati ibi fuerunt Dominicus, & Petrus, vndè si post rixam Inquisiti exierunt per solarium domus vnà cum Dominico, nulla ex hoc elici valet præsumptio illatiua ad homicidium postea sequutum,

22 † cum indicia non debeant esse leuia, æquiuoca, & dubia, sed vrgentia, grauia, probabilia, & luce meridiana clariora *l. 1. ff. de quaest. leg. milites 8. §. oportet C. eod. tit. Farinac. de indic. & tort. quaest. 36. num. 33. & quaest. 37. num. 6.* vbi dicit, quod non debent esse dubia, & quæ multipliciter intelligi possint *Ciriac. d. contron. 106. num. 35. & seq. Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 184.* & benè comprobat *Guazzin. ad defen. reor. defen. 30. cap. 4. n. 3. vers. quæ indicia etc. D. Andreol. d. contro. 149. num. 8.*

23 Et debent esse concludentia, & inferentia ad delictum, cum ex his, quæ ex accidenti contingere possunt, non oriatur indicium, *Thob. Noni. cons. 101. num. 1. et num. 5. Mazzol. cons. 87. num. 89. Farinac. cons. 37. nu. 20. et cons. 56. num. 14.* quos refert, & sequitur *Guazzin. d. defen. 30. cap. 4. num. 5. vers. quæ indicia etc.* & sequitur *D. Andreol. d. contro. 149. nu. 8.* alios adducens *Farinac. d. quaest. 37. num. 3. et seq.*

Quod est certissimum in casu, de quo agitur, cum Antonius aliàs Vascella testis Fisci deponat de causa, ex qua Inquisiti exierunt è domo prædicta per solarium domus vnà cum Dominico rixante, nempè ad euitandum periculum *di non riceuere qualche affronto di notte*, vt illius verbis vtar, dum Petrus, qui rixam habuerat in domo cum Dominico, & prius è domo exierat, stabat armatus archibusio ante ostium

24 ipsius domus, & expectabat exitū Dominici, † cuius testis depositio contra Fiscum inducentē plenè probat, licèt sit vnicus *Crau. cons. 201. num. 7. Paris. cons. 83. num. 30. lib. 1. Ceph. cons. 65. nu. 55. lib. 1. Turret. cons. 72. nu. 24. lib. 3. Hond. cons. 99. num. 16. lib. 1. Farin. de testi. quaest. 68. num. 76. Aldoni. cons. 21. n. 3. & cons. 22. nu. 31. Giurb. cons. crim. 84. n. 10.* alios cumulans ita sentientes.

25 Neque nocet prætensum mendacium Blasij Inquisiti ex pluribus, & primò quia illud nullū facit indicium sinē adminiculis *Hond. cons. 101. num. 77. lib. 1.* vbi testatur de magis communi opinione *Farinac. de indic. & tortu. quaest. 52. num. 8. & seq.* vbi hoc ponit pro regula, *Clar. in prac. crim. §. fin. quaest. 21. versic. mendacium &c. Fehei. allega. 162. num. 9. par. 2. Caball. resol. crim. casu 200. num. 136.* quos referendo sequitur *Giurb. cons. crim. 87. num. 7.* cum quo pertransit *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 12. num. 98. in fin.* Adminicula autem non adsunt, meritò &c.

26 Secundò, quia mendacium non est circa substantialia *Gabr. cons. 177. num. 44. lib. 2. Eugen. d. cons. 27. n. 59. Farinac. in d. q. 52. n. 11.* benè

benè comprobans *Hond. d. conf.* 107. *num.* 78.
& seq. vol. 1. Rolan. *conf.* 38. *num.* 53. *lib.* 3.
Ciriac. d. contro. 150. *num.* 70. alios adducens,
Giurb. d. conf. crim. 87. *nu.* 7. *&* 8. cum quibus
pertransit *Caren. de Offic. S. Inquis. d. tit.* 10. *n.* 98.

27 Tertiò quia mendacium versatur circa id,
quod si Inquisitus confessus fuisset, illi non no-
cuisset *Hond. conf.* 102. *num.* 78. *& conf.* 106.
nu. 76. *& conf.* 107. *nu.* 49. *vol.* 1. *& conf.* 93.
n. 63. *lib.* 2. & benè, quampluribus authorita-
tibus allatis, comprobat *Farinac. d. quæst.* 52. *n.*
14. vbi dicit, quod hæc est verissima conclusio,
Giurb. d. conf. crim. 87. *nu.* 8. *Cirrac. d. contro.*
150. *num.* 73. in casu verò nostro prætensum
mendacium non respicit delictum, neque eius
circumstantias substantiales inferentes delictũ,
& si Inquisitus fassus fuisset ea, quæ negauit, ei
nullum attulissent præiudicium, vt est clarissi-
mum, meritò &c.

28 Quibus eò magis locus esse debet, stãte bona
fama in specie probata ipsorum Inquisitorum,
quæ operatur, vt ab eis remoueatur omnis de-
licti præsumptio, si quæ adesset Rolan. *conf.* 16.
num. 24. *& seq. lib.* 1. *Bald. in l.* 2. *C. de fals. Se-
raph. de priuil. iuram. prin.* 1. *n.* 27. *D. Andreol.
contro.* 149. *num.* 15. & tollit indicia generalia,
quæ sunt contra reum, vt post *Deci. in conf.* 18.
num. 298. *lib.* 1. per eum relatum tradit *Hond.
d. conf.* 87. *num.* 177. *lib.* 2. *Aldou. conf.* 22.
num. 34. *& conf.* 27. *num.* 27.

29 Et stante spontanea reorum comparitione, †
quæ si non tollit indicia contra eos vrgentia, vt
voluerunt Rimi. *Inn. Bossi. Blanc. Port. Imol.
Gabr. & Thobi. Noni.* quos sequitur *Scott. conf.* 7.
nu. 16. *lib.* 9. *tom.* 2. & alij, quos refert *Hond.*
30 *d. conf.* 87. *in fin. lib.* 2. negari tamen non po-
test, quin huiusmodi spontanea constitutio in
carceribus non præferat maximum innocentiæ
signum, & præsumptionem *Mascar. de prob.
concl.* 1337. *in prin. lib.* 3. latè comprobans,
Rimi. *Iun. conf.* 217. *num.* 27. *lib.* 2. *Hond. d.
conf.* 87. *ante fin.* dicens hoc habere locum etiã
in comparitione facta post citationem, *Scott.
d. conf.* 7. *num.* 16. *lib.* 9. *Petr. Ærod. rerum
iudic. lib.* 6. *tit.* 12. *cap.* 4. *in fin.* quem refert,
& sequitur *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 132. *n.* 30.
31. *et seq.*

Quarè &c. Saluo &c.

*Inquisiti supradicti fuerũt absoluti per Excellentissi-
mum D. Prætorẽ Ciuitatis Eugubij de anno* 1640.

Laus Deo, et Virgini Deiparæ etc.

ARGVMENTVM.

In crimine falsi præsumptiones an sufficiant ad condemnandum in pœnam extraordinariam. Et quænam præsumptiones sufficiant, & an debeant esse plures, quàm duæ. Cancellatio reperta in aliqua scriptura an præsumatur facta ab eo, cui cancellatio prodest, & afferuntur plures coniecturæ exclusiuæ dictæ præsumptionis prouenientis ex vtilitate. Falsitas an præsumatur, & an ex contrarijs coniecturis excludatur, quarum plures referuntur. Ex lite an præsumatur inimicitia, & an illa sufficiat ad repellendũ testem a testificando.

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimen dicitur difficilis probationis.*
Et ideò præsumptiones sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam. n. 2.

3 *Falsitatem allegans tenetur illam concludentibus probationibus iustificare.*

4 *Falsitas nulla sequitur, data possibili veritate in contrarium, & num.* 40.

5 *Præsumptiones ad condemnandũ in crimine falsi non debent esse leues, sed graues, & vrgentes.*
Ex præsumptionibus enim leuibus non potest quis in crimine falsi molestari. num. 6.

7 *Præsumptiones plures requiruntur in crimine falsi ad effectum condemnandi, quàm duæ.*
Quicquid sit, quando proceditur ciuiliter. n. 9.

8 *Iudicandum quando est ex coniecturis, semper requiruntur plures.*

10 *Cancellatio reperta in scriptura præsumitur facta ab eo, cui cancellatio prodest.*

11 *Cancellatio reperta in scriptura arguit falsitatem, si sit facta in parte substantiali.*

12 *Interpretatio est semper facienda pro exclusione delicti.*

13 *Inimicitia præsumitur orta ex lite inter aliquos vertente.*

14 *Inimicitia præsumpta sufficit ad repellendum testem a testificando.*

15 *Inimicitia capitalis requiritur ad repellendum testem a testificando.*
Procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus. num. 17.

16 *Inimicitia capitalis oritur ex lite vertente super priuatione officij.*

18 *Falsitatis præsũptio resultans ex cõmodo non est sufficiens ad torturam alijs non concurrentibus.*
Neque quando quis non fuit vsus falsitate. num. 19.

20 *Consiliariorum opiniones non positæ ad scrutiniũ non dicuntur ordinationes Consilij.*

21 *Procurator potest repetere a mandante expensas factas in lite.*

22 *Falsitatem non præsumitur quis committere, quando sinè ea potuisset obtinere quod prætenditur, consequi voluisse cum falsitate.*

23 *Falsitas non præsumitur commissa sinè lucro, et commodo.*

24 *Deli-*

34 *Delictum non præsumitur commissum sinè causa.*
Quæ non debet esse leuis, sed grauis, & respondens grauitati criminis. num. 25.
26 *Falsitas nō præsumitur cōmissa ex modico lucro.*
27 *Probatio per testes cęteris est dignior, et validior.*
28 *Falsitas non præsumitur, sed debet probari, & num. 41.*
Itaut ad excludendam falsitatem omnis alia præsumptio sit capienda. num. 29. & num. 42.
30 *Falsitas sicut præsumptionibus probatur, ita contrarijs præsumptionibus excluditur.*
31 *Præsumptio vna tollit aliam.*
Quod procedit non solùm, quando præsumptiones pro reo sunt plures. num. 32.
Sed etiam, quando sunt pares. num. 33.
34 *Cancellatio reperta in instrumento, seù scriptura præsumitur facta tempore actus.*
35 *Fama bona excludit præsumptiones falsitatis.*
36 *Fama bona Inquisiti excludit contrariam Fisci præsumptionem.*
37 *Comparitio spōtanea rei debilitat falsitatis præsumptiones.*
38 *Comparitio spontanea magnum dicitur innocentiæ signum.*
39 *Comparitio dicitur spontanea, etiam facta post præceptum ad comparendum.*
43 *Falsitas vt euitetur, omnis subtilitas est adhibenda.*
44 *Interpretatio semper est facienda pro non falso.*
45 *Præsumptionibus concurrentibus pro delicto, & pro innocentia, præferuntur præsumptiones pro innocentia.*
46 *Præsumptiones plures pro reo tollunt minores existentes pro Fisco.*

ALLEGATIO. LXXXXI.



Xcellentissime Domine. Verissimū profectò est axioma illud, quod vulgò circumfertur, nempè quod qui plus scit, plus dubitat, vt scripsit *Bart. in l. si pater 4. in prin. C. de instit. & substit.* verùm quia omnia vincit veritas, & veritati omnia cedunt *can. consuetudo. can. veritate 8. distin.* ideò, non obstantibus acutissimè, ac doctissimè deductis per D. V. Excellentissimam in causa D. N. de Terra Cantiani, clarè sentio, illum fore, ac esse ab omnibus per Fiscum contra ipsum prætensis, & intentatis omninò absoluendū ex infrascriptis.

1 Quia, licèt crimen falsi, cum in occulto com-
mittatur, dicatur delictum difficilis probatio-
nis *Hond. cons. 109. num. 2. vol. 1. Farinac. de*
Inquis. quæst. 2. num. 21. Guazzi. ad defen. reo.
2 *defen. 4. cap. 9. in prin.* † & ideò suspiciones, &
præsumptiones sufficere dicantur ad illius ple-
nam probationem ad effectum condemnandi
reum in pœnam extraordinariam *Craue. cons.*
134. num. 39. par. 1. Menoch. de præsump. lib. 1.
quæst. 99. num. 11. & seq. Farinac. de falsit. &
simul. quæst. 152. num. 18. & num. 37. vbi alios
adducit ita sentientes.

Quod tamen non transit apud me sinè aliquali
difficultate, cum contrarium, quod allegans
3 falsitatem in criminalibus indistinctè debeat
illam liquidis, & euidentissimis probationibus
iustificare, teneant communiter Doct. & præci-
puè *Bart. in l. iurisgentium 7. §. quod ferè nu. 16*
ff. de pact. Clar. in prac. crim. §. falsum versic.
Trita est &c. Gabr. cons. 169. num. 15. & cons.
180. num. 1. & 2. lib. 1. vbi testatur de com-
muni opinione *Hond. cons. 109. num. 13. & nu.*
62. vol. 1. vbi alios adducit, & testatur, hanc
esse verissimam, & receptissimam Doct. opi-
nionem, *Surd. cons. 132. num. 62. & seq. lib. 1.*
Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 190. num. 56. Ver-
miglio. post hæc scripta visi *cons. crim. 250. nu.*
Rot. post sec. vol. cons. Farinac. decis. 121. in
princ. & non dissentit idem *Farinac. d. q. 152.*
num. 19.

4 Ex vulgato illo axiomate, † quod, data pos-
sibili veritate in contrarium, nulla sequitur ne-
cessaria falsitas *Bossi. in prac. crim. in tit de fals.*
num. 133. Hond. d. cons. 109. nu. 14. Farinac.
de falsit. & simul. d. quæst. 152. nu. 8. & cons.
60. nu. 17. in fin. lib. 1. Surd. cons. 173. nu. 40.
lib. 2. Ciriac. contro. 131. n. 2. alios adducens
ita sentientes, *Caluin. de æquit. d. cap. 190. n. 67.*
Vermiglio. cons. crim. 18. num. 6. & cons. 198.
num. 5.

Admissa tamen d. opinione *Farinac.* & sequacium,
citra veri præiudicium, pro vera, quod in crimi-
ne falsi ex solis præsumptionibus sit locus con-
5 demnationi in pœnam extraordinariam, † di-
ctæ tamen præsumptiones, & coniecturæ non
debent esse friuolæ, & leues, seù parui mo-
menti, sed debent esse graues, vrgentes, & mul-
tùm vehementes *Gabr. d. cons. 169. num. 4. in*
fin. & cons. 185. n. 19. in fin. lib. 1. Old. cons.
78. n. 40. Surd. cons. 132. nu. 86. & seq. lib. 1.
Batar. ad Clar. in §. falsum num. 239. Menoch.
de præsump. lib. 1. quæst. 99. n. 11. versic. cate-
rùm traditio &c. Farinac. de falsit. & simul. quæst.
6 *152. num. 27. & num. 45.* † ex præsumptioni-
bus enim leuibus, & friuolis non potest quis in
crimine falsi nec ciuiliter, nec criminaliter cō-
demnari *glos. & Doct. in cap. fin. de crim. fals.*
Paris. cons. 28. num. 50. lib. 2. Natt. cons. 633.
nu. 16. Adden. ad Alb. cons. 99. litera. C. in. fin.
cum alijs, quos refert, & sequitur *Farinac. dict.*
quæst. 152. num. 27. & num. 45.

7 Et ad dictum effectum, nempè ad condemnan-
dum criminaliter in dicto crimine falsi, non suf-
ficit, vnam extare præsumptionem cōtra Inqui-
situm, neque sufficiunt duæ, sed requiruntur

faltem

faltem plures quàm duæ presumptiones, & con-
iecturæ, *Decia. conf. 108. num. 76. lib. 2. &*
conf. 99. num. 11. eod. lib. 2. quem refert, & se-
quitur *Farinac. in dict. quæst. 152. n. 29. & n. 46.*

8 Cum, quoties ex coniecturis rei veritas æsti-
manda est, regulare sit, quod plures concurrere
debeant *l. procula 26. ff. de prob. l. librorum 50.*
§. quod tamen, & l. prædijs 89. §. balnea ff. de
lega. 3. l. instrumenta 5. & l. fin. C. de proba.
Cuiac. consult. 35. quē refert, & sequitur *Leotar.*
post hæc scripta visus *de vsur. quæst. 9. num. 11.*

9 Quicquid sit quando agitur ciuiliter ad tollen-
dam fidem Instrumento, quo casu, cum agatur
de minori præiudicio, duæ præsumptiones suffi-
ciunt *Crane. conf. 134. num. 39. par. 1. Gabr.*
commun. conclu. de malef. concl. 6. n. 5. Mascar.
de prob. concl. 740. num. 45. vol. 2. Baiard. ad
Clar. §. falsum num. 233. Ceph. conf. 287. n. 40.
lib. 2. Decia. conf. 99. n. 11. lib. 1. & alij, quos
refert, & sequitur *Farinac. de simul. & falsit. d.*
quæst. 152. num. 28. & num. 46. contra verò
D. N. Inquisitum non solùm non extant plures,
quàm duæ præsumptiones prætensi delicti, vt
requiritur ex supradictis, seù duæ, vel saltem
vna, imò nulla penitus extat contra eum præsū-
ptio assertæ falsitatis ex infrascriptis.

10 Nam licet cancellatio, seù falsitas reperta in
aliqua scriptura præsumatur commissa ab eo,
cui cancellatio, & falsitas prodest *Surd. conf. 512.*
num. 6. lib. 4. Gratia. discept. foren. cap. 262.
num. 37. & seq. par. 2. Farinac. de falsit. & si-
mul. quæst. 153. nu. 209. quæ est sola, & vnica
præsumptio, super qua fundat intentionem suā
Fiscus contra d. D. N. dicta tamen præsumptio
ex pretenso commodo proueniens in nihilo ob-
est D. N. Inquisito, & cessat in casu nostro ex
pluribus.

11 Et primò, quia cancellatio reperta in aliqua
scriptura ita demum falsitatem arguit, si sit cō-
missa in loco substantiali, vel suspecto, aliàs se-
cùs *Castr. in l. si vnus 12. num. 4. C. de testam.*
Alex. in l. fin. num. 4. C. de edic. D. Adria. tol-
len. Mascar. de prob. concl. 256. num. 4. vol. 1.
Baiard. ad Clar. in §. falsum num. 198. Farinac.
de falsit. et simul. quæst. 153. num. 36. et 37. Ge-
nua de script. priu. lib. 1. quæst. 6. princ. num. 6.
in casu verò nostro, cum asserta cancellatio, vt
mihi in facto supponitur, legi non possit, non
possumus ideò scire, an illa facta sit in parte
substantiali, nec ne, nec quid illa in se contineat,
vt patet, meritò &c.

Neque valet dici, quod in dicta cancellatione præ-
sumere debemus fuisse scriptam propositionē
aliquorum Consiliariorum super expensis non
subministrandis a Communitate pro lite faci-
enda super officio Cancellarij collato D. N. quæ
esset ipsi nociua, quia id asserere esset mera di-
uinatio, quod non est in potestate nostra, vt di-
cebat *Mari. Soci. conf. 6.* incipiens *Prædicta con-*
sultatio part. 1. Barz. decis. 97. num. 8. & dictus
12 intellectus includeret delictum, † pro cuius ex-
clusione omnis est facienda interpretatio *Alex.*
conf. 89. num. 14. lib. 3. et conf. 128. num. 2.
lib. 4. Deci. conf. 189. num. 5. Bursatt. conf. 389.
num. 15. lib. 4. Farinac. conf. 30. num. 173. et
num. 187. & in terminis falsitatis excludendæ
conf. 60. num. 84. et nu. 93. lib. 1. latè *Guazzi.*
ad defen. reor. defen. 29. cap. 2. num. 4. et 10.
vbi quamplures facit illationes.

Quibus non obstat depositio D. N. qui id asserere
videtur, tum quia ipse potius dici potest accu-
sator, quàm testis, prout ex principio processus
videre est, quod quidem prudentis Iudicis ar-
bitrio considerandum remitto ad tex. in *l. 3. §.*
13 *tu magis ff. de testi.* † tum quia ex lite orta inter
dictum testem, & D. N. Inquisitum præsumi-
tur illius inimicus *Bart. in l. 3. §. fin. num. 4. ff.*
de excus. tuto. Abb. Butr. et alij in cap. proposuisti
19. de foro compet. Alex. conf. 99. num. 1. lib. 1.
Crau. conf. 75. n. 11. par. 1. Mascar. de prob. concl.
898. num. 26. lib. 2. vbi alios adducit concor-
dantes late *Farinac. de indic. et tortu. quæst. 49.*
num. 2. 3. et seq.

14 Ad repellendum autem testem a testificando
sufficit inimicitia præsumpta *Menoch. de arbitr.*
lib. 1. quæst. 26. num. 6. Alex. conf. 99. num. 3.
lib. 1. Mascar. de prob. concl. 899. num. 3. lib. 2.
Decia. in tract. crim. lib. 3. cap. 25. nu. 12. Fa-
rinac. de testi. d. quæst. 53. num. 24. alios addu-
cens *Hond. conf. 100. num. 28. lib. 1.*

15 Neque obstat, quod ad repellendum testem
requiratur inimicitia capitalis *Vulpell. conf.*
crim. 39. nu. 12. Ant. Gomez var. resol. tom. 3.
cap. 12. num. 14. & latè comprobat, alijs addu-
ctis concordantibus, *Farinac. de testi. d. quæst. 53.*
16 *num. 52.* quia † respondeo dupliciter, & primò
quod cum lis, quæ vertit inter d. testem, &
Inquisitum, sit super priuatione officij Cancel-
larij communis, dicitur inducere inter eos ini-
miciciam capitalem *Menoch. de præsump. lib. 5.*
præsump. 43. nu. 10. Decia. in tract. crim. lib. 3.
cap. 25. num. 51. Conuers. de tuto. & curat. §.
11. num. 14.

17 Secundò, quia conclusio supradicta, quod ad
repellendum testem requiritur inimicitia capi-
talis, habet locum in ciuilibus, non autem in cri-
minalibus, vt in casu nostro, in quo, cum agatur
de maiori præiudicio, & ideò testes esse debeāt
omni exceptione maiores, ideò quęlibet inimi-
citia, etiam leuis illos repellit, *Franc. Curt. de*
testi. num. 101. in fin. & n. 102. Gram. decis. 34.
num. 28. Baiard. ad Clar. quæst. 24. num. 33.
quos refert, & sequitur *Farinac. de testi. quæst.*
53. num. 53. & 54. alios adducens, subiungens,
quod saltem non dicitur testis idoneus, *& conf.*
716. num. 13. & 24.

Secundò

Secundò principaliter non nocet dicto D. N. as-
serta præsumptio relultans ex prætenso com-
18 modo, & vtilitate, † quia illa non solùm non est
sufficiens ad condemnationẽ in crimine falsi, sed
neque est sufficiens ad torturam, nisi alia con-
currant, vt restatur *Bossi. in prac. crim. in tit. de
indic. num. 63. & 64. Blanc. de indic. num. 422.
Hond. cons. 96. n. 68. vol. 1. Farinac. de falsit.
& simul. quæst. 153. num. 210.* vbi dicit requiri
saltem malam famam, *Vermiglio. cons. crim.
197. num. 3.* sed in casu, de quo agitur, nullum
aliud concurrit adminiculum, vt ex processu vi-
dere est, meritò &c.

Non obstat tertiò asserta præsumptio commodi,
19 & vtilitatis, † quia d. D. N. Inquisitus dicta cã-
cellatione nullatenus fuit vsus, ad hoc enim, vt
malè factum præsumatur factum ab eo, de cu-
ius commodo tractatur necesse est, quod qui
dictum commodum sentit, vtatur illa re malè
facta, aliàs sinè vsu nulla contra eum oritur
præsumptio, vt tradunt *Bossi. in prac. crim. in
tit. de indic. num. 58. versic. & si dicatur &c.
& Farinac. in d. quæst. 153. num. 211. & Ver-
miglio.* post hæc scripta visus *d. cons. crim. 197.
num. 4.*

Quartò non nocet asserta commodi, & vtili-
tatis præsumptio, quia deficit in casu nostro
assertum commodum, & asserta vtilitas, quam
prætendit Fiscus dictum Inquisitum consequi
ex dicta cancellatione ex pluribus, & primò,
quia ordinatio, quod expensæ eroganoæ in li-
te Cancellariæ Communitatis non subministra-
rentur de Publico fuit solum proposita in Con-
silio ab vno, vel duobus Consiliarijs tantum,
non autem fuit approbata a maiori parte Con-
20 silij, neque fuit posita ad Scrutinium. † & ideò
non potest dici ordinatio ipsius Consilij *Abb.
cons. 25. num. 4. part. 2. Gratia. discept. foren.
cap. 933. num. 1. et nu. 11. par. 5.* cum debeat
partitum propositum in Consilio esse obtentũ
a duabus partibus ex tribus, & non in confuso,
neque viua voce, vt declarat *Gratia. d. cap. 933.
num. 11. et 12.* & ideò dicta ordinatio cum
non diceretur ordinatio Consilii siuè adesset in
libro Communitatis, siuè non adesset ipsi D. N.
nihil nocere poterat, quin expensas in lite pas-
sas ab ipsa Communitate repetere posset arg.
*cap. non præstat 52. de reg. iur. in 6. cum simil.
Barbo. axiom. 115. num. 1.*

Secundò nullum commodum, & vtilitatem conse-
qui potuit D. N. Inquisitus ex asserta cancella-
tione in libro Consiliorum, quia licèt in eo ad-
esset, vel non adesset dicta protestatio, quod
expensæ pro lite Cancellariæ, non subministra-
rentur ab ipsa Communitate, ipsius tamen In-
quisiti nihil intererat, quia cum ipse a Com-
munitate fuisset Procurator in dicta lite consti-
21 tutus, † expensas passas in ea a Communitate
mandante benè repetere poterat *l. ex mandato
20. ff. manda. Rota Genuen. decis. 110. num. 1.
& decis. 124. num. 2. & decis. 178. nu. 2.* Rota
*Rom. in Bononien. Quadernæ 22. Iunij 1611. co-
ram* R. *P. D. Lancellotto*; Cessante ergò præ-
sumpto commodo, & vtilitate ex dicta cancel-
latione resultante, cessat ipsa præsumptio fal-
sitatis ex illa prouenìens, cum subintret hoc
22 casu conclusio, † quod non præsumitur quis
commisisse falsitatem, quando sinè ea potuisset
obtinere, quod prætenditur consequi voluisse
cum falsitate *Bertaz. cons. 8. num. 4. vol. 1. Me-
noch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. num. 47.
Gabr. cons. 169. num. 11. lib. 1. & cons. 180.
num. 14. lib. 1. Hond. cons. 96. num. 60. lib. 1.
Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. nu. 203.*

23 Falsitas enim sinè lucro, & commodo non
præsumitur commissa, & cessante lucro, & cõ-
modo cessat etiam ipsa præsumptio falsitatis.
*Crauc. cons. 75. num. 13. & seq. par. 1. Valpell.
cons. crim. 129. num. 5. & num. 23. Gabr. cons.
169. num. 24. lib. 1. Thesa. decis. 17. num. 7.
Hond. cons. 109. n. 23. lib. 1. Farinac. de falsit.
& simul. quæst. 153. num. 204. & seq. Ciriac.
contro. 408. num. 39. Vermiglio. cons. 150. n. 1.*

24 Ex illa generali conclusione, quod delictum
non præsumitur commissum sinè causa, vt post
Bart. Foller. Castr. Gram. Cason. & Bertazo. per
eum adductos tradit *Farinac. de indic. & tortur.
quæst. 52. n. 150.* & post eum *Guazzi ad defen.
reo. defen. 28. cap. 1. num. 6. & seq. Giurb. cons.
crim. 97. num. 6.*

25 Quæ non debet esse leuis, sed grauis, & con-
formis grauitati criminis *Blanc. in l. fin. n. 130.
ff. de quæst. Decia. cons. 4. nu. 52. vol. 3. Farinac.
d. quæst. 52. num. 152. Guazzin. d. cap. 1. n. 6.
& 7. Giurb. d. cons. crim. 97. nu. 6. Felic. alleg.
168. num. 3. par. 2.*

26 Et in terminis nostris, quod falsitas non præ-
sumatur commissa ex modico lucro, sed requi-
ratur magnũ, & considerabile voluerunt *Foller.
in prac. crim. in verbo item, quod commisit falsi-
tatem num. 94. Gabr. cons. 169. num. 11. & seq.
lib. 1. Hond. cons. 109. num. 23. & seq. lib. 1.
& cons. 96. num. 40. & num. 62. vol. 2 Farina.
de simul. & falsit. d. quæst. 153. nu. 207.* alios
adducens concordantes *Ciriac. d. contro. 131.
n. 42. &* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. n. 3058.*

Quibus non obstat, quod non constet de mandato
in hac causa, cũ de illo facto in personam D. N.
Inquisiti plenè constet per testes in processu
27 examinatos, † quæ probatio per testes cæteris
omnibus validior, & dignior est *Abb. in rub. de
testi.* Mascar. latè *de proba. lib. 1. quæst. 5. n. 3.
& seq.* vbi testatur de magis cõmuni Doct. opi-
nione, cum firmior sit vox viua, quàm vox mor-
tua *§. si quis igitur Auth. de instru. caut. et fide
cap. tertiò loco 5. de prob.*

Nec

Nec quidquam facit, quod exaduerso dicitur de prætensa illius falsitate, de qua nullibi apparet,
28 † falsitas autem non præsumitur, sed debet probari *l. cum precibus* 18. *C. de proba. Soc. Iun. cons.* 45. *nu.* 5. 6. *et seq. lib.* 3. *Menoch. de præsump. lib.* 5. *præsump.* 20. *num.* 1. *& seq. Mascard. de prob. concl.* 745. *num.* 1. *& seq. vol.* 2. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 153. *num.* 192. alios adducens concordantes *Surd. cons.* 132. *num.* 18. *vol.* 1. *Rota post secundum vol. cons. Farina. decis.* 42. *num.* 10.
29 Ita vt ad excludendam falsitatem omnis alia præsumptio sit capienda, & omnis alia interpretatio sit facienda *Clar. in prac. crim. §. falsum vers. item debet &c. Gabr. cons.* 180. *n.* 16. *lib.* 1. *Odd. cons.* 78. *num.* 50. vbi testatur de communi opinione, *Farinac. d. quæst.* 153. *nu.* 193. vbi quamplures alias facit illationes, & præcipuè, quod, vt falsitas euitetur, omnis distinctio facienda est, loci, temporis, rerum, & personarum, & quod ad dictum effectum omnis subtilitas est adhibenda, & quod est præsumenda etiam pluralitas actuum, rerum, & personarum, vt ibi per eum, *Ciriac. contro.* 131. *num.* 47. *& seq.* latè *Adden. ad Rot. decis.* 64. *litera A. post primum vol. consil. Farinac.*

Ex quibus apparet clarissimè, nullam contra dictum D. N. Inquisitum adesse præsumptionẽ, seu suspicionem prætensæ falsitatis, & prætensi delicti; ex abundanti tamen, & ad remouendam omnem penitus amaritudinem, si quæ extaret contra eũ, quod non credo, per iura supra adducta, animaduertendum est, quamplures extare præsumptiones, & coniecturas pro ipso D. N. Inquisito exclusiuas assertæ falsitatis, per quas manifestè apparet de illius innocentia,
30 † quia sicut falsitas præsumptionibus, & coniecturis probatur, saltem ad effectum puniendi pœna extr aordinaria, vt dixi supra in principio, ita etiam contrariis præsumptionibus, & coniecturis excluditur, vt tradunt *Innoc. Hostien. Io. Andr. Butr. Abb. & alij Canonistæ in cap. inter dilectos* 6. *de fide instru. Boss. in prac. crim. in tit. de fals. num.* 134. *Gabr. cons.* 169. *num.* 4. *in fin. lib.* 1. *Farinac. de falsit. & simul. quæst.* 152. *n.* 6. vbi testatur de communi opinione, *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 4. *cap.* 9. *in fin. Vermiglio. cons.* 148. *num.* 1.
31 Cum vna præsumptio tollat aliam *Gram. decis.* 3. *num.* 14. *& cons.* 31. *n.* 10. *Crauc. cons.* 6. *nu.* 70. *Rimi. Iun. cons.* 289. *num.* 2. *vol.* 3. latè *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 3. *& seq.* vbi dicit, hoc esse regulare in qualibet materia, cum quibus pertransit *Giurb. cons. crim.* 51. *n.* 31. qui alios addncit quamplutes *Aldoni. cons.* 34. *num.* 18. sicus clauus clauum trudit. *Bertaz. cons. crim.* 251. *num.* 63. *lib.* 2. *Mascar. de prob. concl.* 405. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. *Guazzin. d. cap.* 2. *num.* 3. *in fin.*

8 cere potest probationem † ex regula Falsus in vno falsus in omnibus, de qua per Doct. in l. si ex falsis 42. C. de transac. & tradit Clar. in pract. §. fin. quæst. 53. vers. sed quæro, & ante eum dixerunt Bald. in l. fin. n. 18. C. de edic. D. Adrian. tollen. Gandin. de malef. in tit. de fals. num. 26. Farinac. latè comprobans de testib. quæst. 67. nu. 111. & in cons. 169. num. 9. lib. 2. plenè Giurb. cons. crim. 91. num. 25. Sousa. in Aphor. Inquis. lib. 2. cap. 8. num. 11. quem refert, & sequitur Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 72. cum depositio testis ratione iuramenti sit indiuidua. Farinac. vbi supra num. 111. Caren. dict. tit. 6. num. 72. Rot. decis. 100. in prin. post secundum vol. cons. Farinac.

9 Sed etiam puniri potest de falso; Ant. Gomez ad leg. Taur. 87. num. 7. Osasch. decis. Pedem. 29. in prin. latè Farinac. de testib. quæst. 67. n. 1. & 2. & sequen. Gratia. discept. foren. cap. 736. num. 49. & 50. par. 4. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 68. & seq. vbi dicit, hoc habere locum, etiam si illius depositio esset nulla, saltem quo ad pœnam extraordinariã, Ferdin. de Castro Palao in opere morali tract. 4. dispu. 8. punct. 15. §. 6. n. 13. latè Giurb. cons. crim. 71. num. 7. alios adducens, & dicens, dictum testem puniendum esse depoñendo falsum in causa cri-

10 minali contra reum similitudine supplicij, † & antiquitùs testes falsum deponentes ex lege 12. tabul. ex saxo Tarpeio, quod miræ altitudinis erat, præcipitatos vltimo affici supplicio, scribit Aul. Gelli. noct. attic. lib. 20. cap. 1. quem refert Farinac. vbi sup. num. 1.

Depositio verò D. Catherinæ nihil omninò nocet, tum quia, vti faciens se offensam, aperit solùm viam Iudici ad inquirendum generaliter, per iura, & authoritates adductas supra num. 4. quas hic breuitatis gratia non refero, tum etiam, quia ipsa deposuit, neminem in dicta domo cognouisse, & non posse certè affirmare, adfuisse dictum Carceratum, sed solùm ei sic visum

11 fuisse, † quo casu, licèt non faceret se offensam, nullam faceret probationem Alex. cons. 15. n. 5. lib. 1. Deci. cons. 363. num. 4. Paris. cons. 54. num. 21. lib. 4. Osasch. cons. 66. num. 25. lib. 1. Vivi. opin. 965. nu. 1. vbi testatur de communi opinione, & latè comprobat Farin. de testi. quæst. 68. n. 25. vbi quamplures adducit concordantes, & dicit, hanc esse communem Doct. opinionem Rota decis. 235. num. 4. par. 4. diuer.

12 Probatio enim obscura, & dubia non releuat cap. in præsentia 8. de proba. Crauet. cons. 33. num. 3. Farinac. de testi. d. quæst. 68. in prin. latè comprobans Gratia. discep. foren. cap. 252. nu. 20. par. 2. Rota decis. 1. num. 5. & 6. de donat. in non. & decis. 380. num. 10. par. 5. rec.

13 Sed illa debet esse certa, clara, & necessariò concludens Crau. cons. 201. sub num. 29. Gail. pract. obseru. lib. 2. obser. 13. num. 5. Aldoui cons. 18. num. 24. & cons. 70. num. 29. & seq. Ciriac. controu. 75. num. 18. Rota decis. 76. n. 7. & decis. 270. nu. 8. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 270. num. 8. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 463. num. 7. par. 5. rec. lib. 2. & apud Duran. decis. 402. num. 21. & alibi passim.

Neque in aliquo nocet prætensa inimicitia exorta inter Franciscum carceratum, & Antonium prædictum ex eo, quod pugnis se percusserint,

14 † quia cum inter eos sequuta fuerit pax, de qua in processu, ex ea nullum desumi valet indicium contra Inquisitum, Rol. cons. 24. n. 31. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 14. vbi testatur de communi opinione Mascar. de prob. concl. 857. num. 48. & concl. 899. num. 10. lib. 2. vbi pariter de communi Enge. cons. 27. num. 31. lib. 1. Hond. cons. 87. n. 101. vol. 2. Farinac. de indic. & tortu. quæst. 49. num. 109. & in tract. de testi. quæst. 53. nu. 58. quamplures adducens ita sentientes, Guazzin. de pace par. 1. quæst. 9. num. 2. & in tract. ad defen. reor. defens. 28. cap. 1. num. 16. Paul. Rubc. de testam. quæst. 15. num. 234.

15 Quibus non obstat, quod prædicta vera sunt quando reconciliatio, & pax est antiqua, secùs tamen si sit de recenti, vt in casu nostro, cum offensus de recenti reconciliatus præsumatur adhuc iratus, & quod velit nocendo se vlcisci, vt post Carrer. Plot. Blanc. Foller. Petr. de Vbal. & Meren. per eum relatos scribit Farinac. in d. quæst. 49. num. 110. vbi testatur de communi opinione, & voluit etiam Guazzin. d. defen. 28. cap. 1. num. 17. Paul. Ruben. vbi supra, quod tamen non placet P. Graff. & in Anato. necis. prodit. §. 13. num. 13.

Quia inter dictos Franciscum carceratum, & Antonium, vltra pacẽ inter eos sequutam, & reconciliationem, interuenerunt actus quamplures inuicem amicabiles, & simultanea conuersatio, qualis inter amicos interuenire solet, vt ipsemet Antonius fassus fuit medio eius iuramento super interrogatorijs eisdem factis pro parte d. Francisci, quo casu dicitur extinctus omnis

16 effectus inimicitiæ, & pax, seù reconciliatio etiam de recenti facta operatur, ac si esset antiqua, vt post Rimin. Iun. cons. 88. n. 13. vol. 1. per eum relatum benè declarat Guazzin. d. defen. 28. cap. 1. n. 17. & in tract. de pace par. 1. quæst. 9. num. 8. & post eum Ciriac. contro. 150. num. 36.

Quibus cò magis locus esse debet, cum inimicitia

17 capitalis, † (non capitalis enim, & leuis inimicitia non facit indicium ad torturam, nec ad transmittendum inquisitionem, vt latè comprobat Farinac. de indic. & tortu. quæst. 49. n. 101. & post eum Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 87. & seq.) cum, inquam, inimicitia capitalis

talis, vt faciant indicium, non debeat esse sola,
sed cum ea concurrere debeat aliquod aliud in-
dicium, seù coniectura, & sic debeat esse admi-
niculata, vt scripserunt Clar. in pract. crim. §. fin.
quæst. 21. versic. inimicitia &c. vbi testatur de
magis communi Doct. opinione Ant. Gomez
var. resol. tom. 3. tit. 10. n. 11. Vulpell. cons. 5.
num. 4. & cons. 39. nu. 7. Eugen. cons. 27. n. 19.
lib. 1. latè Farinac. de indic. & tortu. d. quæst. 49.
num. 102. vbi quamplures adducit de commu-
ni, & magis communi Doct. opinione testan-
tes, Hond. cons. 107. num. 43. lib. 1. vbi pari-
ter, quampluribus Doct. relatis, dicit, hanc esse
magis communem Doct. opinionem, & in
praxi ab ea non esse recedendum, cum quibus
pertranseunt Giurb. cons. crim. 13. num. 7. &
Caren. de Offic. S. Inquis. d. par. 3. tit. 10. n. 89.
et seq. alios pariter referentes concordantes.
Adminicula autem, & coniecturæ omninò deficiũt
in casu nostro, vt ex infrascriptis satis manife-
stè demonstrabitur, & primò nullum funda-
mentum fieri potest super fama publica, de qua
videntur deponere quamplures testes in pro-
cessu informatiuo, ex pluribus, quia omissis mul-
tis, quæ contra illam obiici possunt, de quibus
latè habetur per Farinac. de indic. et tort. quæst.
47. per tot. vbi dicit, nullum vidisse processum,
in quo fama esset legitimè probata, & per Ca-
ren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 64. et
seq. vbi dicit, quod non reperitur deterior te-
19 stis, quàm fama, quia, inquam, primò † te-
stes deponentes, ita publicè dici audiuisse, nisi
addant a maiori parte populi, non probant fa-
mam in foro ciuili, & in criminalibus, in qui-
bus seruatur opinio Bart. in l. de minore 10. §.
plurimum num. 22. ff. de quæst. vt post Hiero. de
Monte, Paris. et Pacia. per eum adductos de-
clarat Farinac. de indic. et tortu. quæst. 47. num.
260. et num. 264.
20 Secundò, & meliùs, quia dicta opinio Farin.
d. num. 260. non est tuta, cum imò in praxi ser-
uari opinionem Bald. in cap. literas 14. de præ-
sump. num. 2. quod imò sufficiat, quod ad pro-
bandam famam testes deponant, ita publicè di-
ci audiuisse absque eo, quod addant a maiori
parte populi, post Clar. Peguer. Scacc. Mastrill.
et Ros. per eum adductos firmat Caren. de Offic.
S. Inquis. d. par. 3. tit. 10. num. 27. secundo, in-
quam, quia, cum Franciscus carceratus fuerit
statim sequuto delicto, fama ortum necessariò
21 habuit post illius carcerationem, † quo casu
fama orta dicitur non ex veritate delicti, sed ex
illo actu carcerationis, & ideò non venit atten-
denda, & nullum facit probationis gradum.
Gram. voto 34. Marsil. singul. 97. Peguer. decis.
crim. 17. num. 27. Azued. cons. 30. n. 28. Giurb.
cons. crim. 91. num. 44. benè Caren. d. part. 3.
tit. 10. num. 73. Vermiglio. cons. 228. num. 7.
Tertiò, quia fama prædicta ortum habuit ab ipsis
Antonio, & sororibus, qui faciunt se offensos, vt
supra, vt deponũt omnes testes Fisci in processu
22 repetitiuo examinati, quo casu fama nullius est
roboris, nec momenti, vt post tex. in terminis
in cap. qualiter, et quando 17. de accusa. testan-
tur Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 6. versic. sed
quid si etc. vbi dicit, quod ita omnes tenent,
Natt. cons. 473. num. 17. lib. 3. Foller. in prax.
crim. in verbo Dentur capitula, quod suffocauit
vxorem n. 35. & benè declarat Farinac. de indic.
et tortu. quæst. 47. nu. 156. quamplures addu-
cens ita sentientes Vermiglio. cons. 408.
num. 15.
Ne aliàs magis credatur copiæ, quàm originali,
vt tradunt Rolan. cons. 9. nu. 34. lib. 3. Hond.
cons. 102. n. 58. lib. 1. Farinac. de testi. quæst. 69.
num. 85. Caluin. de aquit. lib. 1. cap. 30. n. 27.
Rota apud Greg. XV. decis. 570. num. 2.
23 Et est regulare, quod fama tàm in ciuilibus,
quàm in criminalibus nunquam habeat suas vi-
res, nisi ortum habuerit non a maleuolis, & sus-
pectis, sed a fide dignis personis, & honestis d.
cap. qualiter, & quando 17. de accusat. & tradũt
Clar. d. quæst. 6. versic. sed quid si &c. vbi te-
statur de communi opinione Thobi. Noni. cons.
99. num. 27. Mascar. de prob. concl. 748. nu. 9.
lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 1. n. 44.
& quæst. 89. num. 21. Peguer. decis. crim. 17.
num. 18. Eugen. cons. 27. num. 44. lib. 1. vbi te-
statur de communi opinione, & latè compro-
bat Farinac. de indic. & tortu. d. quæst. 47. num.
156. quamplures adducens ita sentientes, cum
quibus pertransit Caren. de Offic. S. Inquis. d.
par. 3. tit. 10. nu. 68. Vermiglio. cons. 78. nu. 9.
Neque pariter ullum adminiculum sumi potest
ex eo, quod die illa, in qua prætenditur per Fi-
scum, fuisse vulneratum, & derobatum Anto-
nium supradictum, visum fuisse fumum ex ca-
mino domus Francisci carcerati, in qua tunc
non cõmorabatur, & quod cinis sub d. camino
existens erat calida, ita vt suspicari possit, in
domo prædicta dictum Franciscum sub dicta
die retinuisse homines, qui fuerunt ad deroban-
dum, & vulnerandum Antonium, ex duobus, &
24 primò, quia, † adminicula, vt afficiant, pro-
bari debent per duos testes Clar. in pract. crim.
§. fin. quæst. 22. in prin. Ant. Gomez var. resol.
tom. 3. cap. 13. nu. 18. Hond. cons. 87. nu. 120.
vbi testatur de communi opinione Farinac. de
indic. & tortu. quæst. 37. num. 15. vbi dicit, hoc
habere locum etiam in quolibet leui adminicu-
lo, & alios adducit concordantes, cum quibus
pertransit Guazzi. ad defen. reo. defen. 32. cap. 8.
n. 3. & post eũ Ciriac. contro. 104. n. 32. & contro.
150. nu. 11. de fumo autem exeunte ex camino
domus deponit tantùm Franciscus Bastiani in
processu fol. 20. de cinere autẽ calida licèt de-

ponant

ponant Vincentius Galerpus, & Bernardinus
Motellus, & sic duo testes, d. tamen Bernardi-
25 nus nihil omninò probat, † quia est Birruatius,
& Executor Terræ Cantiani dum deponit ex-
tra eius officinm; tam ex dispositione iuris
communis, vt docent *Ludou. decis. Lucen.* 1. n. 3.
Mascar. de prob. concl. 189. *in prin. lib.* 1. *&*
concl. 1358. *num.* 6. *lib* 3. *Osasch. cons.* 65. *post*
num. 4. quos refert, & sequitur *Farinac. de testi.*
quæst. 56. *num.* 371. alios adducens, & di-
cens, hanc esse communem Doct. opinionem, &
nouissimè not. *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3.
tit. 5. *num.* 31. *Vermiglio. cons.* 114. *num.* 1. *&*
cons. 116. *num.* 1.

Cum birruarij communiter apud homines reputē-
tur infames, & huiusmodi exercitio, vt plu-
rimùm, non nisi vilissimi, & omnium vitiorum
macula aspersi applicentur, vt tradunt *Farinac.*
& Caren. in loc. proximè adductis, quàm etiam
vigore Statuti *lib.* 2. *rub.* 10. ex cuius disposi-
tione a testificando repelluntur, & sic vnus tan-
tùm remanet testis de dicto adminiculo depo-
nens, meritò &c.

Secundò, quia ignis in dicta domo fieri potuit per
dictum carceratum, dum ad illam accedebat
tempore hyemis, vt deponit Bonifatius testis
26 Fisci in processu repetitiuo *fol.* 34. † qui, licèt
vnicus, contra Fiscum inducentem plenè pro-
bat, vt post *Crau. Soc. Inn. Gabr. Cæphal. Bursatt.*
Rip. Rimi. *Menoch. Ludou. Hect. Æmil. Cassan.*
& alios per eum relatos tradit *Farinac. de testi.*
quæst. 62. *num.* 213. *&* 214. *& nu.* 237. plenè
Giurb. cons. crim. 84. *nu.* 10. vbi dicit, hoc pro-
cedere licèt deponat de credulitate.

27 Indicia autem sumi non possunt ex his, quæ
ex accidenti cōtingere possunt *Vulpell. cons.* 97.
num. 3. *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 37. *n.* 7.
& 8. *Ciriac. contro.* 227. *num.* 34. *D. Andreol.*
28 *contro.* 149. *num.* 8. † & non debent esse dubia,
& æquiuoca, & quæ multipliciter contingere
possunt, *Farinac. d. quæst.* 37. *n.* 6. *& seq. Ciriac.*
d. contro. 227. *num.* 34. *& contro.* 150. *nu.* 66.
29 *D. Andreol. d. contro.* 149. *num.* 8. † sed esse
debent certa, clara, verisimilia, non leuia,
aut perfunctoria, concludentia, & ad delictum
inferentia, vt tradunt *Farinac. d. quæst.* 37. *n.* 3.
Ciriac. d. contro. 227. *num.* 34. *& D. Andreol.*
d. contro. 149. *nu.* 8. & benè declarat *Guazzin.*
ad defen. reo. defen. 30. *cap.* 4. *num.* 3. *versic.*
quæ indicia &c. alios quamplures adducens ita
sentientes *Vermiglio. cons.* 72. *num.* 12. *& cons.*
60. *num.* 23.

Neque ulla prorsus suspicio elici potest ex verbis
D. Lauræ vxoris Francisci Inquisiti, dum Hos-
piti Terræ Cantiani ei narranti, inuenisse Chri-
stophorum de Territorio Ciuitatis Callij per
viam tendentem ad dictam Ciuitatem die se-
quenti, qua prætenditur, commissum fuisse di-
ctum delictum vulnerum, & furti, de quibus
contra dictum Christophorum aliqua videba-
tur adesse suspicio complicitatis cum Franci-
sco viro, ei, inquam, dixit *non dite di gratia nien-*
te hauerlo tronato, ex pluribus, & primò, quia
30 † vxor non potest cogi ad testificandum con-
tra virum propter reuerentiam, quam ei debet,
Crot. de test. part. 5. *num.* 197. *Ant. Gomez var.*
resol. tom. 3. *cap.* 12. *sub num.* 24. *Mascar. de*
prob. concl. 1420. *num.* 12. *lib.* 3. *Farinac. de*
testi. quæst. 54. *num.* 219. vbi alios adducit di-
centes, nec, viro volente, id licere, *Gilhausen. in*
Arbo. crim. cap. 6. *par.* 3. *nu.* 28. quem refert,
& sequitur *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5.
num. 17. cum maritus, & vxor sint vna caro,
vt dicit *Bald. in l. si cum dotem* 23. *§. si maritus*
ff. soluto matrim. quem sequitur *Caren. vbi*
supra d. num. 17.

31 Indicium autem non facit qui interrogari
non debuit, si interrogatus deponat contra ter-
tium *Angel. de malef. in verbo, Quod fama pu-*
blica sub num. 38. *Grama. cons. crim.* 21. *nu.* 2.
& 3. *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst.* 21. *versic.*
successiuè quæro &c. Mascar. de prob. concl. 466.
num. 3. *lib.* 1. *& concl.* 1311. *num.* 1. *lib.* 3. vbi
testatur de communi opinione, latè *Farinac. de*
indic. & tortu. quæst. 43. *num.* 4. *& seq. Ciriac.*
contro. 150. *num.* 75.

32 Quod enim vna via est prohibitum, ex alia
non debet admitti *cap. cum quid* 84. *de reg. iur.*
in 6. *l. non est ambigendum* 12. *§. vbicunque ff. de*
bono. possess. l. fin. C. si mancip. venien. Paris.
cons. 2. *num.* 3. *lib.* 1. *Ciriac. contro.* 183. *nu.* 3.
cū leges ludibrio esse non debeant *Morot. cons.*
87. *num.* 15. *Rota apud Zacchi. de societ. decis.* 54.
num. 6.

Maximè cum dictum d. mulieris non percutiat
delictum principale, sed illius adminicula,
quæ nullius sunt ponderis, nisi probata sint per
duos testes, vt tradūt *Clar. Gomez Hond. Farina.*
Guazzin. & Ciriac. in loc. adductis supra nu. 24.

Secundò non nocet depositio D. Lauræ vxoris Car-
cerati, quia illa dicta verba protulit, rogando
d. Hospitem ne manifestaret, inuenisse dictum
Christoforum per viam Callii, quia ipse Chri-
stoforus erat contumax Curiæ Terræ Cantiani,
cum ei fuisset transmissum præceptum de com-
parendo ad informandam Curiam per viginti,
& plures dies ante, cui Christoforus non parue-
rat, vt apparet ex copia eiusdem præcepti ex-
hibita, & sic, quia timebat, ne à Curia d. Terræ
molestiam reciperet, non autem quia Cristofo-
rus adfuisset ad vulnerandum Antonium Iose-
phi, ex actu autem æquiuoco, & qui multipli-
citer potest intelligi, indicia sumi non possunt,
vt tradunt *Vulpell. Farina. Ciriac. & D. Andreol.*
in loc. adduct. supra num. 27. cum indicia non
debeant esse dubia, æquiuoca, & quæ multipli-
citer

citer intelligi possint, sed esse debeant certa, clara, verisimilia, non leuia, aut perfunctoria, sed cõcludentia;& ad ipsum delictum inferentia, vt pariter tradunt *Farinac. Ciriac. Guazzin. & D. Andreol. in loc. pariter adduct. supra num.* 28. quibus addo ita sentientes *Menoch. de arbitr. casu* 270. *nu.* 5. *& seq. Hond. consf.* 102. *nu.* 10. *& cons.* 107. *num.* 26. *lib.* 1. *& cons.* 98. *nu.* 9. *lib.* 2. *Eugen. cons.* 27. *n.* 67. *& seq. & cons.* 63. *num.* 76. *& seq. & cons.* 76. *nu.* 17. *& seq. lib.* 1. *& Ambros. in proc. inform. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 16. *& sequen.*

33 Postremò, quia dictum D. Lauræ extraiudiciale nemini præiudicat, cum in tali dicto deficiat forma iudicii, ita vt vocari non valeat testimonium, deficiente in eo iuramento, & citatione partis, vt benè declarat *Tindar. in tract. de testi. diuer. cap.* 3. *n.* 1. *& seq. fol. mihi* 313. & admittit *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 40.

Præsumptio autè nulla desumi potest ex eo, quod prætenditur per Fiscum fuisse dictum per Franciscum carceratum D. Catherinæ sorori Antonii vulnerati, & derobati, videlicet *Ti voglio scorticare* ex pluribus, & primò, quia de hoc non constat legitimè, cum de prædictis verbis deponant ipsa D. Catherina, D. Lucia famula, & Petrus Benedicti, D. Catherina facit se offensam a Francisco carcerato, vt patet ex eius depositione, vndè ipsa nihil probar, sed solùm eius dictum aperit viam Iudici ad inquirendum generaliter, vt tradũt *Parij. Rolan. Bertaz. Mascar. Farinac. & Ciriac. in loc. relatis supra in princ. num.* 4.

34 D. Lucia verò est inimica Francisci, vt ipsamet fatetur in processu repetitiuo, & sic repellitur a testificando *cap. repellantur* 7. *cap. cum oporteat* 19. *de accusa. l.* 3. *ff. de testi. l. si quis* 13. *C. eod. tit.* latè *Farinac. de testi. quæst.* 53. *in prin. Lud. Gilbaus. in arbor. iudic. crim. cap. 6. par.* 3. *num.* 4. *& seq. Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 3. *& seq.* vbi dicit, quod ita omnes Doct. clamant, & dicta conclusio habet locum etiam in causa hæresis, & in S. Officio, vt ibi per eum *Rota post secundum vol. cons. Farina. decis.* 79. *num.* 1. *& decis.* 294. *in prin.*

35 Secundò est consanguinea Antonij offensi, & ideò, cum iniuria facta consanguineo censeatur facta omnibus de parentela *l.* 2. *&* 3. *ff. de liber. caus.* non admittitur ad testificandum pro consanguineo, ne dicatur deponere in causa propria *Alberi. de testi. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 52. *Gabr. comm. concl. de testi. concl.* 13. *num.* 29. *Mascar. de prob. concl.* 68. *num.* 4. *&* 5. *& concl.* 408. *num.* 10. *& seq. vol.* 1. *Farinac. de testib. quæst.* 54. *num.* 9. alios adducens concordantes *Caren. de Offic. S. Inquis. part.* 3. *tit.* 5. *n.* 15. *& seq.*

36 Tertiò est famula eiusdem Antonii, & ab eo salariata, quæ pariter non probat pro domino *Mascar. de prob. concl.* 758. *num.* 52. *lib.* 2. latè *Hipp. Rimin. cons.* 315. *nu* 5. *& seq. lib.* 3. cum quibus, eos referendo, pertransit *Farina. de testi. quæst.* 55. *nu.* 136. *& seq. Vermiglio. cons.* 408. *num.* 4.

37 Et ideò, vti patiens plures defectus, omninò repellitur a testificãdo *Farinac. de testi. quæst.* 57. *num.* 46. *& quæst.* 62. *nu.* 80. *et num.* 381. vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur, hanc esse communem Doct. opinionem *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 20. *nu.* 15. *Ciriac. contro.* 89. *num.* 20. *D. Andreol. contro.* 172. *num.* 9. *Rota decis.* 477. *n.* 5. *par.* 5. *rec. lib.* 2. *et decis.* 199. *nu.* 5. *par.* 6. *rec. et apud Card. Mant. decis.* 130. *num.* 4. *et decis.* 253 *num.* 5.

38 Etiam in casu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest *Grat. cons.* 59. *in fin. Menoch. de arbitr. casu* 96. *nu.* 6. *et* 7. *Gabr. comm. concl. de testi. concl.* 7. *n.* 10. *Franc. Becci. cons.* 85. *nu.* 19. *Eugen. cons.* 27. *nu.* 66. *lib.* 1. *Hond. cons.* 93. *num.* 50. *lib.* 2. *Farina. d. quæst.* 62. *n.* 80. *Gratia. decis. Marcb.* 240. *n.* 13. *Cancer. d. cap.* 20. *num.* 15.

39 Et licèt exceptiones contra testem militãtes vti singulæ non essent sufficientes ad repellendũ testem a testificando, quia simul iunctæ illum omninò repellunt *Crau. cons.* 249. *n.* 11. *Menoch. de arbitr. casu* 99. *num.* 7. & post *Bart. Ancar. Roma. Nouell. Corrad. Osasch. Bertaz.* & alios per eum relatos tradit *Farinac. de testi. d. quæst.* 57. *num.* 46. vbi testatur de communi opinione, *Gratia. d. decis.* 240. *nu.* 8. Quod enim vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ optimè operantur *l. instrumenta* 5. *l. rationes* 6. *l. non epistolis* 13. *l. non nudis* 14. *C. de prob. cap. illo vos* 4. *de pigno.* & tradunt *Crau. Farin. Gratia. et alij supra proximè adducti.*

40 Petrus verò alter testis est rusticus, pauper, & vilis, vt deponunt testes ad defensam super vltimo articulo, ex quibus simul iunctis repellitur testis a testificando *Ant. Gomez variar. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. *Menoch. de arbitr. casu* 96. *nu.* 6. *et* 7. *Claud. ad Bertaz. cons.* 210. *n.* 7. *litera B.* vbi testatur de communi opinione, latè *Farina. de testib. quæst.* 57. *n.* 70. *et seq.* vbi alios quamplures adducit, cum quibus pertransit *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 68. ex conclusione, de qua *supra num.* 37. *Vermigl. cons.* 433. *num.* 22. post hæc scripta visus.

41 Indicia autem remota, quale est indicium minarum, probari debet per testes idoneos, & omni exceptione maiores nulla laborantes suspicione, vel macula *Bald. in l. fin. sub num.* 9. *C. de prob. Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 91. *sub num.* 5. *et* 6. *Caball. casu* 200. *num.* 141. *et seq. Farinac. de indic. et tort. quæst.* 37. *num.* 18. *&* 23. *et nu.* 31. vbi ampliat etiam in atrocissimis

mis *Guazzin. defen.* 30. *cap.* 31. *sub nu.* 3. benè *Ciriac. contro.* 106. *nu.* 44. *et seq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in criminibus occultis, & optimè declarat *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 22. alios adducens, vbi testatur de magis communi Doct. opinione, & dicit, non esse curandum de doctrina *Merli. & aliorum*, qui eum sequuntur, cum in materia torturæ, quæ res periculosissima est, & grauissimi præiudicii, non sint laxandæ habenæ, vt ibi per eum *Vermiglio. cons.* 60 *num.* 20.

Secundò principaliter nullum adminiculum desumi potest contra Inquisitū ex dictis minis, quia, omisso, quod indicium minarum fallax est, vt dicit *Rauden. de analog. cap.* 31. *num.* 24. quem refert, & sequitur *Giurb. cons. crim.* 91. *nu.* 37.

42 quia, siquam, † indicium ex minis implicitam habet qualitatem, si prolatæ sint ab eo, qui malæ vitæ, & famæ sit, ac solitus illas exequi. *Pegner. decis. crim.* 17. *nu.* 11. *Farina. de indic. & tortur. quæst.* 50. *num.* 9. *& seq. & cons.* 22. *num.* 9. *& seq. & cons.* 130. *n.* 33 *lib.* 2. *Eugen. cons.* 76. *nu.* 77. *Caph. cons.* 424. *nu.* 50. *lib.* 4. *Hond. cons.* 107. *num.* 47. *lib.* 1. *& cons.* 87. *n.* 211. *lib.* 2. vbi testatur de communi opinione, *Giurb. cons. crim.* 91. *nu.* 36. *& cons.* 97. *n.* 12. *Ciriac. contro.* 106. *num.* 75. *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 96. de quibus qualitatibus non solùm non constat pro parte Fisci, imò apparet de contrario, nempè Franciscum carceratum esse virum bonæ conditionis, & famæ, & non solitum aliquem offendere, vt deponunt testes defensivi *super* 8. *art.*

43 Minæ enim probatæ ex iracundia, vel indignatione in consideratione non habentur *Castill. decis. Sicil.* 173. *num.* 2. *& seq.* quem referendo sequitur *Caren. d. tit.* 10. *num.* 97. *in fin.* cum aliqua quandoque proferri soleant verba, quæ tamen non exequuntur ad tex. in *l. famosi* 7. *ff. ad leg. iul. Maiest. Mascar. de prob. conclus.* 98. *num.* 7. *lib.* 1. *Menoch. de præsump. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 59. *& seq.* Farinac. *cons.* 13. *num.* 10. *lib.* 2. *Giurb. d. cons.* 91. *num.* 36. *in fin.*

Neque in aliquo venit attendēda depositio D. Luciæ Iosephi deponentis, quod duo homines personati veniebant versus domū Antonij vulnerati ex parte domus dicti Inquisiti, ex duobus, & primò, quia D. Lucia est inimica Inquisiti, consanguinea Antonij offensi, & illius famula salariata vt probatum est *supra num.* 34. *& seq.* & ideò, cum tot patiatur defectus, omninò reijcitur a testificando, vt tradunt *Farinac. Ciriac. Cancer. D. Andreol. & Rota in loc. relatis supra num.* 37. maximè cum indicia remota probari debeant per duos testes, & illos omni exceptione maiores, vt probavi *supra num.* 41. *& seq.* secundò, quia non sequitur, duo homines personati veniebant ex parte domus Francisci, ergò veniebant ex domo illius, cum potuerint venire aliundè, indicia autem, & adminicula non eliciuntur ex actibus æquiuocis, & dubijs, & qui diuersimodè accidere possunt, vt ex *Vulpell. Farinac. Ciriac. D. Andreol. & Guazzin. probavi supra nu.* 27. quæ breuitatis studio non repeto, addo *Vermiglio. cons.* 117. *num.* 4.

Prætensa verò mendacia dicti Carcerati non nocent, primò, quia illa non probantur, nisi per vnum testem, primum nempè ex depositione Seuerini Pelegrini, secundum autem ex depo-

44 sitione D. Luciæ sororis Inquisiti, † mendacia autem probari debent per duos testes, vel per propriā confessionem, cum sint indicia remota *Bossi. in prac. in tit. de indic. & consid. ante tortu. num.* 37. *Thob. Noni. cons.* 69. *num.* 22. *Bertaz. cons.* 60. *num.* 8. *lib.* 1. vbi testatur de communi opinione, quos sequitur referendo *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 52. *num.* 13. *Vermiglio. cons.* 25. *num.* 8.

45 Secundò, quia illa non sunt circa substantiam delicti, quid enim refert an Inquisitus reliquerit claues eius stabuli, vt dicitur *nella greppia*, vel retro ostium, & an discesserit è domibus ante occasum Solis, vel ante sonum Aue Mariæ? vt declarat *Farina. in d. quæst.* 52. *n.* 12. & notat post eum *Hond. cons.* 102. *n.* 79. *vol.* 1. *Giurb. cons. crim.* 87. *num.* 7. *& seq. et Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 98. *Vermigli. d. cons.* 25. *num.* 9.

46 Postremò, quia si d. Carceratus prædicta fassus fuisset, ei illa nō nocuissent, vt Excellentiss. DD. mei Iudices causæ benè arbitrari possunt, vndè ei id non nocet in aliquo *Farina. d. quæst.* 52. *num.* 14. *Hond. d. cons.* 102. *num.* 78. *Giurb. d. cons.* 87. *num.* 8. alios adducens *Vermiglio. d. cons.* 25. *num.* 7.

Omnem autem auferunt dubitationem depositiones DD. Lauræ, Tisbæ, & Luciæ vxoris, matris, & sororis respectiuè d. Inquisiti testium Fisci, clarè attestantium, illum dicto delicto vulnerū, & furti non interfuisse, vt ex illarum depositio-

47 nibus est videre, † quæ contra Fiscum inducentem plenè probant innocentiam d. Inquisiti, vt tradunt *Farinac. de testi. quæst.* 62. *num.* 211. *& seq.* & præsertim 237. alios adducens *Surd. cons.* 217. *num.* 21. *vol.* 2. *Guazzin. ad defens. reo. defen.* 33. *cap.* 14. *nu.* 11. *Giurb. cons. crim.* 84. *num.* 10. & alij adducti *supra num.* 26. quæ conclusio, si habet locum in vnico teste, in quibus terminis loquuntur Doctor. supradicti, eò magis locum habere debet in casu nostro, in quo tres testes Fisci deponunt de innocentia d. Inquisiti, meritò &c.

Et si tamen aliqua videretur Excellentissimis DD. meis remanere dubietas, quod non credo, per supradicta, ponitur tamen in tuto absolutio

48 Francisci carcerati, † cum in dubio iudicandū sit,

sit, indicia non esse sufficientia ad torturam. *Bossi. in pract. in tit. de indic. nu. 72. Caball. casu 200, nu. 145. Guazzin. ad defen. reo. defen. 29. cap. 2. num. 4. Ciriac. contro. 100. nu. 55.* cum Iudex in arbitrandis indicijs sequi debeat equitatem, & inclinare in mitiorem partem *Farinac. de indic. & tortu. quaest. 37. n. 195. & seq. Ciriac. d. contro. 106. nu. 54.* qui alios adducunt concordantes.

19 Maximè stāte bona fama Inquisiti, quæ operatur, vt ab eo remoueatur omnis suspicio delicti *Bald. in l. 2. C. de fals. Hond. cons. 87. nu. 176. lib. 2. Ciriac. contro. 150. num. 50.*

Quare &c. Saluo &c.

Franciscus prædictus fuit absolutus, præcedente leuissima tortura per spatiũ octauæ partis vnius horæ in Ciuitate Enguby per Excellentissimos DD. Frãciscum Sperandeum Fanensem Prætorem, & Ludouicum Maucinum Locumtenentem d. Ciuitatis Iudices Delegatos de anno 1638. Laus Deo, & Virgini Deipara etc.

A R G V M E N T V M.

Consanguineus occidens eum, qui iniuriam intulit cõsanguineo, an præsumatur occidisse de mãdato cõsanguinei, præcipuè quando cõsanguineus potuit occidisse ex causa propria. Inimicitia quando faciat indicium ad torturam. Allocutio cum homicida an pariter faciat indicium, & quid de mendacio, & fuga. Fama publica quando sit sufficiens ad torturam, & de alijs indicijs. Præsumptiones pro reo quando tollant præsumptiones Fisci.

S V M M A R I V M.

1 *Accusatore non probante, reus est absoluendus.*
Cum dicatur docuisse præsũptiuè de sua innocentia. num. 2.

3 *Reus nihil tenetur probare pro parte sua, sed ei sufficit delictum negare.*

4 *Consanguineus occidens iniuriantẽ consanguineũ, non præsumitur de eius mandato fecisse.*

5 *Mandatum in delictis non præsumitur.*

6 *Delictum non præsumitur.*

7 *Iniuria facta consanguineo censetur facta omnibus consanguineis.*

8 *Occidere quis præsumitur ex causa propria, si de illa constet, non autem de mandato alterius.*

9 *Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniuriosis grauibus.*

10 *Indicia debent esse clara, certa, vrgentia, & probabilia.*
Non autem leuia, æquiuoca, dubia, & quæ multipliciter intelligi possunt. num. 11.

12 *Inimicitia, vt faciat indiciũ, debet esse capitalis.*

13 *Homicidia non solent committi sinè causa graui.*

14 *Mandatum ad homicidium nõ præsumitur, quando offensa non est talis, vt mereatur mortem.*

15 *Inimicitia est indicium remotum, & ideò est probanda per duos testes.*

16 *Inimicitia non facit indicium, quando est sequuta pax.*
Procedit, si pax est antiqua, secùs si de recenti. num. 17.
Quod tamen non habet locum, quando sequuti sunt actus amicabiles. num. 18.

19 *Inimicitia non facit indicium, quando constat de certo delinquente, qui potuit fecisse ex causa propria.*
Ita vt non possit tunc deueniri ad torturam contra alios inimicos occisi. num. 20.

21 *Torturæ vt sit locus contra inimicos occisi quãdo constat de certo deliquente, indicia debent esse particularia de instigatione, vel mandato, & generalia non sufficiunt.*

22 *Testis inimicus non probat.*

23 *Allocutio, vt faciat indicium, debet esse secreta.*

24 *Allocutio vt faciat indicium ad torturam, plura concurrere debent.*

25 *Allocutio est indicium remotum, & ideò nõ probatur per vnicum testem.*

26 *Indicium remotum probari debet per duos testes.*

27 *Indiciũ sumi non potest ex his, quæ stare possunt sinè delicto.*
Neque ex actu, qui multipliciter intelligi potest. num. 28.

29 *Indicium ad torturam desumi non potest ex actu bono.*

30 *Mendacium est indicium remotum, & ideò probari debet per duos testes.*

31 *Mendacium non facit indicium, quando non est circa substantialia delicti.*

32 *Mendacium non facit indicium, quando, si reus illud fassus fuisset, ei non nocuisset.*

33 *Indicia non sumuntur ex actu remoto a delicto.*

34 *Fugæ indicium tollitur per spontaneam compareitionem.*

35 *Nemo tenetur alterum accusare præter quàm in causa hæresis.*

36 *Timor offensionis excusat a denũciando etiam in causa hæresis.*

37 *Indicia non desumuntur ex ijs, quæ stare possunt sinè delicto.*

38 *Denuncians maleficium Curiæ reddit se de illo suspectum.*

39 *Fama vt dicatur probata, testes de illa deponentes esse debent omni exseptione maiores.*

40 *Fama non probatur per testem asserentem, audiuisse a duabus, vel tribus personis.*

41 *Mulier non est testis omni exceptione maior.*

42 *Fama vt afficiat, constare debet, habuisse originem*

nem tempore commissi delicti.

43 *Fama præsumitur habuisse ortum post incohatũ processum;*

44 *Fama non facit indicium ad torturam, aliĳs non concurrentibus.*

45 *Fama pro non delicto tollit famam pro delicto existentem.*

46 *Fama negatina ad fauorem rei præfertur affirmatina ad fauorem Fisci.*

47 *Fama bona diminuit indicia contra reum existentia.*

Et remouet omnem dolosam suspicionem. num. 48.

49 *Comparitio spontanea magnum est innocentiæ signum.*

50 *Testes deponentes per verbũ* (credo) *probant fauore defensionis.*

51 *Præsumptiones pro reo tollunt præsumptiones Fisci.*

Quod procedit non solùm quando præsumptiones pro reo sunt plures, sed etiam quando sunt pares. num. 52.

ALLEGATIO LXXXXIV.

EXcellentissime Domine. Benedictus q.Marii Monaci de Villa Clasernæ Territorii Terræ Cãtiani inquisitus de mandato ad homicidium commissum in personã Io. Baptistæ fratris est in manifesto casu absolutionis, cum ex processu contra eum fabricato nullo modo appareat probata intentio Fisci, vndè

1 intrat vulgatum illud pronunciatum, † quod, accusatore non probante, reus est absoluendus *l. qui accusare 4.C. de eden.* quod exornant *Clar. in prac. §. fin.quæst. 62. in prin. Barbo. axiom. 7. in prin. Guazzi. ad defen. reorũ defen. 29. cap. 1. num. 6. & Farinac. in frag. crim. litera A. n. 26.*

2 Quando enim Fiscus, vel accusator nihil probauit, reus dicitur docuisse pręsumptiuè de eius innocentia *Caph. cons. 86. num. 32. vol. 1.* quem referendo sequitur *Mascar. de prob. concl. ta 31. num. 29. lib. 3. Barbo. d. axiom. 7. num. 1. in fin. Farinac. d. litera A. fragm. crim. n. 27.*

3 Cum reus nihil teneatur probare pro parte sua, sed ei sufficiat simpliciter negare delictum, *Mascar. de prob. concl. 36. num. 5. & seq. vol. 1. Gargiar. Iun. cons. 37. num. 2. lib. 2. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 93. num. 3. vers. si sumus in secundo in fin. Guazzi. d. defen. 29. cap. 1. num. 6.*

Quod verò Inquisitus sit in casu manifesto absolutionis, cum ex processu nihil sit probatũ, quod ipsum afficiat, apertè demõstratur ex illa com-

4 muni conclusione, † quod consanguineus occidens eum, qui iniuriam intulit cõsanguineo, non pręsumitur fecisse de mandato eius, qui iniuriã recepit, vt tradunt *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 47.* vbi testatur de communi opinione, *Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 27. num. 1. & seq. Mascar. de prob. concl. 1005. num. 36. & concl. 1014. num. 2. vol. 2. Vulpell. cons. crim. 60. num. 3. & concl. 61. nu. 11.* vbi testatur de magis cõmuni Doct. opinione, *Enge. cons. 60. num. 45. lib. 1. Hond. cons. 93. n. 12. & cons. 96. n. 39. lib. 2.* latè *Farina. de consult. & mand. quæst. 134. nu. 67.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, *Guazzin. ad defen. reo. defen 32. cap. 30. nu. 4.* benè *Giurb. cons. crim. 91. nu. 17. & seq.* latè comprobans, *D. Andreol. contro. 149. num. 3.* quibus addo *Ciriac. contro. 106. num. 27. & contro. 150. num. 54. & seq.*

5 Mandatum enim in delictis non præsumitur *Eugen. d. cons. 60. num. 43. Hond. d. cons. 96. num. 38. Farina. d. quæst. 134. nu. 68. Guazzi. d. cap. 30. num. 1. & seq. Giurb. d. cons. 91. num. 17.* vbi plenè *D. Andreol. d. contro. 149. n. 3.* qui alios adducunt, *Vermiglio. cons. crim. 171. num. 14.*

6 Et ratio est, non solùm quia delictum non pręsumitur *l. meritò 51. ff. pro soc. l. prætor ait. 4. §. docere ff. de vi bon. rapt. cap. estote 2. de reg. iur.* & latè comprobat *Farina. de pœn. temp. quæst. 85. n. 1. & seq.* & post eum *Barbo. axiom. 68. num. 14. & Ciriac. contro. 255. num. 25. & contro. 318. num. 8.*

7 Sed etiã, quia iniuria facta vni ex cõsanguineis cẽsetur facta etiam alteri consanguineo, qui ideò irascitur propter d. iniuriam, licèt in eius personam non illatam *cap. Petrus 17. & ibi hoc not. Ancar. Butri. Felin. & aliĳ Canon. de homic.* & tradunt *Farinac. d. quæst. 134. num. 69. & de indic. & tortu. quæst. 49. nu. 32. Hond. cons. 102. num. 64. vol. 1. & cons. 88. nu. 25. lib. 2. Baiar. ad Clar. in prac. §. iniuria num. 37.* latè *Giurba cons. crim. 61. num. 13. Pascal. de patr. potes. par. 1. cap. 10. num. 16.*

Quod quidem habeo pro certissimo in casu nostro, in quo non solùm non constat de aliqua iniuria facta per occisum Inquisito, sed cum homicidę ex verbis contumeliosis publicè per occisum contra eos prolatis, vt deponunt omnes testes defensiui *super 8. articulo* habuerint occasionẽ

8 occidendi ex causa propria, † ex illa præsumitur ipsos fuisse motos ad occidendum, & ad propriã vindictam, non autem ex mandato, vel instigatione alterius, vt not. *Eugen. cons. 27. nu. 32. & seq. & cons. 76. nu. 36. & seq. lib. 1. Decia. cons. 67. num. 11. & cons. 115. num. 15. lib. 3. Hond. cons. 87. n. 74. & seq. & cons. 93. num. 22. & cons. 96. num. 65. vol. 2.* alios adducens concordantes *Farinac. de indic. & tortu. quæst. 49. num. 119. Ciriac. contro. 106. n. 22. & seq. & contro. 150. num. 5. & seq. & n. 55.*

latè *Giurb. conf. crim.* 91. *num.* 27. *Guazz. ad defen. reo. defen.* 4. *cap. vlt. num.* 21. *versic. ac etiam &c. D. Andreol. contro.* 149. *num.* 6. alios pariter referens ita sententes *Vermiglio. conf. crim.* 90. *num.* 7.

9 Ex verbis autem iniuriosis, maximè grauibus, vt in casu nostro, oriri inimicitiam capitalem, tenent communiter Doct. vt post *Bald. Marsil. Blanc. Alberi. Campegi Carrer. Foller.* Gram. *Gigan. Meren.* Rol. *Gomez, Plac. Mascar. Ludo. Bertaz. Menoch. Decia. & Baiard.* per eum relatos tradit *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 49. *num.* 38. *& seq.* vbi testatur de communi opinione, benè *Giurb. conf. crim.* 17. *num.* 5. alios adducens, & ideò cum homicidæ prædicti dicantur habuisse occasionem delinquẽdi ex causa propria, non præsumitur de alterius mandato, seù instigatione fecisse, vt tradunt Doct. supradicti.

Neque ex parte Fisci aliquod potest fieri fundamentum super indicijs, seù præsumptionibus epilogatis in contestatione litis dicto Inquisito facta, cum ita leuia sint, vt ei non noceant, sed
10 absolutionem expectent, † cum indicia esse debeant grauia, clara, certa, vrgentia, probabilia, & inferentia ad delictum *l.* 1. *ff. de quæst. l. milites* 8. *§. oportet C. eod. tit. Farina. de indic. & tortu. quæst.* 36. *num.* 33. *& quæst.* 37. *nu.* 6. vbi dicit, quod non debent esse dubia, & quæ multipliciter intelligi possunt *Ciriac. contr.* 106. *num.* 35. *& seq. Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 184. benè *Guazzi. ad defen. reor. defen.* 30. *cap.* 4. *num.* 3. *versic. quæ indicia &c. D. Andreol. contro.* 149. *num.* 8.

11 Non autem debeant esse leuia, æquiuoca, dubia, & quæ multipliciter intelligi possunt, cum ex his, quæ ex accidenti contingere possunt, non oriatur indicium *Thob. Noni. conf.* 101. *n.* 1. *& seq.* Mazzol. *conf.* 87. *num.* 89. *Farinac. conf.* 37. *num.* 20. *& conf.* 56. *num.* 14. quos referendo sequitur *Guazzin. d. defen.* 30. *cap.* 4. *nu.* 5. *versic. quæ indicia &c.* Farina. *d. quæst.* 37. *n.* 3. *& seq. D. Andreol. d. contro.* 149. *num.* 8. alios adducens concordantes. *Vermiglio. conf.* 60. *num.* 23. *& conf.* 72. *num.* 12.

Non obstat igitur primum indicium desumptum ex inimicitia existente inter Inquisitum, & Io.
12 Baptistã occisum ex pluribus, & primò, † quia inimicitia, vt faciat indicium mandati ad occidendum, debet esse capitalis, non autem leuis *Vulpell. conf. crim.* 5. *num.* 2. *& seq. Hond. conf.* 107. *num.* 39. *& seq. vol.* 1. *& conf.* 87. *num.* 90. *in fin. lib.* 2. *Pegner. decis.* 17. *sub num.* 8. *Mascar. de prob. concl.* 901. *num.* 3. *vol.* 2. latè *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 49. *num.* 101. *Giurb. conf. crim.* 51. *num.* 7. *& conf.* 91. *n.* 20. *Clar. in prac. §. fin. quæst.* 21. *versic. inimicitia &c. & ibi Baiar. num.* 119. *Ant. Gomez. var. resol. tom.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 11. *Caren. var. resol.* 122. *num.* 5.

De leui enim inimicitia leges non curant, nec illã habent in consideratione *Decia. tract. crimin. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 86. *Hond. dict. conf.* 107. *num.* 38. *& seq. vol.* 1. *& d. conf.* 87. *n.* 50. *vol.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 51. *& seq.* lateque comprobat *Farinac. d. quæst.* 49. *num.* 101. & post eum *Giurb. d. conf. crim.* 51. *num.* 7. *& seq. Vermigl. conf.* 15. *n.* 14. *& conf.* 27. *num.* 12.

13 Cum homicidia non soleant committi sinè causa graui, vt tradit *Hond. d. conf.* 87. *num.* 90. alios adducens ita sentientes, nec non *Bertaz. conf. crim.* 85. *num.* 19. *& seq. & Giurb. consil. crim.* 46. *num.* 28. *& conf.* 91. *nu.* 21. qui alios adducunt *Vermiglio. conf.* 25. *num.* 3. & causa non solùm debet esse grauis, sed debet etiam respondere offensæ factæ, vt probat *Hond. dict. conf.* 87. *num.* 89. *& seq. Giurb. dict. conf.* 91. *num.* 21. *& Guazzin. ad defen. reor. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 6. qui alios recensent ita sentientes *Vermiglio. d. conf.* 25. *num.* 3. *& conf.* 20. *n.* 20.

14 Et in terminis, quod quando offensa non est talis, vt mereatur mortem, non sit præsumendũ mandatum ad homicidiũ, voluerunt *Bero. quæst.* 10. *nu.* 6. *& seq. Decia. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 34. *num.* 18. & alij plures, quos refert, & sequitur *Hond. d. conf.* 87. *nu.* 91. vbi dicit, ad cognoscendum, an aliquis mandauerit committi homicidium, attendi debere qualitatem iniuriæ præcedentis, *Vulpell. conf. crim.* 62. *num.* 6. *Baiar. ad Clar. §. fin. quæst.* 89. *num.* 19. *& seq Farinac. de consule. & mand. quæst.* 134. *n.* 50. *& Giurb. conf. crim.* 46. *num.* 28. qui alios referunt ita sentientes.

In casu verò, de quo agitur, non solùm non constat de aliqua offensa sequuta inter Inquisitum, & occisum, vt dixi, sed solùm constat de aliqua leuissima inimicitia, seù de aliqua mala satisfactione, vt vtar verbis testium de illa deponentium, quæ non potest dici inimicitia, vel dicitur ita leuis, vt ex ea nulla mala suspicio contra Inquisitum elici valeat, vt tradunt Doct. supra proximè adducti.

Neque contrarium suadet depositio Pauli Guerrerij *fol.* 16. deponẽtis de inimicitia graui, quia contrarium deponunt omnes testes Fisci: secun-
15 dò, quia † inimicitia est indicium remotum, *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 49. *num.* 102. & ideò debet probari per duos testes. *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 18. *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst.* 22. *in prin.* vbi testatur de cõmuni opinione, *Mascar. de prob. concl* 895. *num.* 2. *& seq. lib.* 2. *Bertaz. conf. crim.* 251. *num.* 33. *lib.* 2. *Eugen. conf.* 63. *num.* 54. vbi testatur pariter de communi opinione *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 37. *n.* 13. *& seq. Guazzin.*

ad defen.

ad defen. reo. defen. 30. *cap.* 31. *in princ.*

16 Secundò, quia cum inter Inquisitum, & occisum sequuta fuerit pax, de qua in processu, ex inimicitia nullum desumi valet indicium contra eum *Rolan. cons.* 24. *num.* 31. *lib.* 1. *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 14. vbi testatur de communi opinione, *Mascar. de prob. concl.* 857. *num.* 48. *& concl.* 899. *num.* 10. *lib.* 2. vbi pariter testatur de communi, *Eugen. cons.* 27. *num.* 31. *lib.* 1. *Hond. cons.* 87. *num.* 101. *vol.* 2. *Farin. de indic. & tortu. quæst.* 49. *n.* 109. qui pariter testatur de communi, *& in tract. de testi. quæst.* 53. *n.* 58. alios adducens ita sentientes, Guazzi. *de pace par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 2. *& ad defen. reo. defen.* 28. *cap.* 1. *n.* 16. *Vermiglio. cons.* 33. *n.* 16. Rube. *de testam. quæst.* 5. *num.* 234.

17 Quibus non nocet, quod prædicta vera sunt quando reconciliatio, & pax est antiqua, secùs tamen, si sit de recenti, vt in casu nostro, cum offensus de recenti reconciliatus præsumatur adhuc iratus, & quod velit nocendo se vlcisci, vt post *Carre. Plot. Blan. Folle. Petr. de Vbal. & Meren.* per eum relatos not. *Farin. d. quæst.* 49. *num.* 110. vbi testatur de communi opinione, *& Guazzin. d. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 17. *Paul. Rube. vbi supra, nu.* 235. quod tamen non placet *P. Grasset. in Auato. necis. prodit. §.* 13. *num.* 13.

Quia inter Inquisitum, & Io. Baptistam occisum, vltra pacem inter eos sequutam, interuenerunt etiam quamplures actus amicabiles, nempè simultanea conuersatio, cohabitatio, & conuictus ad vnum panem, & vnam mensam, vt probãt te-
18 stes defensiui *super* 2. *&* 3. *art.*, † quo casu dicitur extinctus omnis affectus inimicitiæ, & pax, seù reconciliatio etiam de recenti facta operatur, ac si esset antiqua, vt post R*im. Iun. cons.* 88. *n.* 13. *vol.* 1. per eum relatum declarat *Guazzi. d. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 17. *& in tract. de pace par.* 1. *quæst.* 9. *n.* 8. & post eum *Cirias. contro.* 150. *num.* 36. benè *Eugen. cons.* 76. *num.* 69. *& seq. lib.* 1.

19 Non nocet postremò prætensa inimicitia, † quia cum ex processu appareat de certis delinquentibus, qui homicidium prædictum committere potuerunt ex causa propria, & ex propria inimicitia cum occiso contracta, vt supra probaui, tunc non præsumitur contra alios inimicos, seù de illorum mandato, vel instigatione fecisse, sed potiùs homicidium fuisse commissum ex causa propria, & ex proprio odio, & ex propria inimicitia *arg. l. & magis* 4. *ff. de solut.* & tradunt *Eugen. cons.* 27. *nu.* 32. *& seq. & cons.* 76. *num.* 36. *& seq. lib.* 1. *Hond. cons.* 87. *num.* 74. *et seq. et cons.* 93. *nu.* 22. *et cons.* 96. *num.* 25. *lib.* 2. Farinac. *de indic. et tortur. quæst.* 49. *num.* 119. *Ciriac. contro.* 106. *nu.* 22. *et seq. et contro.* 150. *num.* 5. *et seq. et num.* 55 *Giurb. cons. crim.* 91. *n.* 27. *Guazzin. ad defen. reor. defen.* 4. *cap. vlt. num.* 28. *vers. ac etiam etc. D. Andreol. contro.* 149. *n.* 6. *et Vermiglio. cons. crim.* 90. *num.* 7. qui alios quamplures adducunt ita sentientes.

20 Ita vt, quando constat de certo delinquente, vt in casu nostro, non possit deueniri ad torturam contra alios inimicos occisi, licèt contra eos adessent indicia in genere eos aggrauantes de homicidio, vt, puta, inimicitia, vel sola, vel cum adminiculis, non tamen proximis, quæ in casu nostro non adsunt, vt not. *Eugen. d. cons.* 27. *n.* 33. *et cons.* 76. *n.* 36. *lib.* 1. *Farinac. de inquis. quæst.* 3. *sub n.* 5. *vers. non obstat etc. et de indic. et tort. quæst.* 43. *num.* 52. *et seq. et num.* 110. *et quæst.* 49. *num.* 119. *et cons.* 138. *sub num.* 25. *vol.* 2. *Ciriac. d. contro.* 106. *num* 25. *et seq. Guazzin. ad defen. reor. defen.* 4. *cap. vlt. nu.* 28. *vers. ac etiam etc. Simon de Prat. cons.* 15. *n.* 56. *et seq.* quem referendo sequitur *D. Andreol. d. contro.* 149 *num.* 5. *in fin.*

21 Et ratio est manifesta, quia quando constat de certo delinquente, vt sit locus torturæ contra alios inimicos occisi, non sufficiunt contra eos indicia generalia, sed requiruntur indicia particularia de participatione, tractatu, vel mandato, quia cum in dicto casu Fiscus eos inquirat vti participes, vel mandantes, & non vti principales authores delicti, si vult eos torquere, necessè est, quod indicia respiciant ipsum participationem, tractatum, vel mandatum, & quod illa sint talia, ita vt verè, vel præsumptiuè apparere faciant de corpore tractatus, vel participationis, vt declarant *Eugen. d. cons.* 27. *nu.* 32. *et seq. et d. cons.* 76. *num.* 36. *et seq. Ciriac. d. contro.* 106. *num.* 33. *et seq. Simon de Prat. d. cons.* 15. *n.* 56. *et seq. et D. Andreol. d. contro.* 149. *num.* 5. *in fin.* quæ quidem indicia particularia nullo modo adsunt in casu nostro, vt ex processu clarè est videre.

Non obstat secundùm indiciũ desumptũ pro parte Fisci ex allocutione facta per Inquisitum per diem ante sequutum homicidium cũ vno ex homicidis, ex duobus, & primò, quia hoc non probatur, nisi per depositionem Octauiani q. Antonij de Claserta, qui non solùm est vnicus, verùm etiã est inimicus, & maleuolus Inquisiti, vt
22 probant testes defensiui super 7. *articulo*, † testis autem inimicus nullam facit probationem *l.* 3. *ff. de testi. l. si quis* 13. *C. eod. tit. cap. repellantur* 7. *cap. cum oporteat* 19. *de accus.* & latè comprobat *Farinac. de testib. quæst.* 53. *num.* 3. 20. 21. 23. 24. *& seq. Hond. cons.* 100. *num.* 26. *et* 27. *vol.* 1. *Giurba cons. crim.* 72. *n.* 55. *Carena de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 3. *et seq. Vermiglio. cons. crim.* 159. *nu.* 7. *et cons.* 290. *n.* 5. vbi de teste inimico, maleuolo, vel odioso, vt in casu nostro.

23 Secundò, quia non constat de aliqua secreta
allocutione, sed de sermone ordinario, vt de-
ponit idemmet Octauianus in suis repetitioni-
bus, quæ non facit indicium ad torturam, vt
post Farinac. de consult. & mand. quæst. 134.
num. 58. & seq. & alios per eum adductos tra-
dit Ciriac. contro. 106. num. 80. & Vermiglio.
cons. crim. 61. num. 12. Engen. cons. 27. num.
38. lib. 1. maximè cum sit facta in via publica,
ex quo omnis sinistra suspicio tollitur Hond.
cons. 87. num. 14. lib. 2. Farinac. cons. 147. n. 8.
vol. 2. & d. quæst. 134. nu. 61. benè Vermigl.
cons. crim. 83. num. 11. & ante eos Engen. dict.
cons. 27. num. 38. et seq.

Homines enim præsumuntur loqui de re licita Fa-
rinac. d. quæst. 134. num. 60. Vermiglio. cons.
crim. 43. num. 8. et cons. 46. num. 16. et cons.
68. num. 18. et cons. 83. num. 9. qui alios ad-
ducunt.

24 Maximè cum plura concurrere debeant, vt
allocutio faciat indicium, nempè quod sit se-
creta, quod præcedat inimicitia capitalis, & de-
lictum sit in continenti sequutum Farinac. dict.
quæst. 134. num. 60. et cons. 37. num. 23. et 24.
et cons. 102. num. 29. et ibi Adden. et cons. 147.
num. 9. Ciriac. d. contro. 106. num. 82. et seq.
Vermiglio. cons. crim. 61. num. 12. quæ non
concurrunt in casu nostro.

25 Addo prædictis, quod allocutio est indicium
remotum, & ideò non probatur per vnicum
testem Hond. cons. 96. n. 42. lib. 2. Farinac. cons.
37. n. 22. lib. 1. quos refert, & sequitur Vermi-
glio. cons. crim. 3. num. 28.

Tertium verò indicium desumptum ex eo, quod
Franciscus homicida fuerit in domo Inquisiti
tempore mortis Marij Patris, illum in nihilo of-
fendit ex duobus, & primò, quia de illo depo-
26 nit tantùm Mater Inquisiti, † dictum autem
indicium, seù adminiculum, vti remotum val-
dè a delicto, probari debet per duos testes, vt
afficiat Osasch. decis. Pedem. 79. nu. 14. & seq.
Hond. cons. 96. n. 42. lib. 2. etiam in atrocissimis
Farinac. cons. 22. num. 7. lib. 1. & cons. 192.
nu. 23. lib. 2. Caball. resol. crim. 200. nu. 129.
cent. 2. Vermiglio. cons. crim. 33. num. 27. &
cons. 131. in prin. & cons. 331. nu. 9. & cons.
382. num. 9. & seq.

Secundò, quia ex accessione ad domum Inquisiti
facta per Franciscum homicidam per aliquot
dies ante delictum sequutum ad se condolendū
de morte Patris Inquisiti, nullum potest desumi
indicium quo ad mandatum, vel instigationem
27 ad delinquendum, † cum ex his, quæ tanquam
accidentia stare possunt sinè delicto, indicium
nō oriatur Vulpell. cons. crim. 97. n. 3. Franc.
Becci. cons. 85. nu. 1. in fin. lib. 1. Farin. de indic.
& tortu. quæst. 37. nu. 7. Vermiglio. cons. crim.
325. n. 7. & cons. 332. n. 10. prout neque ori-
tur ex æquiuocis Brun. de indic. par. 1. quæst. 12.
in prin. Marsil. cons. 49. num. 38. quos refert, &
28 sequitur Vermiglio. cons. crim. 117. nu. 4. † &
ex actu, qui multipliciter intelligi potest Thob.
Noni. cons. 101. num. 1. & 5. Mazzol. cons. 87.
num. 89. Farinac. cons. 37. nu. 20. & cons. 56.
num. 14. quos refert, & sequitur Guazzi. ad
defen. reo. defen. 30. cap. 4. nu. 5. Ciriac. contro.
106. num. 35. et seq. D. Andreol. contro. 149.
num. 8. qui alios adducunt concordantes.

Quibus eò magis locus esse debet, cum accessus ad
consolandum mærentes, & afflictos sit actus de
sui natura bonus, cum numeretur inter septem
29 opera misericordiæ, † ex actu autem bono non
potest desumi indicium ad torturam, quia sicut
bonum non præsumitur in malo, ita nec è con-
tra malum de bono cap. non nulli in fin. 46. dist.
Spec. in tit. de præsump. §. species n. 10. Mascar.
de prob. concl. 223. num. 3. & seq. lib. 1. Me-
noch. cons. 283. num. 5. & seq. lib. 3. quos re-
fert, & sequitur Farina. de indic. & tortu. quæst.
37. num. 8.

Neque valet replicari, quod cum dictus accessus
ad eius domum fuerit per Inquisitum negatus
in suis constitutis, istud mendacium faciat in-
dicium contra eum ex pluribus, & primò, quia
30 † mendacium est indicium remotum, & ideò
debet probari per duos testes, vel per propriā
confessionem, vndè cum de contrario non de-
ponat nisi vnus testis, nempè Mater Inquisiti,
meritò illud non afficit Bossi. in prac. in tit. de
indic. et consid. ante tort. num. 37. Thobi. Noni.
cons. 69. num. 22. Bertaz. cons. 60. nu. 8. lib. 1.
vbi testatur de communi opinione, quos re-
fert, & sequitur Farinac. de indic. et tortu. quæst.
52. num. 13. Vermiglio. cons. 25. num 8.

31 Secundò, quia prætensum mendacium non
est circa substantialia delicti, vt patet, Farina.
d. quæst. 52. num. 12. Hond. cons. 102. num. 79.
vol. 1. Giurb. cons. crim. 87. n. 7. et seq. Cartu.
de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. n. 98. Vermiglio.
d. cons. 25. num. 9.

Vltimò, quia si Inquisitus prædictum accessum ad
domum fassus fuisset, ei non nocuisset, vt supra
32 probaui, † vndè illius negatio ei in aliquo non
potest nocere Farina. d. quæst. 52. n. 14. Hond.
d. cons. 102. num. 78. Giurb. d. cons. 87. nu. 8.
alios adducens Vermiglio. cons. 25. num. 7.

Quartum indicium, seù potiùs suspicio, desumptū
ex eo, quod Inquisitus non curauerit, cadauer
fratris occisi deferri ad propriam domum, sed
permiserit illud manere in loco homicidij cō-
missi, optimè remouetur ex eo, quia Curia Can-
tiani nō accessit ad faciendum Visum, & reper-
tum d. cadaueris, nisi die sequenti post com-
missum homicidium, quo perfecto, in continen-
ti illud delatum fuit ad Terram Cantiani ad ef-
fectum illud tradendi ecclesiasticæ sepulturæ,
vt clarè

vt clarè deponunt testes defensiui super 6. *articulo*, & sic Inquisito non fuit permissum illud amouere sinè licentia Iudicis, & ad propriam domum deferri facere, & ideò nulla culpa ei
33 imputari potest, † Indicium autem non oritur ex actu remoto a delicto *Farinac. de indic. & tortu. quæst. 52. n. 11. & seq. Hond. cons. 107. num. 49. lib. 1. Felic. allegat. 79. num. 9. par. 2. Vermiglio. cons. crim. 75. num 2.* Neque ex æquiuocis, quæ interpretantur pro non delicto *Brun. de indic. par. 1. quæst. 3. num. 12. Marsil. cons. 49. num. 38.* quos refert, & sequitur *Vermiglio. cons. crim. 17. num. 4.*

Maximè cum Inquisitus cadauer fratris occisi ad sepulturam delatum associauerit, funus ei curauerit, exequias, & Missas pro eo celebrari fecerit, subministrando de proprio omnia ad id necessaria, ostendendoque magna mæroris, & displicentiæ signa, vt deponunt omnes testes defensiui super 4. *articulo*.

Quintum indicium desumptum ex fuga Inquisiti
34 parui est momenti, † cum illud remanserit sublatum per spontaneam ipsius constitutionem in carceribus, vt post *Bart. Capol. Pute. Brun. Bologn. Gram. Nouell. Corrad. Clar. Villalo. Viui. Suar. Bonacos. Bertaz. Mascar. Menoch.* per eum relatos tradit *Farina. de indic. & tortu. quæst. 48. num. 48. & seq. Ciriac. contro. 150. nu. 43. et seq.* alios adducens concordantes, *Vermiglio. cons. crim. 3. n. 34. et cons. 30. num. 21. Giurb. cons. crim. 13. num. 22.*

Quintum indicium, seù suspicio, elicitum ex eo, quod Inquisitus non denunciauerit Curiæ, neque puniendos curauerit homicidas Io. Baptistæ fratris, in nihilo offendit ipsum Inquisitum, quia, omisso, quod ipse non tenebatur eos Cu-
35 riæ denunciare, † cum nemo teneatur accusare, præter quàm in causa hæresis, & læsæ Maiestatis, vt tradit Guazzi. *ad defen. reo. defen. 29. cap. 2. num. 26.* & post eum *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 2. tit. 9. nu. 1. & seq. Vermiglio. cons. 326. num. 5.* quia, inquam, Inquisitus id non fecit timens non offendi a dictis homicidis viris facinorosis, & solitis homines etiam ex leui causa occidere, vt patet ex processu, & ip-
36 semet Inquisitus asseruit in eius constitutis, † quod excusat a denunciando etiam in causa hæresis, quando non agitur de hæretico formali dogmatizante in perniciem Reipublicę, *Gennen. in prax. cap. 18. num. 8. Facundez in Præcept. decal. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31.* quos refert, & sequitur *Caren. in d. tit. 9. num. 34. versic. an*
37 *autē huiusmodi &c.* † Indicia autē non desumuntur ex ijs, quæ stare possunt sinè delicto *Vulpell. cons. crim. 97. num. 3. Farina. cons. 37. num. 20. lib. 1. et cons. 147. num. 39. lib. 2. Vermiglio. cons. crim. 196. in fin. et cons. 292. nu. 6.* neque ex actibus æquiuocis, vt tradunt *Brun. Marsil. et Vermiglio. in loc. relat. supra num. 33.*

38 Maximè cum denunciando sponte ante alios dictos delinquentes potuisset reddere se suspectum fortasse de dicto homicidio, vt post *Put. de Sindic. in verbo Tortura il 2. cap. 1. n. 4. Marsil. in prac. §. diligenter. nu. 150. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. nu. 14. & Carer. in prac. in 1. tract. de indic. & tortu. §. decimum quintū* per eum relatos tradit *Farinac. de ind. & tortu. quæst. 52. num. 94. meritò &c.*

Sextum indicium desumptum ex fama publica in nihilo venit attendendum ex pluribus, & primò, quia, omissis multis, quæ contra illā opponi possunt, de quibus latè habetur per *Farina. de indic. & tortu. quæst. 47. per tot.* vbi dicit, nullum vidisse processum, in quo fama esset legitimè probata, quod idem scripserunt ante eum *Gram. cons. 42. num. 8. & Vulpell. cons. crim. 4. num. 5. & sequen. & cons. 113. num. 7.* & ideò parùm illius esse fidendum, cum non reperiatur deterior testis, quàm fama, tradiderunt *Farinac. in d. quæst. 47. n. 164. et Caren de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. n. 64. et seq.* & facit illud *Poeta.*

Hæc est mendosa vulgata licentia famæ.

de quo *Costa. de re integr. distin. 5. in prin.* alia adducens ad propositum.

Primò, inquam, quia illa non fuit per testes legi-
39 timè probata, † fama enim vt afficiat testes de illa deponentes, debent esse omni exceptione maiores, vt post *Feli. Deci. Gand.* Rolan. *Cirill. Siman. Bertaz. Hyp.* Rimi. *Bursatt. Simon. de Prat. Mascard.* & alios plures ab eo relatos scripsit *Farina. de indic. et tortu. quæst. 47. num. 210.* & post eum *Gratia. discep. foren. cap. 310. n. 87. par. 2. et Costa de re integr. disti. 5. in prin.* ita vt non defuerint Doct. volentes, dictam qualitatem esse articulandam, & probandam, quos refert *Farinac. d. quæst. 47. n. 211.* & post eum *Costa de re integr. d. disti. 5. post prin.*

In casu verò nostro de fama deponunt duo tantū testes, videlicet D. Bertina, & Vincentius Cæsaris, nam Octauianus Antonij, & Paulus Guerrerij non deponunt de fama publica, sed tantùm de simplici auditu, non tamen publicè, nec aliquam personam nominando, a qua audierint.
40 † Vincentius autem Cæsaris in processu repetitiuo deponit, id dici audiuisse a duabus, vel tribus personis, & sic non probat famam, licèt priùs dixerit publicè audiuisse *Gratia. discep. foren. cap. 310. n. 84. par. 2. Adden. ad Greg. XV. decis. 273. num. 10. in fin.* & D. Bertina
41 est mulier, & sic non omni exceptione maior, iure Canonico præsertim inspecto *cap. mulierē 30. quæst. 5. Mascar. de prob. concl. 767. num. 1. lib. 2. et conclu. 1358. num. 50. lib. 2.* plenè *Farinac. de testi. quæst. 59. num. 1. et seq. Felic. allegat. 25. num. 16. par. 1.* benè *Giurb. cons. crim. 43. num. 5.* alios adducens concordantes,

Caren.

Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 14.
vbi dicit, quod ita omnea Doct. concludunt.

42 Secundò, quia fama, vt afficiat Inquisitum,
probari debet, habuisse originem tempore deli-
cti, non autem postea *Mercul. de negat. n.* 313.
Bursatt. cons. 20. *nu.* 27. quos refert, & sequitur
Caball. resol. crim. casu 200. *nu.* 133. cum quo
43 pertransit *Vermiglio. cons. crim.* 22. *in fin.* † cum
illa præsumatur orta in dubio post inchoatum
processum, si testes non specificent tempus ori-
ginis illius *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 47.
num. 173. *& seq. Caball. d. casu* 200. *num.* 132.
& seq. Vermiglio. cons. crim. 13. *nu.* 15. *et cons.*
119. *num.* 12. *et cons.* 228. *num.* 7.

44 Tertiò, quia fama, etiam si esset benè proba-
ta, cum vt plurimùm sit fallax, & ex dicto vnius
facile consueuerit sequi multitudo, non facit
indicium, alijs non concurrentibus, vt post *Feli.*
Alex. Ang. Marsil. Ias. Carrer. Blan. Brun. Cason.
Gram. Diaz. Duen. Nouel. Plot. Corrad. Crauc
Crot. Natt. Siman. Villalo. Foller. Maluat. Meren
Cran. Clar. Noni. Bertaz. Rimi. Bursatt. Muscar
Menoch. Eugen. Peguer. et alios per eum relatos
scribit *Farina. de indic. et tortu. quæst.* 47. *n.* 4.
et seq vbi hanc opinionem dicit veriorem, ma-
gis communem, & in practica seruatam, cum
quibus pertranseunt *Caball. var. resol. cent.* 2.
casu 200. *num.* 134. *Cirias. contro.* 150. *nu.* 49.
Vermiglio. cons. 207. *num.* 13.

Quartò, & hoc totaliter destruit d. indicium fa-
mæ, quia fuit probatū pro parte Inquisiti con-
trarium, & contrariam famam adfuisse in Villa
Clasernæ, videlicet dictos homicidas occidisse
Io. Baptistam ex propria causa, & priuato odio,
neque in alicuius gratiam, nec instigationem, &
præcipuè d. Inquisiti, vt clarè deponunt omnes
45 testes defensiui super vltimo articulo, † fama
autem pro non delicto tollit famam delicti, vt
post quamplures ab eo citatos probat *Farinac.*
d. quæst. 47. *num.* 168. & post eum *Surd. cons.*
373 *num.* 107. *vol.* 2. *Hond. cons.* 97. *num.* 39.
lib. 1. Rimi. *Iun. cons.* 174. *nu.* 23. *vol.* 2. benè
Guazzin. ad defen. reo. defen. 28. *cap.* 1. *n.* 18.
alios adducens concordantes, *Vermiglio. cons.*
46 *crim.* 27. *num.* 15. † & famam negatiuam ad
fauorem rei præferri affirmatiuæ, tradit idem
Vermiglio. cons. crim. 45. *num.* 13. *& cons.* 159.
num. 57. *& cons.* 381. *num.* 13. & ante eum
Farinac. cons. 78. *num.* 36. *& cons.* 79. *num.* 24.
cum vna fama tollat aliam *Rolan. cons.* 3. *num.*
58. *& seq. lib.* 1. & cum deponentes super bona
fama dicantur deponere super non delicto, &
ideò præferuntur, vt tradunt *Surd. Hond. et*
Guazzin. in loco proximè adduct. & cum fama
negatiua sit probata per plures testes, & ideò
præferenda *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 2. *n.* 5. *et seq.*
benè comprobans, & dicens, id esse verum, etiā
si probationes essent pares, vt ibi per eum.

Postremum indicium sumptū ex consanguinitate,
seù potiùs ex affinitate homicidæ nihil facit, cū
delictum commissum per consanguineum non
præsumatur commissum de mandato consan-
guinei, in cuius vtilitatem delictum resultabat,
vt supra probaui in prin. *ex Gomez. Menoch.*
Mascar. Vulpell. Eugen. Hond. Farina. Guazzi.
Giurb. D. Andreol. et Ciriac. in loc. ibi addu-
ctis, quæ breuitatis gratia non refero, quibus ad-
do *Vermiglio. cons. crim.* 119. *n.* 24. *et cons.* 120.
num. 6. *et num.* 16.

Ex quibus apparet manifestè, Inquisitum prædictū
esse in manifesto casu absolutionis, quod eò ma-
gis est dicendum stante illius bona fama formi-
47 ter, & in specie probata, † quæ indicia contra
reum existentia adeò diminuit, vt licèt aliàs es-
sent sufficientia ad torturam, ex eis nullo modo
torqueri possit, vt voluerunt *Rola. cons.* 3. *num.*
57. *lib.* 3. & post quamplures ab eo citatos etiā
de communi opinione attestantes *Hond. cons.*
100. *num.* 40. *et cons.* 109. *nu.* 36. *et seq. vol.* 1.
48 in puncto *Vermiglio. cons. crim.* 35. *in fin.* † &
remouet omnem dolosam suspicionem, cum
pro viro bono præsumatur *Gabr. cons.* 169. *n.* 8.
et 17. *lib.* 1. *Hond. d. cons.* 109. *num.* 37. *et seq.*
fiscique presumptiones maximè debilitat *Vul-*
pell. cons. 10. *num.* 4. *et cons.* 17. *n.* 5. *Peguer.*
decis. 17. *num.* 13. *in fin. Hond. cons.* 100. *n.* 40.
& cons. 107. *num.* 55. *lib.* 1. & non dissentit
Farinac. de indic. & tortu. quæst. 47. *n.* 188. *& seq.*

49 Et stante Inquisiti spōtanea comparitione, †
quæ magnam arguit præsumptionem innocen-
tiæ, idem *Hond. cons.* 99. *num.* 37. *lib.* 1. *Farin.*
de indic. & tort quæst. 48. *num.* 51. vbi testatur
de communi opinione, *Caph. cons.* 187. *num.* 19.
lib. 2. *Giurba cons. crim.* 13. *num.* 22. *& cons.* 37.
num. 29. *& cons.* 91. *num.* 25. & contraria Fi-
sci indicia maximè debilitat *Farinac. d. quæst.*
48. *num.* 55. *Hond. cons.* 106. *num.* 81. *vol.* 1.

Et stantibus coniecturis quāpluribus pro Inquisito
militantibus, & præcipuè mutua conuersatio-
ne cum fratre in eadem domo, & ad eandem
mensā, quampluribus displicentiæ signia osten-
sis de illius morte, causa ex qua Homicidę moti
fuerunt ad occidendum d. Io. Baptistam, & de-
positionibus quamplurium testium asserentium,
non esse verisimile, nec credibile, Inquisitum ha-
buisse partem in dicto homicidio, bonas, & suf-
50 ficientes rationes afferentium, † qui licèt de-
ponant per verbum (*credo*) probante tamen fa-
uore defensionis, vt post *Gomez Gram. Mercul.*
Marsil. Noni. Mascard. Mazzol. Farinac. Prat.
Bertaz. Mago. Rimi. *Iun. Hond. et alios* per eum
relatos docet *Guazzin. ad defen. reo. defen.* 29.
cap. 3. *nu.* 11. maximè dum reddunt congruen-
tem rationem eorum dicti, vt in casu nostro, vt
dicit *Guazzin. vbi supra num.* 11. *vers. et magis*
vbi dat concordantes, & quod verisimile non est

credi

credi per Iudicem defacili non debeat *l. non est verisimile 23. ff. quodmet. caus. Caball. resol. crim. cent. 5. casu 199. num. 36.*

51 Præsumptiones autem, quæ sunt pro reo, tollunt præsumptiones Fisci, si quæ adsunt, vt tradunt *Ias. Soci. Gram. Crau. Caph. Felic. Gabr. Bursat. Peguer. Eugen. Rim. Iun. Turret. Aldoui. Monde. Vulpell. Surd. Mascard. Farinac. Maceraten. Simon. de Prat. Decian. Menoch. et alij* quos referũt, & sequũtur *Guazzi. ad defens. reor. defen. 29. cap. 1. num. 4. et seq. et Giurb. cons. crim. 51. num. 31.* quibus addo *Vermiglio.* post hæc scripta visum *cons. crim. 275. num. 14.*

Cum regulare sit, quod vna præsumptio tollit aliã *Gram. cons. 31. num. 10. Aldou. cons. 24. n. 18. Guazzin. d. defens. 29. cap. 2. nu. 3. et seq. Giurb. d. cons. crim. 51. num. 31.*

52 Quod habet locum, non solùm quando præsumptiones pro reo sunt plures, vel fortiores, quàm sint præsumptiones Fisci, vt post *Crau. Soc. Inn. Paris. Rim. Iun. & alios* per eum relatos tradit *Guazzi. d. cap. 2. nu. 7.* & nouissimè *Vermiglio. cons. crim. 25. num. 6. & cons. 188. num. 7. et cons. 266. num. 7.* sed etiam quando sunt pares Rim. *Iun. cons. 359. num. 39. lib. 4. Guazzin. d. cap. 2. num. 6. et cap. anteceden. num. 2. Surd. cons. 132. num. 99. vol. 1. Giurb. d. cons. 51. in fin. et cons. 64. pariter in fin. Vermiglio. cons. 16. num. 8.*

Quare &c. Saluo &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit in Ciuitate Eugubij per Excellentissimum D. Prætorem, qui absoluit Benedictum Inquisitum, & illum liberauit de anno 1640. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Bulla Sixti Papæ V. contra receptantes, vel conuersantes cum bannitis an habeat locum, quando conuersatio, & receptatio non est dolosa, neque in damnum Fisci, vel Reipublicæ, & quid quando banniti erant tolerati in loco conuersationis. Fuga, seù latitatio Inquisiti quando faciat indicium ad torturam. Testes patientes plures exceptiones an reppellantur in totum a testificando, & plures exceptiones cõtra testes ponderantur, quæ illos a testificando repellunt.

S V M M A R I V M.

1 *Accusatore non probante, reus est absoluendus.*
Cum tunc reus dicatur docuisse præsumptiuè de sua innocentia. num. 2.

3 *Reus nihil tenetur probare pro parte sua, sed ei sufficit negare delictum.*

4 *Testis primus examinatus in processu fabricato siuè aperto Accusatore præsumitur Accusator.*

5 *Testis, qui dat alium in contestem, qui negat se contestem, non probat, sed est suspectus de falso.*

6 *Minor vigesimo anno non est testis idoneus in criminalibus.*

7 *Filius inimici præsumitur etiam ipse inimicus.*

8 *Testis patiens plures exceptiones omninò a testificando repellitur. et num. 15.*

9 *Testis depositio corruit, data possibili veritate in contrarium.*

10 *Testis depositio debet de præcisa necessitate concludere.*

11 *Indicia non possunt desumi ex actibus æquiuocis.*

12 *Testis dubitatiuè deponens non probat.*

13 *Testis inimicus non probat.*

14 *Testis pauper non est testis omni exceptione maior.*

16 *Testis frequentator tabernarum non est idoneus testis.*

17 *Testis criminosus, & solitus delinquere non probat.*

18 *Testis pauper, et vilis non probat.*

19 *Testis solitus inebriari non est idoneus testis.*

20 *Inimicorum est simul non conuersare, sed omnia mala inimico parare.*

21 *Fama bona omnem remouet delicti suspicionem.*

22 *Præsumptiones, quæ sunt pro reo, tollunt præsũptiones, quæ sunt pro Fisco.*
Non solùm quando sunt plures, sed etiam quando sunt pares num. 23.

24 *Fuga, seù latitatio Rei facit indicium contra illum.*
Non procedit contra hominem bonæ conditionis, & famæ. num. 25.
Neque quando reus fugit post acceptas informationes contra eum. num. 26.

27 *Fuga non facit indicium, nisi concurrentibus alijs adminiculis.*

28 *Indicium remotum non sufficit ad torturam, non concurrentibus alijs adminiculis.*

29 *Constitutioni prohibenti conuersationẽ cum bannitis non est locus, quando conuersatio, vel allocutio non est dolosa, et fisco præiudicialis.*

30 *Proclama aliquid prohibens non propter se, sed ad euitandum malum, non illaqueat transgressorem, si illius finis non violatur.*

31 *Conuersatio cum bannitis quod fuerit dolosa, non præsumitur, sed est probandum per Fiscum.*

32 *Bulla Sixti Papæ Quinti contra conuersantes cũ bannitis declaratur.*

33 *Stylus Romanæ Curiæ debet vbique haberi pro lege.*

34 *Bulla Sixti Quinti contra homicidas dicitur edita ad terrorem.*

35 *Conuersatio cum bãnitis facta incidenter, & fortuitò non est punibilis.*

36 *Testis Fisci contra eum plenè probat, licèt vnicus*

Banni-

37 *Bannitus vt dicatur toleratus, vt non possit oc-*
cidi, plura requiruntur.
Quò verò ad pœnam ex conuersatione cum ei s simplex tolerantia excusat. num. 38.
39 *Causa qualibet excusat a dolo, etiam iniusta.*
Ac etiam a pœna. num. 40.

ALLEGATIO. LXXXXV.



Xcellentissime Domine. D. Ioseph Pacius de Terra Cantiani inquisitus de conuersatione, & allocutione cum Simone Ricciatto, & socijs bannitis capitalibus de eodem, reperitur in statu absolutionis, & primò, breuiter agendo, cum causa versetur coram oculatissimo Iudice, cui iura summo, vt aiunt, digito ostendisse sufficiat, vt aliàs in casu suo dicebat *Vulpell. cons. crim. 12. in prin.*

Primò, inquam, quia Fiscus prætensam conuersationem, & allocutionem cum dictis banni-
ris non probauit, & ideò succedit vulgatum il-
1 lud axioma, † quod, accusatore non probante,
reus est absoluendus ad tex. *in l. qui accusare 4. C. de eden.* quod exornant *Clar. in pract. §. fin. quæst. 62. in prin. Farina. in fragm. crim. litera A. nu. 26. Guazzin. ad defen. reo. defen. 29. cap. 1. num. 6. & Barbo. axiom. 7. in prin.*

2 Quo casu reus dicitur docuisse præsumptiuè
de eius innocentia *Caph. cons. 86. nu. 32. lib. 1.* quem refert, & sequitur *Mascar. de prob. concl. 1231. nu. 19. lib. 3. Farinac. d. litera A. fragm. crim. num. 27. Barbo. d. axiom. 7. num. 5. in fin.*

3 Cum reus nihil teneatur probare pro parte
sua, sed ei sufficiat simpliciter delictum negare *Mascar. de prob. concl. 36. num. 5. & seq. lib. 1. Gargiar. Iun. cons. 37. num. 2. lib. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 39. num. 3. versic. si sumus in secundò in fin. Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. n. 6.*

Quod verò Fiscus intentionem suam non probauerit, apertè demonstratur percurrendo dicta testium in processu informatiuo examinatorū, & incipiendo a Vitale Antonii, qui deponit, inuenisse dictos bannitos in Ecclesia S. Vbaldi, & ostium dictæ Ecclesiæ eis fuisse apertum a Bartholomęo Pacesco ad instantiam D. Iosephi Inquisiti, subiūgens, id audiuisse a dicto Bartholomęo, nihil offendit eius depositio ex duobus, &
4 primò, † quia cum in processu non adsit apertus
accusator, & ipse sit primus testis in eo examinatus, ipse præsumitur accusator, & ideò non probat, vt docent *Bertaz. cons. crim. 251. n. 103. vol. 2. Decia. cons. 193. n 125. vol. 2.* quos refert, & sequitur *Guazzin. ad defen. rea. defen. 29. cap. 2. num. 28.* & nouissimè *Capic. Latro decis. 179. num. 37. part. 1.*

Secundò, quia Bartholomęus examinatus expressè negat, ostium d. Ecclesiæ aperuisse Bannitis
prædictis ad instantiam alicuius, nec prædicta
5 narrasse dicto testi, † & ideò Vitalis prædictus
non solùm non probat, sed est suspectus de falso *Gabr. comm. concl. de testi. concl. 2. num. 12. Bertaz. cons. 210. num. 3. & cons. 60. num. 7. in fin. Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 2. post num. 2. Giurb. cons. crim. 23. num. 13. & cons. 37. num. 26. & seq.* vbi quamplures adducit concordantes *Ciriac. contro. 27. nu. 8* alios pariter recensens ita sentientes, *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 42. Rot. decis. 337. num. 5. post 2. vol. consil. Farinac.*

Neque pariter vllam facit probationem D. Caro-
6 lus Sanctus ex pluribus, & primò, † quia est
minor vigesimo anno, vt ipsemet fatetur in processu repetitiuo, qui non admittitur in criminalibus ad ferendum testimonium tex. in terminis *in l. in testimonium 20. ff. de testib. Alex. cons. 64. n. 5. lib. 1. Anton. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 22.* vbi testatur de communi opinione, *Rolan. cons. 24. num. 66. lib. 1.* & latè comprobat *Farinac. de testi. quæst 58. num. 10. & num. 48.* quamplures adducens concordantes, & attestans de veriori, & magis communi Doct. opinione, cum quibus pertransit *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 47. & seq.*

Secundo, quia est filius D. Bernardini inimici, &
& maleuoli ipsius Inquisiti, & suorum fratrum,
vt benè probant testes defensiui super quarto
7 articulo, † vndè etiam ipse præsumitur eius ini-
micus, & vti talis, non probat contra eum, vt traduut *Rolan. cons. 24. num. 39. & seq. vol. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 14. Mascard. de prob. concl. 898. num. 31. lib. 2. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. num. 14.* late *Farinac. de indic. & tort. quæst. 49, num. 34. & in tract. de testi, quæst, 53. num. 34. & seq.* alios adducens ita sentientes.

Quod quidem est expeditū in casu nostro, ex duo-
bus, & primò, quia dictus testis patitur plures
8 exceptiones, vt supra, † quo casu omninò a te-
stificando repellitur, etiam si d. exceptiones de per se non sint sufficientes ad repellendum testem *Vulpell. cons. crim. 99. num. 19. Farinac. de testib. quæst. 57. num. 46. & quæst. 62. n. 80.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in casu difficilis probationis, *& num. 381.* vbi testatur de communi opinione, & quamplures adducit ita sentientes, *Ciriac. contro. 89. num. 20. D. Acdreol. contro. 172. num. 9. Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 3. num. 9. vers. si verò &c. Rot. decis. 477. n. 5. par. 5. rec. lib. 2. & decis. 199. num. 5. par. 6. rec.* ex regula, quod vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ benè operantur *l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. non epistolis 13. C. de prob. cap. illo vos. 4. de pigno.* & tradunt

dunt *Farinac. & alij Doct.* supra proximè adducti, addo *Caluin. de æquit. cap.* 158. *n.* 27. *lib.* 2. *Vermiglio. conf.* 433. *num.* 22.

Secundò, quia dictus testis in processu repetitiuo deponit, potuisse errare in eius examine, & illum, de quo asserunt locutum fuisse cum dictis Bannitis, non fuisse Inquisitum, & veritatem
9 stare posse in contrarium, † data autem possibili veritate in contrarium, eius dictum corruit *Bald. in l. conuenticula* 15. *num.* 5. *C. de Epis. & Cler. Bertaz. conf.* 251. *num.* 26. *lib.* 2. *Farinac. conf.* 53. *num.* 39. *in fin. lib.* 1. *Ciriac. contro.* 150. *num.* 30. *& contro.* 180. *num.* 22. *Aldoni. conf.* 18. *num.* 30. *& conf.* 31. *nu.* 10. *Rot. decis.* 286. *num.* 13. *par.* 6. *rec. & apud Grego. XV. decis.* 253. *nu.* 2. *& decis.* 431. *nu.* 2. *par.* 3. *rec.*

10 Cum dictum testis debeat de præcisa necessitate concludere *cap. in præsentia* 8. *de prob. Bald. in l. sola* 3. *C. de testi. Paris. conf.* 56. *num.* 21. *lib.* 2. *& conf.* 54. *num.* 25. *lib.* 4. *Bossi. in prac. in tit. de oppos. contra test. num.* 45. *Bertaz. conf.* 251. *num.* 26. *lib.* 2. *& conf.* 287. *num.* 7. *eod. lib. Mascar. de prob. concl.* 1361. *num.* 6. *lib.* 3. *Farinac. de testi. quæst.* 68. *num.* 3. vbi alios adducit, & testatur de communi opinione.

11 Et ex actibus æquiuocis indicia desumi non valeant *Brun. de indic. par.* 1. *quæst.* 12. *in princ. Marsil. conf.* 49. *nu.* 38. quos refert, & sequitur *Vermiglio. conf. crim.* 117. *nu.* 4. *Ciriac. contro.* 106. *num.* 72. vbi alios adducit concordantes.

Neque prætensam conuersationem, & allocutionem cum dictis Bannitis melius probat Bartho-
12 lomeus Florius ex pluribus, & primò † quia deponit dubitatiuè, vt apparet ex processu repetitiuo super duodecimo interrogatorio ibi *A me hà parso, che sii stato il Sig. Gioseppe &c. Bossi. in pract. in tit. de oppos. contra test. nu.* 43. *versic. item opponitur &c. Alex. conf.* 15. *nu.* 5. *lib.* 1. *Paris. conf.* 54. *n.* 21. *lib.* 4. *Osasch. conf.* 66. *num.* 25. *lib.* 1. *Viui. in suis commu. opini.* 965. *num.* 1. *Farina. de testi. quæst.* 68. *num.* 25. vbi testatur de communi opinione, *Rota apud Caputaq. decis.* 212. *num.* 5. *par.* 2.

13 Secundò, quia est inimicus, & maleuolus Inquisiti, vt probant testes defensiui *super* 5. *articulo*, & ipsemet fatetur super interrogatorijs generalibus *cap. repellantur* 7. *cap. cum oporteat* 19. *de accus. l.* 3. *ff. de testi. l. si quis* 13. *C. eod. tit.* latè *Farinac. de testi. quæst.* 53. *num.* 30. *& num.* 53. vbi dicit, in criminalibus quamlibet inimicitiam, etiam leuem, testem repellere, *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 3. *Gilhauson. in arbo. iudic. crim. cap.* 6. *par.* 3. *num.* 4. *et seq. Vermiglio. conf.* 159. *num.* 8.

14 Tertiò est pauper, qui ideò non dicitur testis omni exceptione maior, cum paupertas ei de fide diminuat *l.* 3. *in prin. ff. de testi. cap. si testes* §. *testium fides* 4. *quæst.* 3. *cap. in primis* 2. *q.* 1. *Caph. conf.* 98. *num.* 39. *lib.* 1. *et conf.* 227. *nu.* 69. *lib.* 2. *Osasch. conf.* 66. *num.* 22. latè *Farin. de testi. quæst.* 57. *num.* 1. *& seq.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem, *& num.* 16. vbi quamplures adducit concordantes, & dicit, ab hac opinione non esse recedendũ, reprobata distinctione *Clar. in prac.* §. *fin. quæst.* 24. *versic. quæro etiam &c.* quem sequitur *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 68. vndè apud Spartiatas in adagio erat, neminem pauperẽ bonum esse, vt refert *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 108. *num.* 20.

15 Et licèt quælibet ex dictis exceptionibus de per se non esset fortassè sufficiens ad repellendum d. testem, simul tamen iunctæ omninò illum repellunt, vt tradunt *Vulpell. Farina. Ciriac. D. Andreol. Guazzi. & Rot. in loc. relatis supra num.* 8. quibus addo *Menoch. de arbitr. casu* 96. *num.* 7. *& seq.* vbi dicit, duos defectus sufficere, *& casu* 99. *num.* 7. ex ratione ibi per me aducta, quam breuitatis studio non repeto. & hæc quo ad prætensam conuersationem cum dictis Bannitis in Ædibus Societatis SS. Sacramenti dictæ Terræ.

Neque melioribus reperitur fulcita probationibus prætensa pariter allocutio Inquisiti cum dicto Simone bannito in choreis ductis in domo Bartholomæi Paceschi, de qua deponere videntur Prosperus Parruccinus, & Vincentius Iosephi, quia Prosperus est minor vigesimo anno, vt ipsemet fatetur in processu repetitiuo super interrogatorijs generalibus *l. in testimonium* 20. *ff. de testi. cum alijs adductis supra num.* 6.

16 Secundò, quia est frequentator tabernarum, vt deponũt testes defensiui *super* 6. *art.* & fatetur ipsemet super interogatorijs generalibus, quod pariter testem repellere a testificando, voluerũt *Rolan. conf.* 34. *num.* 5. *vol.* 2. *Mascar. de prob. concl.* 1356. *num.* 28. *lib.* 3. *Farinac. de testi. q.* 56. *num.* 437. alios adducens ita sentientes.

Tertiò, quia super secundo, & tertio interrogatorio deponit, potuisse errare in eius depositione, & quod non fuerit D. Ioseph inquisitus ille, qui locutus fuit cum dicto Simone bannito in dictis choreis, data autem possibili veritate in contrarium, eius depositio omninò corruit, vt tradunt *Bald. Bertaz. Farinac. Ciriac. Aldoni. & Rot. in loc. relatis supra num.* 9. per rationem ibi adductam, quam hic breuitati studendo non refero.

17 Vincentius verò alter testis legitimis non minùs caret exceptionibus, cum sit primò criminosus, & solitus delinquere, vt benè deponunt testes defensiui *super septimo articulo*, & sic non est idoneus ad testificandum *l.* 3. §. *lege Iulia ff de testi. cap. super eo* 13. *& ibi glos. cap. testimonium* 54. *de testi. cap. constituimus* 3. *quæst.* 5. *Paris. conf.* 83. *sub nu.* 37. *lib.* 1. *Rolan. conf.* 94.

nu. 37. lib. 4. Mascar. de prob. concl. 465. nu. 1.
& seq. lib. 1. et concl. 1356. n. 43. et seq. lib. 3.
plenè Farinac. de testi. quæst. 56. nu. 126. et seq.
alios cumulans sectatores.

18 Secundò est pauper, & vilis, vt deponunt pari-
ter testes defensiui super dicto septimo articu-
lo, & sic prorsus est inhabilis ad testificandum
Rolan. cons. 63. num. 34. lib. 2. vbi testatur de
communi opinione, Menoch. de arbitr. casu 96.
num. 6. et seq. Bertaz. cons. 359. num. 42. lib. 2.
Osasch. cons. 66. nu. 25. Ant. Gomez var. resol.
tom. 3. cap. 12. num. 19. benè Farina. de testi.
quæst. 57. num. 70. et 71. alios adducens more
suo, Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. n. 68.
in fin. Vermiglio. cons. 15. num. 31.

Tertiò est frequêtator tabernarum, ex quo testem
repelli a testificando ex Rolan. Mascar. et Farin.
19 probaui supra nu. 16. † quartò est solitus ine-
briari, vt deponunt testes defensiui, vbi supra,
quod multùm diminuit de fide testis per ratio-
nes, quas adducit Ant. Gomez var. resol. tom. 3.
cap. 12. n. 18. in fin. cum quo pertransit Farin.
de testi. quæst. 56. nu. 436. vbi dicit, huiusmodi
genus hominum reputari vile, & infame, vt ibi
per eum.

Postremò, quia deponit dubitatiuè per verbum
(Videtur) super 4. interogatorio in pro-
cessu repetitiuo ibi Mi parue senz'altro, che fos-
se il Signor Gioseppe &c. & ideò non probet, vt
tradunt Bossi. Alex. Paris. Osasch. Farinac. Viui.
& Rot. in loc. adduct. supra num. 18.

Et ideò, cum dicti duo testes tot patiantur excep-
tiones tam in persona, quàm in dicto, certum
est, nullam facere probationem, etiam si dictæ
exceptiones vti singulæ non sint per se suffici-
entes ad illos repellendum a testificando, vt tra-
dunt Vulpell. Ciriac. Farina. D. Andreol. Guaz-
zin. & Rot. in loc. adductis supra num. 8. cum
quibus pertranseunt Menoch. de arbitr. casu 96.
num. 7. & casu 99. num. 7. et Caluin. de aquit.
lib. 2. cap. 158. num. 27. ex dicta regula, quod
vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ
benè operantur d. l. instrumenta 5. d. l. rationes 6.
d. l. non epistolis 13. C. de prob. d. cap. illo vos 4.
de pigno. & tradunt Doct. proximè adducti.

Quæ licèt clara satis sint, placet tamen addere ex
abundanti, quod inter Inquisitum, & eius fra-
tres ex vna, & Simonem bannitum ex altera de
tempore prætensæ conuersationis, & allocutio-
nis aderat inimicitia, vt benè probant testes
defensiui super secundo articulo, ex qua maxi-
mè remouetur omnis suspicio, si quæ adesset,
20 prætensæ conuersationis, & allocutionis, † cum
inimicorum sit, non solùm simul non conuersa-
re, sed omnia facere, quæ inimico obesse pos-
sunt, vt not. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump.
29. n. 28. Alba cons. 770. n. 47. et cons. 773. n. 13.
Farinac. de indic. et tort. quæst. 49. nu. 88. Surd.
cons. 32. num. 6. et cons. 40. in prin. lib. 1. Giurb.
cons. crim. 60. num. 5. qui alios adducunt.

21 Secundò constat ex processu defensiuo de
optima fama Inquisiti, quæ remouet omnem
dolosam suspicionem, cum pro viro bono præ-
sumatur Gabr. cons. 169. num. 8. & 17. lib. 1.
Hond. cons. 109. num. 36. & seq. vol. 1. Vermi-
glio. cons. crim. 35. in fin. & præsumptiones Fi-
sci maximè debilitat Vulpell. cons. crim. 10. n. 4.
& cons. 17. n. 5. Peguer. decis. 17. n. 13. in fin. Hond.
cons. 100. n. 40. & cons. 107. n. 55. lib. 1. & non
dissentit Farinac. de indic. & tortur. quæst. 47.
nu. 188. et seq. Vermiglio. cons. 35. num. 29.

22 Præsumptiones autem, quæ sunt pro reu, tol-
lunt præsumptiones Fisci Peguer. decis. 14. n. 20.
Eugen. cons. 76. num. 51. lib. 1. Hond. cons. 99.
num. 28. vol. 1. Surd. cons. 132. num. 55. lib. 1.
Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 1. num. 4.
& seq. Giurb. cons. crim. 51. n. 31. quamplures
adducens ita sentientes Vermiglio. cons. crim.
275. num. 14. post hæc scripta visus, cum vna
præsumptio tollat aliam Gram. cons. 31. n. 10.
Aldou. cons. 24. num. 18. Guazzin. d. defen. 29.
cap. 2. num. 3. & seq. Giurb. d. cons. 51. nu. 31.
in terminis D. Andreol. contron. 149. num. 11.
& sequen.

23 Quod quidem habet locum nô solùm, quan-
do præsumptiones pro reo sunt plures, vel for-
tiores, quàm sint præsumptiones Fisci, vt post
Cran. Socci Iun. Paris. Rimi. Iun. & alios per eum
relatos tradit Guazzin. d. cap. 2. nu. 7. & Ver-
miglio. cons. crim. 25. nu. 6. & cons. 188. n. 7.
& cons. 266. nu. 7. sed etiam quando præsum-
ptiones hinc indè sunt pares Rim. Iun. cons. 359.
nu. 39. lib. 4. Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. n. 2.
& cap. 2. num. 6. Surd. d. cons. 132. num. 99.
vol. 1. Giurb. d. cons. 51. in fin. & cons. 64. pa-
riter in fin. Vermiglio. cons. 16. num. 8.

24 Neque Fiscus aliquam vim facere potest su-
per prætensa latitatione, seù fuga Inquisiti ad
tex. in §. igitur ne latente Authen. de exhib. &
introducen. reis, & not. Farinac. de indic. et tort.
25 quæst. 48. nu. 8. ex pluribus, & primò, † quia
latitatio, seù fuga nullum facit indicium contra
hominem bonæ conditionis, & famæ, qualem
esse nostrum Inquisitum, in processu defensiuo
plenè fuit probatum, vt supra dixi, vt tradunt
Brun. de indic. par. 1. quæst. 3. sub nu. 12. Catald.
de Syndic. quæst. 137. nu. 76. Carrer. in prac. in 2.
tract. de indic. §. tertium indicium num. 10. &
seq. Marsil. cons. 49. nu. 38. Mascard. de prob.
concl. 819. n. 22. lib. 5. Farinac. d. quæst. 48. n. 56.

Secundò, quia Inquisitus semper liberè côuersatus
est in Terra Cantiani, & latitare tantùm incepit
postquã D. V. Excellentissima vti Commissarius
ad illam accessit ad assumendas informationes
super prætensa conuersatione, & allocutione
cum dictis Bannitis contra ipsum Inquisitum

vt ap-

26 vt apparet ex eodemmet processu, † quo casu latitatio, seu fuga, cum præsumatur processisse non ex conscientia patrati criminis, sed ob timorem molestiarum, & vexationum, quæ ex inquisitione, & accusatione proficiscuntur, quas non omnes subire volunt, etiam quod sint innocentes, nullum facit indicium contra latitãtem, vt voluerunt originaliter *Bart. in l. 1. in prin. per illum tex. ff. de bon. eorum Puteu. de Sindic. in verbo fuga Officialis cap. 2. num. 2. Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. vers. fuga, Vulpell. cons. crim. 113. num. 9. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. num. 39. Mascar. de prob. concl. 819. num. 13. lib. 2. Peguer. decis. 17. n. 31. & seq.* & latè comprobat *Farinac. de indic. et tortur. d. quæst. 48. num. 27.* vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur, d. opinionem non solùm esse communiter receptam per Doct. sed nullum inuenit illi contradicentem *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 84.*

27 Postremò, quia latitatio, seu fuga nullum facit indicium, nisi concurrentibus adminiculis, cum sit indicium remotum, vt tradunt *Curt. Iun. in l. admonendi 31. nu. 49. et seq. ff. de iur. iur.* vbi hanc dicit magis communem Doct. opinionem *Suarez in Thesa. recep. sent. litera F. nu. 370. et sequen. Villalob. in suis comm. opin. litera F. num. 374.* qui testantur de communi opinione, & alii plures, quos refert, & sequitur *Farinac. d. quæst. 48. num. 5. et seq. et num. 58.* vbi dicit hanc esse verissimam opinionem, cum quibus pertransit *Giurba cons. crim. 13. num. 19. vers. eorum tamen opinio etc.* quamplures adducens ita sentientes, licèt aliqui contrarium teneant, quos refert *Giurba vbi supra*, & contra quos adest magis communis opinio, de qua supra.

Et ratio est manifesta, quia fuga, & latitatio est indicium remotum, vt dicit *Farinac. d. quæst.*

28 *48. num. 7. et nu. 58* † vnicum autem indicium remotum non est sufficiens regulariter ad torturam, non concurrentibus adminiculis, vt declarant *Clar. in prac. §. fin. quæst. 64. vers. sed quæro quot indicia, &c. Farinac. de indic. & tort. q. 37. n. 44. & seq. Guazzi. ad defens. reo. defen. 30. cap. 4. numer. 12. vers. licèt aliqui &c. Præses Abano in prax. reat. quæst. 19. num. 21. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 19.* quæ quidem adminicula omninò deficiunt in casu nostro, meritò &c.

Secundò principaliter Inquisitus prædictus venit absoluendus, quia, admisso etiam, citra veri præiudicium, quod constaret de prætensa conuersatione, & allocutione cum Bannitis, de qua

29 verè non constat per iura supra adducta, † quia, inquam, vt sit locus pœnæ impositæ contra cõuersantes, vel loquentes cum Bannitis, requiritur, quod conuersatio, & allocutio sit dolosa, vergens in damnum Fisci, vel Reipublicæ, alias secus, vt post *Rainer. Bald. Socci. Gandi. Plot. Carrer. Foller. Bossi. Bertazo. Rimi. Iun. Turrec. Gabr. Gail. Peguer. Baiar. Card. Tusc. & alios* per eum relatos latè comprobat *Farinac. de consult. & mand. quæst. 133. num. 55. & seq.* vbi dicit, id habere locum etiam si Constitutio pœnam imponens generaliter loquatur, & per verbum *quoquomodo*, & similia, & post eum idem scripserunt *Hond. cons. 88. num. 36. & seq. lib. 2. Io. Bapt. Cauat. in suo consil. de bannit. impressu cum Commentar. Carpa. ad non. Constit. Mediol. num. 68.* qui hoc benè comprobat, & quamplures adducit Doct. authoritates, *Guazzi ad defen. reo. defen. 29. cap. 2. num. 22.* vbi dicit, quod Bulla Sixti V. prohibens conuersationem cum Bannitis non comprehendit simpliciter loquentem cum Bannito, sed solùm quando conuersatio, vel allocutio vergit in damnum Fisci, vel Reipublicæ, vt ibi per eum quamplures Doct. afferentem authoritates, & hanc eandem opinionem sequitur *Ciriac. contro. 345. nu. 55. & seq.* alios pariter adducens sectatores, quibus addo *Quaran. in sum. Bullar. in verbo Bannitorũ fautores in fin.* latè *Giurb. cons. crim. 28. nu. 5. 6. & pluribus seq. & Vermiglio. cons. crim. 231 num. 22.* post hæc scripta visum.

30 Proclama namque, quo aliquid prohibetur non propter se, sed ad euitandum malum, non illaqueat transgressorem ad illius pœnam, si finis illius non violatur *Felin. & alij in cap. quoniam contra. 9. n. 11. de prob. Bursatt. cons. 77. n. 8. Felic. alleg. 4. num. 20. par. 1. Nizzol. alleg. 43. num. 15.* quos refert, & sequitur *Giurb d. cons. crim. 28. num. 16.* & cum eo pertransit *Vermiglio. d. cons. 231. num. 22.*

31 Quæ quidem conuersatio, vel allocutio quod fuerit dolosa, & Fisco, vel Reipublicæ præiudicialis, de iure non præsumitur, sed est per Fiscum probandum, vt tradunt *Hond. d. cons. 88. num. 38. in fin. lib. 2. Farinac. in d. quæst. 133. num. 57. & Ciriac. in d. controu. 345. num. 57.* & idem voluit *Giurb. d. cons. crim. 28. num. 12. vers. cumq. nullum malum &c.* quod non fuit factum in casu nostro.

32 Quibus non obstat, si dicatur, quod prædicta non habent locum in terminis Bullæ Sixti Papæ Quinti editæ contra Bannitos, quæ punit receptationem, & conuersationem cum Bannitis, etiã non dolosã, vt ex ea est videre, quia *Guazz. & Farinac. in loc. supra adductis* loquuntur in terminis d. Bullæ, & Sacra Consulta, non obstante dicta *Bulla Sixti V.* consueuit mandare non molestari Inquisitos de receptatione, conuersatione, &, quod plus est, de auxilio præstito Bannitis, quando non est dolosa, nec in damnum Fisci, vel Reipublicæ, vt in casu nostro, vt testatur *Farinac. in d. quæst. 133. num. 57. in fin.* subiungens, quod alias nimis inhumanum esset

tàm graui pœna sinè dolo errantes punire, vt ibi per eum.

33 Qui stylus Romanæ Curiæ, & præsertim Sac. Consultæ, in qua tot viri doctrina, prudentia, & probitate vitæ insignes sedent, & præsunt, haberi debet pro lege, ita vt contra illum ire, ad instar sacrileg.j sit, vt tradit *Lazar. de blasph. in tit. de opinio. eligen. in contron. num. 45. & seq.* & in terminis decisionum Rotæ Romanæ scribit *Paul. Rube. in præfat. ad studio. in princ. 7. par. decis. recen.*

34 Maximè cum dicta Bulla *Sixti V.* imponens tàm grauem pœnam, vltra dispositionem iuris communia, dicatur facta potiùs ad terrorem, quàm ad effectum illam executioni demandandi, vt post *Bald. Gram. Rimi. Iun. Mascard.* & alios per eum adductos dicit *Guazzin. ad defen. reo. defen. 29. d. cap. 2. n. 23. versic. nec non &c.*

Quæ omnia eò magis locum habere debent in casu nostro, in quo non solùm non fuit probatum pro parte Fisci, prætensam conuersationem, & allocutionem fuisse dolosam, & in damnū Fisci, & Reipublicæ, pro vt fieri debebat, vt sit locus pœnæ impositæ contra conuersantes, & alloquentes cum Bannitis. vt probaui *supra n. 29.* sed imò constat de contrario, cum testea Fisci deponant, illam fuisse ad bonum finem, & dictos Bannitos ad choreas accessisse fortuitò, &
35 incidenter, † quo casu allocutionem non esse punibilem, tenent communiter Doct. & præcipuè *Bertazo. cons. 125. num. 8. & seq. & cons. 126. num. 3. & seq. & ibi Claud. in addit. litera B. & C. Io. Bapt. Cauat. in d. cons. supra relat. num. 75. & seq. Ciria. d. contro. 345. num. 52. & seq.* alios adducens concordantea, *Odd. cons. 72. n. 30.* quem refert, & sequitur *Giurb. d. cons. crim. 28. num. 9. in fin.*

Postremò Inquisitus prædictus venit absoluendus, quia dicti Banniti in Terra Cantiani erant tolerati, & non reputabantur pro Bannitis, cum publicè cōuersarentur in d. Terra, vt benè probat D. Carolus Sanctus in processu offensiuo ibi *& il Prete li portaua da mangiare publicamente*
36 *perche si teneua. che non fossero Banniti,* † qui, cum sit testis Fisci, contra inducentem plenè probat licèt vnicus *Eugen. cons. 63. nu. 27. lib. 1. Surd. cons. 50. nu. 20. vol. 1. Thob. Noni. cons. 96. num. 10. Hond. cons. 102. num. 13. & cons. 99. num. 16. & seq. vol. 1. Farinac. de testi. quæst. 62. num. 237. & cons. 78. num. 28. & 35. lib. 1.* latè *Guazzi. ad defen. reo. defen. 33. cap. 14. num. 81.* qui alios adducūt sectatores, & benè probāt etiā testes defensiui, quo casu, licèt respectu ip-
37 sius Banniti, vt nō possit occidi, † & similia, plura requirantur, vt dicatur toleratus, vt not. *Cauat. in cons. supra cit. num. 81. & seq. Farin. de consult. & auxil. quæst. 133. num. 49. & seq. Ladercb. cons. 205. num. 1. & seq.* & nouissimè *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 110. in fine.*

38 Considerando tamen tolerantiam respectu conuersantium cum ipsis Bannitis, illa sine dubio siuè iusta, siuè iniusta semper excusat cōuersantes cum illis, vt peregregiè scripserunt ex Neotericis *Bertaz. d. cons. 125. num. 8. Surd. cons. 170. num. 24. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 28. nu. 6. lib. 1. & cons. 635. nu. 40. et seq. lib. 6.* & benè comprobat *Cauat. vbi supra nu. 87. et seq.* alios quamplures adducens concordantes, cum quibus pertransit *Farinac. in d. quæst. 133. num. 57.* alios pariter recensens ita sentientes.

Cum certè negari non possit, quod videre bannitum ire, & publicè conuersari per vias, & plateas, non præstet iustam causam credendi, illum non esse bannitum, vel esse rebannitum, vel habere Saluumconductum a Principe, & similia, vt tradunt Doct. supra adducti, & præcipuè *Cauat. et Farinac. in loc. cit. et Bertazo. cons. 439. num. 9. et cons. 440. n. 1. et seq. et Adden. ad eundem Bertaz. cons. 126. versic. quanto, et versic. sed hac etc.*

39. A dolo autem quælibet causa excusat, etiam leuis, & iniusta, late *Tiraq. de pœn. temper. causa 43. in princ. Franc. Becci. cons. 4. num. 16.* vbi dicit, quod hæc est communis regula *Hond. cons. 105. n. 23. et cons. 112. nu. 19. lib. 1.* & latissimè comprobat *Farinac. de pœn. temper. quæst. 90. in princ.* innumeras ferè adducens Doct. authoritates, *Vermiglio. cons. 408. num. 7. et Giurba cons. 24. num. 24.* alios pariter referens concordantes.

40 Ac etiam a pœna, vt voluerunt *Tiraq. d. causa 43. num. 5. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 8. nu. 9. et seq. Menoch. de recup. possess. remed. 5. num. 55. et seq. et remed. 3. nu. 624.* vbi contrarium tenentes refellit, *Caph. cons. 140. num. 31. lib. 2. Franc. Becci. cons. 78. nu. 28. et cons. 98. num. 17. Hond. cons. 105. num. 24. et seq. lib. 1.* vbi hoc benè comprobat, & contrarijs respondet, pro vt facit etiam *Farinac. in dicta quæst. 90. numer. 4.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, hanc esse verissimam conclusionem, quia vbi non est dolus, ibi non est pœna, &, cessante dolo, cessare etiam debet pœna doli, quia vbi non est delictum, ibi non est pœna, vt ibi per eum subiungentem, quod si causa etiam iniusta nō excusaret etiam a pœna, remaneret inutilis regula, quod excusaret a dolo, cum quibus pertranseunt *Caball. resol. crim. cent. 2. casu 101. num. 18. & Vermiglio. cons. crim. 313. num. 4.*

Quare &c. Saluo &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine Allegationis sequen. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Continet resolutionem dubiorũ Allegationis præcedentis, & quæritur, quando dicatur agi de casu difficilis probationis, & quando testes inhabiles in dicto casu admittantur. Doctori attestanti de consuetudine quando credatur. Testes singulares quam probationem faciant quãdo deponunt de actu iterabili, sed non iterato. Dolus quando præsumatur in delictis. Et receptatores Bannitorum, vel conuersantes cum eis an possint puniri, non cõstito de scientia banni, & quando dicatur constare de dicta scientia.

SVMMARIVM.

1 *Qui plus scit, plus dubitat.*
2 *Testes inhabiles admittũtur in casu difficilis probationis.*
3 *Casus difficilis probationis quãdo dicatur, remittitur arbitrio Iudicis.*
4 *Casus difficilis probationis vt dicatur, necessẽ est, quod testes non interuenerint actu, & habitu interuenire non potuerint.*
Quicquid senserit Clar. in prac. §. fin. q. 24. num. 19. num. 5.
6 *Testes inhabiles admittuntur in casu difficilis probationis, quãdo inhabilitas prouenit ex vnico defectu, secùs si ex pluribus.*
7 *Adminicula plura ampliant probationem, & supplent inhabilitatem testis.*
8 *Testes inhabiles patientes plures defectus non admittuntur in casu difficilis probationis, etiam adhibita tortura.*
Quicquid de consuetudine seruari dixerit Baiard. ibi num. 9.
10 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*
Vel creditur solùm quò ad Curiam, in qua versatus est. num. 11.
12 *Testium singularitas non attenditur in actu iterabili.*
Declara, vt num. 13.
14 *Conuersatio, & allocutio cum Bannitis non dolosa non est punibilis.*
15 *Banni publicati scientia non præsumitur, quando non est publicata condemnatio sequuta.*
16 *Scientia banni publicati in Ciuitate non præsumitur in Castris.*
17 *Pœnam ad incurrendam debet constare de scientia concludenter, non autem præsumptiuè.*
18 *Pœna contra conuersantes cum Bannitis vt sit locus, requiritur dolus præiudicialis Reipublicæ.*
Qui dolus non præsumitur, sed debet probari num. 19.
Et dicta pœna non habet locum, nisi concurrente scientia banni, num. 20.
21 *Præmium designat rationem finalem Statuti.*
22 *Statuti ratione cessante, cessat illius dispositio.*

ALLEGATIO LXXXXVI.

1 Xcellentissime Domine. Licèt vulgare sit pronunciatũ, quod qui plus scit plus dubitat, de quo mẽtionem facit *Bart. in l. si pater 4. in prin. C. de instit. & subst.* omnia tamen vincit veritas *can. veritate can. consuetudo 8. dist.* & habetur in *lib. 1. Esdræ cap. 4.* vndè non obstantibus non minùs doctè, quàm subtiliter adductis per D. V. Excellentissimã ad tuenda iura Fisci in causa intentata cõtra D. Iosephum Pacium de Canciano pro allocutione, & conuersatione cum Bannitis, censeo illum esse omninò absoluendum ex regula *l. qui accusare 4. C. de eden.* iuxta aliàs per me adducta ad illius fauorẽ, quæ iterum breuitatis gratia non refero.

2 Non obstat igitur primò, quod, cum nos simus in casu difficilis probationis, admitti debeant contra d. Inquisitum testes inhabiles, vt tradunt *Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 24. num. 19. & ibi Baiar. n. 113. & seq. & Farinac. de testi. q. 62. num.* 28. qui alios adducunt, ex pluribus, & primò negando dictum assumptum, nos versari in
3 casu difficilis probationis, † quia, licèt quando dicatur casus difficilis probationis, cum in iure id non reperiatur expresse diffinitum, relinquatur arbitrio Iudicis declarandum, qui, inspecta qualitate personarum, negocij, loci, & temporis, id poterit arbitrari ad tex. in *l. 3. §. tu magis ff. de testi. & in l. si quando 9. C. vndè vi* & tradunt *Plot. de in lit. iur. §. 2. nu.* 8. *& Mascar. de prob. concl.* 1403. *nu. 2. & seq. lib.* 3. quos referendo sequitur *Farinac. de testi. quæst. 62. n. 59.* & ante eũ *Menoch. de arbitr. casu 116. in prin. & Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. num.* 114.

4 Ad hoc tamen, vt dicatur casus difficilis probationis, non sufficit, quod testes actui, de cuius probatione agitur, actu non interfuerint, nisi actus prædictus sit talis, vt ex sui natura, vel ratione loci, & temporis verisimiliter alij testes habitu interuenire non potuerint, vt declarant *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. sub num. 21. Natt. cons. 394. num. 7. lib. 2. Gabr. commun. concl. de testi. concl. 7. num.* 5. *Rolan. cons. 7. num. 15. & cons. 24. num. 67. lib. 1. Mascar. de prob. concl. 1359. num.* 9. vbi dicit, ita omnes tenere *lib. 3. Decia. cons. 48. num. 21. lib. 3.* & latè comprobat *Farinac. de testi. d. quæst. 62. nu. 62.* alios quamplures adducens ita sentientes, & post eum *Guazzin. ad defen. reo. defen. 14. cap. 11. num. 21.*

5 Quicquid contrariũ senserit *Clar. in prac. crim. §. fin.*

§. *fin. quæst.* 24. *num.* 19. quod sufficiat, quòd actu alij testes non interuenerint, licèt habitu interuenire potuerint, saltem quo ad pœnam extraordinariam, cum ipse reprobetur a *Rimin. Iun. cons.* 360. *n.* 98. *vol.* 3. a *Farinac. d. quæst.* 62. *num.* 63. & a *Guazzi. d. cap.* 11. *sub n.* 21.

5 Quod quidem verificari non potest in casu, de quo agitur, in quo licèt simus in actu conuersationis cum Bannitis sequuto, vt prętenditur, in Ædibus Societatis Sanctissimi Sacramēti, in quo casu exemplificant Doct. dici casū difficilis probationis, cum in eis alios testes habitu interuenire non potuisse, verisimiliter sit præsumendū, & præcipuè *Farinac. d. quæst.* 62. *num.* 62. & *seq.* id tamen locum habere potest, quando agitur de actu facto in domo, in qua alios testes verisimiliter, vt dixi, actu, & habitu interuenire non potuisse præsumitur, vt in Collegio Doctorum, in Capitulo Canonicorum, & aliorum domorum, in quibus vnum tantùm genus personarum commorari solet, secùs tamen est in domo, de qua agitur, quæ cum sit ferè publica, cum ad illam accedere soleant quotidie Sacristæ, & alii Officiales d. Societatis pro pulsandis Campanis, & aliis seruitiis eiusdem Societatis, nec non qualibet hebdomada, & aliquando sępius Organista, & Cantores Societati inseruientes, & alii plures, vt ex processu defensiuo plenè constat, sequitur dici non posse, alios testes habitu interuenire in ea verisimiliter non potuisse, & sic nos versari in casu difficilis probationis, vt patet.

6 Secundò quia allegata conclusio in contrarium, quod testes inhabiles admittuntur in casu difficilis probationis, habet locum, quando inhabilitas testium prouenit ex vnico tantùm defectu, non autem quando testes inhabiles patiuntur plures defectus, vt in casu nostro, quia tunc non admittuntur etiam in casu difficilis probationis non solùm ad faciendum indicium, sed neque ad faciendam præsumptionem, sed omninò repelluntur, vt tradunt *Ceph. cons.* 65. *num.* 27. & *seq. lib.* 1. & *cons.* 250. *num.* 33. & *seq. lib.* 2. *Rolan. cons.* 3. *num.* 49. & *seq. lib.* 3. & *cons.* 98. *num.* 46. *lib.* 4. *Franc. Becc. cons.* 85. *num.* 19. *Eugen. cons.* 27. *num.* 66. & *cons.* 63. *nu.* 74. *lib.* 1. *Mascar. de prob. concl.* 1359. *nu.* 20. *lib.* 3. & latè comprobat *Farinac. de testi. quæst.* 62. *num.* 80. & *num.* 381. vbi quamplures adducit, more suo, ita sentientes, & dicit, hāc opinionem esse communiter receptam per Doct. quibus addo *Menoch. de arbitr. casu* 96. *num.* 7. & *casu* 99. *num.* 7. vbi dicit, sufficere duos defectus *Hond. cons.* 93. *num.* 50. *lib.* 2. *Guazzin. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 3. *nu.* 9. *versic. nec etiam &c.* alios adducens concordātes *Vermiglio. cons. crim.* 433. *in fin.* post hæc scripta visus, & *Rota decis.* 126. *nu.* 4. & *decis.* 689. *n.* 3 *par.* 3. *diuer.*

7 Sicut enim plura adminicula ampliant probationem, & supplent testis inhabilitatem, vt post *Alex. Ang. Crauc. Deci. Grat. Rimin. Soci. Iun. Marsil. Corrad. Gabr. Bertaz. Decia. Mascar.* & *alios* per eum relatos tradit *Farinac. d. quæst.* 62. *n.* 335. vbi testatur de communi opinione, ita pariter plures defectus illā omninò destruūt per regulam, quod idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito *l. si vt proponis* 7. *C. de nupt.* & tradunt *Doct. supra adducti* & precipuè *Farinac. d. quæst.* 62. *nu.* 381. quibus addo *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 15.

8 Ita vt dicti testes inhabiles patientes plures defectus non faciant probationem in casu difficilis probationis, etiam adhibita tortura, cum illa non suppleat, nisi vnicum defectum, non autem plures, & not. *Claud. ad Bertaz. cons.* 71. *litera A. Rimi. Iun. cons.* 360. *num.* 82. & *seq. lib.* 3. quos refert, & sequitur *Farinac. de testi. d. quæst.* 62. *num.* 381. & *cons.* 10. *num.* 12. & *cons.* 79. *num.* 10. *Hond. cons.* 100. *num.* 37. & *seq. lib.* 1. plenè *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 30. *cap.* 40. *nu.* 13. & benè declarat *Vermiglio. cons. crim.* 32. *num.* 2. alios quamplures adducens concordantes.

9 Quicquid aliud seruari de consuetudine, scripserit *Baiar. ad Clar.* §. *fin. quæst.* 24. *nu.* 188. qui reprobatur a *Farinac. d. quæst.* 62. *num.* 382. *in fin.* vbi dicit, nunquam vidisse Romæ dictam consuetudinem a bonis Iudicibus seruari, & a *Guazzi d. defen.* 29. *cap.* 3. *n.* 9. *vers. Nec etiam* vbi dicit, *Baiar.* nimis audacter fuisse loquutum, & a *Vermiglio. d. cons.* 32. *num.* 3. vbi dicit, dictam consuetudinem, vti corruptelam nutritiuam peccati, non esse admittendam, vel esse seruandam solùm in locis, in quibus *Baiar.* fuit versatus, non autem generaliter in alijs Curijs, vt pariter dicit *Guazzi. d. cap.* 3. *num.* 9. *vers. nec etiam &c.*

10 Doctori enim attestanti de consuetudine vel non creditur *Franc. Becci. cons.* 7. *n.* 29. *Aldoui. cons.* 35. *num.* 46. *Thoma. decis. Marcb.* 38. *num.* 18. & *decis* 36. *num.* 9. latè *Giurb. cons. crim.* 64. *n.* 28. quamplures adducens ita sentientes *Rota apud Greg. XV. decis.* 274. *num.* 5. *et ibi Adden. litera B.* & *in Mutinen. emphit.* 28. *Maij* 1638. *coram R. P. D. Dunozetto* §. *demum non obstat &c.* vbi testatur de veriori opinione, & in *Rauennatē. hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. *coram Eminen. Card. Ottobono* §. *atestatio Parisii &c.* & *decis* 574. *num.* 17. & 18. *par.* 4. *rec. tom.* 3. cum aliis relatis per *Theod. Rube. in singul. Rota Rom. tom.* 1. *ad decis. Mohed.* 3. *de consuetud.* & *tom.* 2. *in verbo Doctor. num.* 1.

11 Vel solùm ei creditur quò ad Curiam, in qua versatus est *Gratia. discep. foren. cap.* 973. *nu.* 43. *par.* 5. *Rot. decis.* 530. *n.* 4. & *decis.* 574. *n.* 17. & 18.

& 18. par. 4. rec. tom. 3. & in d. Mutinen. emphit.
in fine, & in d. Rauennaten. hæredit. pariter in fin.
si ergò, stantibus duobus defectibus, testes omni-
nò repelluntur, ita vt neque faciat præsumptio-
nem etiam in casu difficilis probationis, & cum
tortura, vt volunt communiter Doct. supra addu-
cti, animaduertat Excellentissimus Dominus
meus, quodnam fundamentum Fiscus facere
possit in depositionibus nostrorum testium, qui
tot, & ita releuantes patiuntur exceptiones, vt
probaui in alia mea allegatione.
12 Neque obstat pariter, quod, cum in casu no-
stro agatur de actu iterabili allocutionis, & con-
uersationis cum Bannitis, singularitas testium
non noceat, nec sit attendenda ex Farin. de testi.
quæst. 64. nu. 85. & seq. vbi dat concordantes,
quia licèt nos simus in actu, & delicto iterabili,
vt dixi, allocutionis, & conuersationis cum Ban-
nitis, quæ pluries fieri potest, non sumus ta-
men in delicto iterato, quia Fiscus in casu no-
stro prætendit probare, actum allocutionis, &
conuersationis cum Bannitis licèt iterabilem,
13 non autem iteratum, vt patet ex processu, †
quo casu singularitatem testium circa diuersita-
tem loci, & temporis benè intrare, & habere
locum, probant Caccialup. in l. admonendi 31. post
num. 84. vers. nisi pars &c. & num. 93. vers. &
hoc expeditum, & nu. 95. vers. & adhuc tamen
&c. ff. de iur. iur. Craue. de antiq. tempor. par. 4.
sect. sed enim n. 2. in fin. Petra de fideicom. quæst.
12. num. 587. & seq. Rim. Iun. cons. 7. nu. 53.
lib. 1. quos refert, & sequitur idem Farinac. d.
quæst. 64. num. 87. & benè declarat Hond. cons.
87. num. 120. & seq.
Quod benè demonstratur etiam hoc dilemmate,
quia, aut Fiscus vult probare actum de sui natu-
ra iterabilem, sed non iteratum, vt in casu no-
stro, & tunc singularitas testium obstat, vt tra-
dunt Caccialup. Cran. Petra. Rim. Iun. Farinac. &
Hond. in loc. proximè adduct. aut vult probare
actum iterabilem, & etiam iteratum, & tunc,
cum de vno actu deponat vnicus tantùm testis,
& alius solùm de alio, licèt non obstet propriè
singularitas, de qua loquitur Farinac. in loc. su-
pra cit. tamen cū vnusquisque actus habeat pro
se vnum tantùm testem sine conteste, actus dici
non potest probatus, cum intret vulgare illud
pronunciatum Vox vnius, vox nullius, de quo
in cap. licèt vniuersis 23. & in cap. veniens 10.
& in cap. in omni negotio 4. de testi. et in l. iusiurā-
di 8. C. eod. tit. & tradunt Farinac. de testi. quæst.
63. in prin. & declarat in terminis nostris Hond.
d. cons. 87. num. 120. & seq. lib. 2. videndus,
& Caball. resol. crim. casu 293. num. 19. 20. &
pluribus seq.
Non obstat tertiò, quod allocutio etiam non dolo-
sa cum Bannitis sit punibilis ex Baiard. ad Clar.
§. fin. quæst. 90. nu. 53. quia Baiar. ibi hoc non
dicit, sed solùm recitat Bullæ Sixti Papæ Quin-
ti tenorem, vt ibi est videre, imò Baiar. tenet
contrarium in d. §. fin. quæst. 82. num. 40. vbi
dicit, Constitutionem prohibentem allocutio-
nem cum Bannitis habere locum in allocutione
facta in damnum regiminis, & non aliàs, & qua-
tenus Baiar. contrarium sentiret, malè quidem
14 sentiret, † cum contra eum adsit communis
Doctorum opinio, vt ex Hond. Farinac. Guazzi.
Cinac. & alijs probaui in alia allegatione num.
29. cum quibus pertransit Vermiglio. post hæc
scripta visus cons. crim. 231. num. 22. ac adsit
etiam Sac. Consultæ obseruantia, de qua testa-
tur Farinac. de consult. & mand. quæst. 133. nu.
57. in fin. & dixi ego allegat. præced. num. 32.
quæ non repeto.
Neque pariter nocet, quod dolus præsumatur ex
scientia banni ex pluribus, & primò, quia in
casu, de quo agitur, scientia banni non concur-
15 rit. † quia, licèt Simon Ricciatius fuerit banni-
tus in loco solito, non tamen fuit postea publi-
cè condemnatus, nec illius cōdemnatio fuit pu-
blicata, vndè populus potuit illam ignorare,
cogitando, quod illa fortè non fuerit sequuta,
vel quia reus comparuerit, vel quia alia de cau-
sa fuerit dilata, vt benè probat Ladercb. cons.
204. in prin. & non dissentit Farinac. de consult.
& mand. d. quæst. 133. num. 133. & seq.
16 Maximè cum bannum fuerit publicatum in
Ciuitate Eugubij, non autem in Terra Cantia-
ni, quæ distat a dicta Ciuitate per decem mil-
liaria, & sic de eo præsumitur ignorantia, vt
tradunt Bertazol. cons. 125. num. 4. & 5. vbi di-
cit, quod bannum publicatum in vna Ciuitate,
vel Oppido non inducit præsumptionem scié-
tiæ in alia Ciuitate, vel Oppido Rimi. Iun. cons.
635. num. 42. lib. 2. vbi dicit, quod habitantes
in Villa præsumuntur ignorare bannum prolatū
in Ciuitate, vel Oppido Balth. Theg. in tract.
crim. par. 12. nu. 21. vbi dicit, quod præsumi-
tur ignorantia banni, quod in loco receptatio-
nis non fuit publicatum, quos refert, & sequi
videtur Farinac. de consult. & mand. quæst. 133.
num. 116. & num. 127. Eugen. cons. 87. per tot.
lib. 2. latè comprobans, & dicens, ita fuisse iudi-
catū, videndus, tenuit etiā Vermiglio. cons. crim.
434. num 21. post hæc scripta visus, vbi dicit,
quod existens in Comitatu præsumitur ignorare
bannimenta facta in Ciuitate.
17 Ad incurrendam verò pœnam, de scientia de-
bet constare concludenter, & non sufficit præ-
sumptiua Farinac. cons. 125. num. 8. Vermiglio.
cons. crim. 146. num. 5. Rot. apud Buratt. decis.
282. num. 10. & apud Duran. decis. 426. n. 16.
& sequen.
18 Secundò, quia, vt sit locus pœnæ contra allo-
quentes cum Bannitis, vel cum eis conuersantes,
vigore dictæ Bullæ non est sufficiens simplex
dolus

dolus, qui consistit in simplici contrauentione Bullæ prædictæ, de quo loquitur *Baiard. d. quæst. 90.* exaduerso allegatus, sed requiritur dolus præiudicialis, qui tendat in damnum Fisci, vel Reipublicæ, vt, puta, in dando ei auxilium, vel consilium ad effectum euadendi a Curia, accomodando ei arma ad delinquendum, illum occultando, & similia, vt benè declarant *Farinac. in d. quæst. 133. num. 55. & seq. Hond. d. cons. 88. n. 36. Cauat. in d. cons. de banni. apud Carpa. num. 68. Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 22. Ciriac. d. contro. 345. num. 55. & seq.* & alij per me adducti *allegat. præceden.*

19 Qui dolus, seu fraus in præiudicium Fisci, vel Reipublicæ non præsumitur, nec inducitur ex scientia banni, cum sit quid diuersum ab ipsa allocutione, seù conuersatione, cum non sequatur, Titius allocutus fuit, vel cõuersatus fuit cum Bannito publico, ergò locutus, vel conuersatus fuit in damnum Fisci, vel Reipublicæ; ad tex. *in l. non hoc 4. C. vndè legit. & in l. neque natales 10. C. de prob.* cũ alijs apud *Barbo. axiom. 191. num. 2.* meritò ista allocutio, & conuersatio quod fuerit dolosa, idest præiudicialis, debet per Fiscum probari, vt not. *Hond. in d. cons. 88. num. 38. Farinac. in d. quæst. 133. num. 57. & Ciriac. in d. contro. 345. nu. 57.* & alij Doct. per me adducti *in allegat. præceden. num. 31.* & ita tenet ipsemet *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 82. num. 40.* vbi dicit, Constitutionem prohibentem, loqui cum Bannitis habere locum, si allocutio fiat in damnum Regiminis, & non aliàs, vt ibi per eum.

Quod verò adducta pro dicto Inquisito procedant
20 data ignorantia banni est friuolum, † cum, data dicta ignorantia, nullus sit locus pœnę, vt tradunt *Gomez var. resol tom. 3. de delict. cap. 3. sub num. 50. Menoch. de arbitr. casu 348. nu. 15. & in add. ibi num. 4. Gabr. cons. 168. num. 3. lib. 2. & cons. 169. num. 11. & seq. eod. lib. 2. Simon de Prat. cons. 81. num. 6. & seq. Gail. de pace pub. lib. 2. cap. 10. num. 6. & seq. Laderch. cons. 204. per tot. Mascar. de prob. concl. 1258. num. 3. vol 3. Decia. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. num. 70. Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 90. nu. 36. et seq.* & latè comprobat *Farina. de consult. et mand. quæst. 133. num. 103.* alios quamplures adducens ita sentientes, & Doctores volentes, allocutionem, & conuersationem cum Bannitis non dolosam, nec præiudicialem Reipublicæ non puniri, supponunt banni scientiam in alloquente, & conuersante, vt ex eis clarè est videre, meritò &c.

Neque vllum sequitur absurdum, quod allocutio, & conuersatio cum Bannitis non præiudicialis Fisco, vel Reipublicæ non sit punibilis, quia Bulla Sixti V. tot pœnas indixit contra conuersantes cum Bannitis, & cum illis tractantes, & alloquentes, ne quietus Reipublicæ status per-
21 turbetur, vt ex illius proemio videre est, † ex quo sumitur ratio finalis illius *Bero. cons. 141. num. 8. lib. 3. Corn. cons. 79. num. 16. lib. 3. Rota apud Greg. XV. decis. 531. num. 5.* allocutio autem, & conuersatio cum Bannitis, non dolosa, nec præiudicialis Fisco, vel Reipublicæ
22 non perturbat quietum statum illius, † meritò cessare debet Bullæ dispositio *leg. adigere 6. §. quamuis ff. de iure patr. Cenc. de cens. quæst. 53. num. 10.* & post *Marsil Bursatt. et Bertazz.* per eum adductos tradit *Vermiglio. cons. crim. 136. num. 4.* & sic nullum sequitur absurdum.

Ex quibus censeo, motiua contra Inquisitum adducta esse sublata, & ipsum esse in casu absolutionis iuxta aliàs ad eius fauorem per me adducta.

D. Ioseph Inquisitus obtinuit, quia Eminentissimus, et Reuerendissimus D. Cardinalis Grimaldus Vrbini tunc Prolegatus, visis prædictis, mandauit, illũ pro dicta causa vlterius non molestari de Mense Decembris anni 1639. Laus Deo, et Virgini etc.

ARGVMENTVM.

Bulla Sixti V. contra alloquentes, vel conuersantes cum Bannitis an habeat locum, quando allocutio, & conuersatio non est in damnum Fisci, vel Reipublicæ, & sic non dolosa. Scientia banni lati in vno loco quando præsumatur in alio loco. Tolerantia Banniti an excuset conuersantes cum eis a pœna Constitutionis. Testes singulares quando probent, maximè actum iterabilem. Vnus testis de visu quando faciat indicium ad torturam. Testes varij quando probent.

SVMMARIVM.

1. *Constitutio prohibens conuersationem cum Bannitis non habet locum, quando conuersatio non est dolosa in damnum Fisci, vel Reipublicæ.*
   Quod procedit etiam in terminis Bullæ Sixti Papæ Quinti. num. 7.
2. *Proclama, quo aliquid prohibetur ad euitandam malum, non operatur, si illius finis non violatur.*
3. *Conuersatio cum Bannitis quod fuerit dolosa, non præsumitur, sed est probandum.*
4. *Testis Fisci, licèt vnicus, contra inducentem plenè probat.*
   Et eò magis, si sint plures. num. 13.
5. *Clandestinitas actus doli præsumptionem inducit.*
6. *Fama bona Inquisiti excludit præsumptionẽ doli.*
8. *Stylus Romanæ Curiæ pro lege haberi debet.*
9. *Bulla Sixti Quinti contra Bannitos dicitur facta ad terrorem.*
10. *Conuersatio cum Bannitis non est punibilis sine scientia banni.*

11 Banni

11 *Banni publicati in vno loco non præsumitur scientia in alio loco.*
12 *Pœnam ad incurrendam de scientia debet cõstare concludenter non præsumptiuè.*
14 *Bãnitus vt dicatur toleratus, ne possit occidi, plura requiruntur.*
Quo tamen ad fugiendam pœnam contra conuersantes eum eis qualibet tolerantia sufficit. num. 15.
16 *Causa qualibet excusat a pœna etiam iniusta.*
17 *Testes dicuntur singulares, si deponant de diuerso loco, & tempore.*
Quid, si deponant de actu iterabili, vide. n. 18.
19 *Testis vnus singularis tantum probat, quantum nulle.*
20 *Testes singulares non coniunguntur.*
21 *Testes saltem duo omni exceptione maiores requiruntur ad conuincendum reum.*
22 *Testis vnicus de visu facit contra reum indicium ad torturam.*
Procedit, si sit omni exceptione maior, aliàs secùs. num. 23.
24 *Testis solitus inebriari nõ dicitur omni exceptione maior.*
25 *Inimicus reconciliatus non est omni exceptione maior.*
26 *Testis pauper non dicitur testis omni exceptione maior.*
Maximè si incidit in paupertatem ex proprio facto. num. 27.
28 *Testis, qui dixit scire, & postea nescire, intelligitur nescire præter id, quod supra deposuit.*
29 *Testis vnicus plenè probat fauore defensionis.*
30 *Iudicandum est in dubio, indicia non esse sufficientia ad torturam.*

ALLEGATIO LXXXXVII.



Excellentissime Domine. Indebitè quidem retardatur absolutio D. Io. Baptistę Maggioli de Terra Cantiani inquisiti de allocutione cum Bãnitis contra formam Bullæ Sixti Papæ V. quia, circumscriptis testium depositionibus in processu informatiuo receptis, quas non vidi, & quatenùs de prætensa allocutione constet, quod negatur, quia, inquã,
1 recepta est Doct. conclusio, † quod, vt sit locus pœnæ impositæ contra conuersantes, vel loquentes cum Bannitis, requiritur, quod conuersatio, & allocutio sit dolosa, & ad malum finem vergens in damnum Fisci, vel Reipublicæ, vt scripserunt *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 82. nu. 40. Farinac. de consul. & mand. quæst. 133. nu. 55. & seq.* vbi quamplures adducit ita sentientes, & dicit hoc habere locum, etiam si Constituti pœnam imponens generaliter loquatur, & per verbum (*quoquomodo*) & similia *Hond. cons. 88. num. 36. & seq. lib. 2. Io. Bapt. Cauat. in cons. de banni. impresso cum Comment. Carpa. ad Non. Const. Mediol. num. 68.* qui hoc benè comprobat, & quamplures adducit Doct. authoritates *Guazzin. ad defen. reo. defen. 29. cap. 2. num. 22.* plures pariter adducens ita sentientes, *Ciriac. contro. 345. num. 55. & seq. Quaran. in sum. Bull. in verbo Bannitorum fautores in fin.* latè *Giurba cons. crim. 28. num. 5. 6. & seq. Vermiglio.* post hæc scripta visus *cons. crim. 231. num. 22.*
2 Proclama enim, quo aliquid prohibetur non propter se, sed ad euitandum malum, non illaqueat transgressorem ad illius pœnam, si finis illius non violatur *Felin. & alij in cap. quoniam contra 9. num. 11. de proba. Bursati. cons. 77 num. 8. Felic. allega. 4. num. 20. par. 1. Nizzol. allega. 43. nu. 15.* quos refert, & sequitur *Giurba d. cons. crim. 28. nu. 16.* & sequitur *Vermiglio. d. cons. 231. num. 22.*
3 Quæ quidem conuersatio, vel allocutio quod fuerit dolosa, & ad malum finem, & Fisco, vel Reipublicæ præiudicialis, de iure non præsumitur, sed venit probandum, vt not. *Hond. d. cons. 88. num. 38 in fin. lib. 2. Farinac. d. quæst. 133. num. 57. Ciriac. d. contro. 345. nu. 57. & Giurb. d. cons. crim. 28. n. 12. vers. cunque nullum malum &c.* quod non fuit factum in casu, de quo agitur, meritò &c.
Quod eò magis est dicendum in casu nostro, quia, vt mihi supponitur, Thomas Paulaccius testis
4 Fisci, † (qui licèt vnicus contra eum plenè probat *Farinac. de testi. quæst. 62. num. 213. & seq. & num. 237.* alios adducens sectatores quamplures more suo, latè *Giurb. cons. crim. 84. num. 10.* vbi dicit, hoc procedere, licèt deponat de credulitate, *Vermiglio. cons. crim. 500. num. 3.*) deponit, Inquisitum allocutum fuisse cum dictis Bannitis publicè, & in via publica, ex quo desumitur præsumptio doli exclusiua ad not. *per Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 122. n. 94. & de arbitr. casu 244. num. 1. & seq.* & tradunt *Ceph. cons. 230. num. 13. lib. 2. Boss. in pract. in tit. de decret. Mediol. num. 23.* latè *Farinac. de pæn. temp. quæst. 89. n. 63.* prout ex actu palàm gesto excludi suspicionem fraudis, dixerũt *Posth. de subhast. inspec. 25. in prin. & Rot. apud Greg. XV. decis. 356. n. 5.* & animũ præmeditatum delinquendi *Vermiglio. cons. crim. 15. num 46.*
5 Sicut enim clandestinitas actus doli præsumptionem inducit, vt dicit *Menoch. d. præsumpt. 122. num. 90.* ita, si actus palàm fiat, cessat omnis doli præsumptio *l. non existimo 55 ff. de admi. tuto. l. fin. ff. de ritu. nupt.* cum alijs relatis per *Farinac. d. quæst. 89. num 63.*
6 Et stante etiam bona fama Inquisiti in specie probata, quæ pariter cessare facit doli præsumptio-

sumptionem *Plot. de in litem iur. §. 6. num. 58. Rolan. cons. 11. num. 75. lib. 3. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. num. 28.* quos refert, & sequitur *Farinac. de pæn. temp. quæst 89. n. 44.*

Neque obstat, si dicatur, quod prædicta non habeant locum in terminis Bullæ Sixti V. quæ punit conuersationem cum Bannitis, & allocutio-
7 nem, etiam non dolosam, vt ex ea videre est, † quia *Farinac. & Guazzi.* in loc. supra adductis loquuntur in terminis d. Bullæ, & Sacra Consulta, non obstante d. Bulla, consueuit mandare, Inquisitos de receptatione, conuersatione, &, quod plus est, de auxilio præstito Bannitis non molestari, quando non est dolosa, nec in damnum Fisci, vel Reipublicæ, vt in casu nostro, vt testatur *Farinac. d. quæst. 133. num. 57. in fin.* vbi subiungit, quod aliàs nimis inhumanum esset tàm graui pœna sinè dolo errantes punire, vt ibi per eum.

8 Qui quidem Stylus Romanæ Curiæ, & præsertim Sac. Consultæ, in qua tot viri doctrina, prudentia, & probitate vitæ conspicui præsunt, haberi debet pro lege, ita vt contra illum ire ad instar Sacrilegij sit, vt not. *Lazar. de blasph. in tit. de opin. elig. in contro. num. 45. & seq.* & in terminis decisionum Rotæ Rom. scribit *Paul. Rub. in præfat. ad studio. in prin. 7. par. decis. rec. num. 241. et seq.*

9 Et eò magis, cum d. Bulla Sixti V. imponens tàm grauem pœnam vltra dispositionem iuris communis, dicatur facta potiùs ad terrorem, quàm ad effectum illam executioni demandandi, vt post *Bald. Gram. Rim. Iun. Mascar, et alios* per eum adductos dicit *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 23. vers. nec non etc.*

Secundò, quia non constat, D. Io. Baptistam inquisitum habuisse scientiam, Simonem, cum quo prætenditur fuisse allocutum, fuisse Banni-
10 tum, † sinè qua allocutio, & conuersatio cum Bannitis non est punibilis, vt voluerunt *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 90. num. 36. et seq. Gandi. in tit. de banni. pro malef. num. 15.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum Senis per decē Assessores, *Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. sub num. 50. Menoch. de arbitr. casu 348. num. 15. et ibi Add. num. 4. Gabr. cons. 168. num. 3. et cons. 169. num. 11. et seq. lib. 2. Simo. de Præt. cons. 81. num. 6. et seq.* vbi dicit, hoc esse indubitatum *Gail. de pace pub. lib. 2. cap. 10. num. 6. & seq. Decia. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. n. 70. Mascar. de prob. concl. 1258. num. 3. lib. 3.* latè *Farina. de consult. et mand. quæst. 133. num. 103.* alios adducens sectatores, plenè *Giurb. cons. crim. 27. per tot.*

11 Quod eò magis est dicendum, cum bannum contra Simonem fuerit publicatum in Ciuitate Eugubii, non autem in Terra Cantiani, quæ longè ab ea distat, & sic de eo præsumitur ignorantia *Bertaz. cons. 125. n. 4. & 5.* vbi dicit, quod bannum publicatūm in vna Ciuitate, vel Oppido non inducit præsumptionem scientiæ in alia Ciuitate, vel Oppido, benè *Vulpell. cons. crim. 116. num. 2. Laderch. cons. 204. num. 2. & 3. Rim. Iun. cons. 635. num. 42. lib. 2.* vbi dicit, quod habitantes in Villa præsumuntur ignorare bannum factū in Ciuitate, vel Oppido, *Barth. Theg. in tract. crim. par. 12. num. 21.* vbi dicit, quod præsumitur ignorantia banni, quod in loco receptationis non fuit publicatum, quos referēdo sequi videtur *Farina. de consult. & mand. quæst. 133. num. 116. & nu. 127.* quibus addo *Vermiglio. cons. crim. 434. n. 21.* vbi dicit, quod existens in Comitatu præsumitur ignorare bannimenta facta in Ciuitate, benè *Giurb. d. cons. 27. num. 22. Eugen. cons. 87. per tot. lib. 2.*

12 Ad hoc autem, vt incurratur pœna, de scientia debet constare concludenter, & non sufficit præsumptiua scientia *Laderch. d. cons. 204. n. 2. & 3. Farinac. cons. 125. nu. 8. Vermiglio. cons. crim. 146. num. 5. Rota apud Burat. decis. 282. num. 10. & apud Duran. decis. 426. num. 16. & sequen.*

Addo prædictis, quod licèt Simon Ricciattus fuerit bannitus in loco solito, non autem fuit postea publicè condemnatus, nec illius condemnatio fuit postea publicata, vndè populus potuit illam ignorare, cogitando, quod illa fortè non fuerit sequuta, vel quia reus nō comparuerit, vel quia alia de causa fuerit dilata, vt probat *Laderch. d. cons. 204. in prin.* & non dissentit *Farinac. d. quæst. 133. num. 133. & seq.*

Tertiò d. Inquisitus venit absoluendus, quia dictus Simon Bannitus in Terra Cantiani erat toleratus, & non reputabatur pro Bannito, cum publicè conuersaretur in dicta Terra, vt pobant Thomas Paulaccius testis Fisci, ibi *il Maggioli parlaua con Simone di giorno nella Pizza di S. Giouanni auanti la Chiesa della Piene publicamente & alla presenza di più persone,* & D. Carolus Sanctus pariter testis Fisci, ibi *& il Prete li portaua da magniare publicamente, perche si teneua, che*
13 *non fossero Banditi,* † qui contra Fiscum benè probant *Eugen. cons. 63. num. 27. lib. 1. Surd. cons. 50. num. 20. lib. 1. Thob. Noni. cons. 96. num. 10. Hond. cons. 102. num. 13. & cons. 99. nu. 16. & seq. lib. 1. Farinac. de testi. quæst. 62. num. 237.* latè *Guazzi. ad defen. reo. defen. 33. cap. 14. num. 11.* quod est certissimum, cum sint plures, & coadiuuentur ex depositionibus testium ad defensam examinatorum.

14 Licèt enim respectu ipsius Banniti, vt non possit occidi, & similia, vt dicatur toleratus, plura requirantur, vt not *Cauat. in d. cons. impresso apud Carpa. ad Nou. Constit. Mediol. num. 81. & seq. Farinac. de consult. & auxil. d. quæst. 133. num. 49. & seq. Laderch. cons. 205. num. 1. & seq.*

seq. & Calui. de æquit. lib. 2. cap. 100. in fin.
15 Respectu tamen conuersantium, vel loquen-
tium cum Bannito tolerantia, sinè dubio siuè
iusta, siuè iniusta semper excusat conuersantes,
& loquentes cum eo, vt tradunt *Bertaz. cons.*
125. nu. 8. Surd. cons. 170. nu. 24. lib. 2. Rimi.
Iun. cons. 28. num. 6. lib. 1. & cons. 635. num.
40. & seq. lib. 6. & benè comprobat *Cauat. in d.*
cons. de quo supra, nu. 87. & seq. alios adducens
ita sentientes, cũ quibus sentit *Farinac. d. quæst.*
133. n. 57. alios pariter referens concordantes.
Cum equidem negari nõ valeat, quod videre Ban-
nitum publicè conuersari per vias, & plateas
non præstet iustam causam credendi, illum non
esse bannitum, vel esse rebannitum, vel habere
Saluumconductum a Principe, & similia, vt tra-
dunt *Doct. supra adducti*, & præcipuè *Cauat. &*
Farinac. in loc. cit. & Bertaz. cons. 439. num. 9.
& cons. 440. num. 1. & seq. & Adden. ad Ber-
taz. cons. 126. versic. quanto & versic. ad hæc &c.
16 A pœna autem qualibet causa excusat, etiam
leuis, & iniusta *Tiraq. de pæn. temp. causa 43. n. 5.*
Gabr. comm. concl. de malef. concl. 8. nu. 9. &
seq. Menoch. de recup. posses. remed. 3. num. 624.
vbi contrarium tenentes refellit, & *remed. 5. n.*
55. & seq. Caph. cons. 140. nu. 31. lib. 2. Franc.
Becc. cons. 78. num. 28. & cons. 98. num. 17.
Hond. cons. 105. num. 24. & seq. lib. 1. benè
comprobans, & contrariis respondens, prout
facit & *Farina. de pæn. tempe. quæst. 90. num. 4.*
dicens, hanc esse verissimam conclusionem.
Neque venit omittendum pro tollẽda omni ama-
ritudine, siqua contra Inquisitum remaneret,
quod, vt mihi supponitur, duo tantùm testes de-
ponunt contra Inquisitum super prætensa allo-
cutione, nempè Thomas Paulaccius, & Io: Bap-
17 tista Marii, † qui, cum vnus deponat, vidisse In-
quisitum alloquentem cum dicto Bannito de
vno tempore, & vno loco, & alius de alio tem-
pore, & alio loco, nulli dubium est, quod non
solùm non sunt contestes, imò sunt singulares
singularitate diuersificatiua, & ideò non pro-
bant *Ludo. decis. Perus. 9. n. 12. Farin. de testi. q.*
64. n. 7. & n. 55. & n. 87. alios adducens concor-
dantes *Hond. cõs. 87. n. 123. & seq. lib. 2. Vermigl.*
cons. crim. 236. num. 1. & cons. 433. num. 18.
18 Quibus non obstat, quod testes deponentes
de diuerso loco, & tempore non dicuntur sin-
gulares, quando deponunt super actu iterabili,
vt in casu nostro ex *Farina. de testi. d. quæst. 64.*
num. 85. quia, aut Fiscus vult probare actum
de sui natura iterabilem, sed non iteratum, &
tunc, cum testes deponant vnus de vno loco,
& tempore, & alius de alio, dicuntur singulares
singularitate diuersificatiua, & non probant, vt
tradunt *Ludo. Farin. Hond. & Vermiglio. in loc.*
proximè adduct. & Doct. per eos allegati, aut
vult probare actum iterabilem, & etiam itera-
tum, & tunc, cum vnusquisque actus habeat pro
se vnum tantùm testem sinè conteste, actus non
probatur ex singularitate testium, cum iutret
vulgatũ illud dictum Vox vnius, vox nullius, de
quo *in cap. licèt vniuersis 23. in cap. in omni ne-*
gocio 4. de testi. & in l. iurisiurandi 8. C. eod. tit.
Farina. de testi. q. 63. num. 1. & in terminis de-
clarant *Hond. cons. 87. num. 120. et seq. lib. 2.*
et Caball. resol. crim. casu 293. num. 19. 20. et
seq. cent. 3.
Ex quibus benè infertur, quod d. Inquisitus non
potest dici conuictus ex depositionibus dictorũ
duorum testium deponentium de allocutione
facta diuerso loco, & tempore, quia si Fiscus
illum vult punire de vnica allocutione, & non
19 potest, † cum stante d. diuersitate testium in lo-
co, & tempore, dicatur habere vnicum tantùm
testem, licèt essent mille, vt post *Caccialup. Al-*
bert. & Ludo. per eum relatos declarat *Farinac.*
de testi. d. quæst. 64. num. 39. & seq. & ante eos
dixit *Bald. in l. iurisiurandi 8. num. 4. C. de testi.*
quem refert, & sequitur *Caren. de Offic. S. Inquis.*
par. 3. tit. 6. num. 29. alios adducens concor-
20 dantes, † & cum dicti testes non coniungantur,
vt latè comprobat *Farina. de testi. d. quæst. 64.*
num. 33. quamplures referens ita sentientes,
benè *Caren. in d. tit. 6. num. 29. & seq.*
Si verò vult illum punire de duabus allocutionibus,
& pariter non potest, cum habeat vnicum tan-
tùm testem de qualibet allocutione deponen-
21 tem, vt patet, † ad conuincendum autem reum
requirũtur saltem duo testes de eodem actu de-
ponentes, qui sint contestes, & omni exceptio-
ne maiores *Bald. Salic. & alij in l. fin. C. de prob.*
Batard. ad Clar. §. fin. quæst. 66. n. 3. Ludo. decis.
Lucens. 13. nu. 60. Caball. resol. crim. casu 288.
num. 2. Giurb. cons. crim. 71. n. 2. addo *Farina.*
de testi. quæst. 63. num. 233. alios referentem
quamplures *Guazzi. d. defen. 33. cap. 14. nu. 5.*
22 Quibus non obstat, quod cum allocutio præ-
dicta cum Bannitis habeat vnum testem de il-
la deponentem, ex d. depositione oriatur sal-
tem contra Inquisitum indicium ad torturam
Præses Abano de reat. quæst. 19. n. 22. ex Bart.
in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæst. cum alijs re-
latis per *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6.*
nu. 29. & in terminis voluit *Farin. d. quæst. 64.*
num. 47.
23 Quia dicta conclusio, habet locum, quando
vnicus testis non solùm deponit de delicto de
visu, sed etiam est omni exceptione maior, &
inuulnerabilis, quia tunc benè facit indicium
ad torturam, aliàs secùs, vt tradunt *Bart. in d.*
§. idem Cornelio, Clar. in pract. crim. §. fin. quæst.
22. versic. breuiter tu dic &c. & versic. vnum ta-
men. etc. Pegner. decis. crim. 17. num. 36. Fa-
rinac. de indic. et tortu. quæst. 36. n. 54. et quæst.
57. num. 58. et seq. et d. quæst. 64. n. 47. Præses

Abano dict. quaest. 19. *num.* 22. *Gilbens. in arbo. iudic. crim. cap.* 6. *par.* 7. *num.* 52. *et seq.* benè que declarat *Caren. d. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 29. *et seq.* vbi testatur de communi Doct. opinione, & *Guazzin. ad defen. reo. defen.* 30. *cap.* 30. *post num.* 2. qui alios adducunt concordantes, & dicunt, quamlibet exceptionem sufficere, vt ibi per eos.

24 Quod non cõcurrit in casu nostro, quia Thomas est solitus inebriari, vt deponunt omnes testes defensiui super 6. *articulo*, & sic non est testis idoneus, licèt tempore depositionis non esset ebrius *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. *in fin. Farina. de testi. quaest.* 56. *num.* 436.

Item adest causa inimicitiae inter eum, & Inquisitũ ex occisione sororis consobrinae, & licèt testes

25 deponant de aliqua reconciliatione, † inimicus tamen reconciliatus non est testis omni exceptione maior, vt dicit *Clar. in prac.* §. *fin. quaest.* 24. *versic. sed quid, si sequuta &c.* quem sequitur *Farina. de testi. quaest.* 53. *num.* 63. addo *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 8. alios adducentem, & hoc quò ad allocutionem, de qua deponit d. Thomas.

26 Et idem est quò ad aliam allocutionem, de qua deponit Io. Baptista q. Marij tantùm, cum neque ipse sit omni exceptione maior in criminalibus, cum sit pauperrimus, vt deponunt omnes testes defensiui *super* 12. *articulo* vt probãt *Ruin. Alex. Campeg. Osasch. & Suar.* quos refert, & sequitur *Farina. de testi. quaest.* 57. *num.* 15. vbi testatur de communi opinione, *num.* 101.

27 *& per totam quaest.* vbi hoc benè comprobat, † maximè cum in paupertatem inciderit proprio facto, quo casu omninò repelli pauperem a testificando, voluerunt *Bald. Soci. Cotta Corrad. Menoch. Gabr. Mascar. & alij*, quos refert, & sequitur *Farina. de testi. d. quaest.* 57. *n.* 45. vbi testatur de communi opinione, & cum quibus pertransit *Menoch. de arbitr. casu* 96. *nu.* 10.

Neque nocet, quod Franciscus Magnus, & Hieronymus Piccinus testes defensiui super 7. *articulo, & interrogatorio* videantur varii, cum deposuerint, Bartolomaeum Florium deferre odium contra Io. Baptistam Sebastiani, & postea de-

28 posuerint id nescire, † quia non ob id dicuntur varii, vel contrarij, quia intelligi debent nescire, praeter id, quod supra dixerunt, vt docet *Vermiglio. cons. crim.* 249. *num.* 4. & declarat *Rota decis.* 141. *num.* 10. *par.* 2. *diuer. & apud Grego. XV. decis.* 248. *num.* 14. *& ibi Adden. num.* 16. *& decis.* 277. *num.* 3. *& ibi pariter Adden. num.* 8. *& decis.* 487. *num.* 3. *& decis.* 547. *per tot. & decis.* 578. *num.* 8.

Secundò nõ nocet d. variatio, quia dictas exceptiones ebrietatis, & paupertatis contra dictos testes benè probãt duo alii testes, nempè primus, & tertius, qui non sunt varii inter se, meritò

29 &c. † Maximè cum sufficeret probatio per vnũ tantùm testem, qui fauore defensionis plenè probat *Vulpell. cons. crim.* 67. *num.* 8. *Natt. cons.* 41. *n.* 23. *lib.* 4. *Hond. cons.* 112. *n.* 7. *lib.* 1. *Farinac. de testi. quaest.* 63. *num.* 42. *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 3. *num.* 12. qui alios adducunt sectatores, & testantur de communi opinione.

Ex quibus apparet manifestè, ex depositionibus dictorum testium nullum oriri indicium ad torturam contra Inquisitum, cum sint singulares, & non omni exceptione maiores, quod si aliqua adesset dubietas, quod non credo, idem tamen

30 esset statuẽdum, † cum in dubio Iudex iudicare debeat, indicia non esse sufficientia ad torturã, vt scribit *Ciriac. contro.* 206. *n.* 55. *Caball. resol. crim. casu* 300. *num.* 145. *Guazzi. d. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 4. *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 24.

Quare &c. saluo &c.

Secundùm praedicta iudicatum fuit per Perillust. & Excellentissimum D. Laurentium de Meis Mondulphensem Iudicem delegatum, qui Inquisitum praedictum absoluit de anno 1640. Laus Deo, et Virgini Deiparae &c.

ARGVMENTVM.

Assertio mulieris stupratae quando faciat indicium ad torturam contra stuprantem. Et quid si concurrant adminicula, & quaenam adminicula sint sufficientia, & quomodo esse debeant probata, & per quot testes, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Stupratae assertio facit indicium contra stuprantem cum adminiculis, aliàs secùs.*
2 *Offensum se faciens dicitur deponere in causa propria.*
3 *Fama facit adminiculum dicto socij criminis.*
4 *Fama non probatur per testem non nominantem authores, & non reddentem causam scientiae.*
5 *Dictio (multis) verificari potest in duobus.*
6 *Fama vt probetur, requiritur, quod testis dicat audiuisse a maiori parte populi.*
7 *Fama, vt indicium remotum, probari debet per duos testes.*
8 *Fama reprobatur per testes dicentes, nihil dici audiuisse.*
9 *Testes de auditu adminiculãtur dictum socij criminis.*
10 *Testis depositio non probat pendens ab eo, cuius testimonium non probat.*
11 *Socij criminis dictum adminiculatur ex conuersatione*

fatione cum socio nominato.

12 *Famula, & domestica accusatoris non probat.*

13 *Adminicula probari debēt per testes omni exceptione maiores.*

14 *Adminicula probari debent per duos testes contestes.*

15 *Depositio socij criminis non facit indicium, si faciat se accusatorem.*

16 *Socij criminis nominatio non facit indicium contra socium sinè tortura.*

17 *Socij criminis periuri non facit indicium contra nominatum.*

Neque quando socius patitur alios defectus. num. 18.

Quicquid de consuetudine seruari dixerit Clar. §. fin. quaest. 21. num. 19.

20 *Testis deponens per verbum (credo) probat fauore defensionis.*

21 *Pauper, licèt non repellatur in totum à testificando, non est tamen integer testis.*

Et, si cum eo concurrat alius defectus, omninò repellitur. num. 22.

23 *Testis vnicus fauore defensionis plenè probat.*

24 *Vilitas sola, licèt testem non repellat, multùm tamen ei facit de fide diminuere.*

Et coniuncta cum alio defectu, & praecipuè cum paupertate omninò repellit num. 25.

26 *Mulier vagabunda praesumitur inhonesta.*

27 *Testis de auditu probat fauore defensionis.*

28 *Socij criminis depositionem infringunt duo defectus.*

29 *Accusatore non probante, reus est absoluendus.*

30 *Fama bona elidit contrariam. Fisci praesumptionem.*

Et tollit depositionem socij criminis. n. 31

ALLEGATIO LXXXXVIII.



Xcellentissime Domine. Pro absolutione Federici Baptistae de Villa Balbani Territorii Terrae Canciani ab accusatione contra eum porrecta per Laudinum q. Simonis de eadem Villa, quod stuprauerit D. Lucretiā eius sororem, considerandum est, quod licèt

1 sit vera conclusio, † quod assertio stupratae faciat indicium ad torturam contra stuprantem concurrentibus aliis adminiculis, aliàs secus, vt tradunt *Boss. in pract. in tit. de indic. num. 160. & seq. Farinac. de indic. & tortu. quaest. 43. nu. 99. cum pluribus sequen.* vbi dicit, hanc esse communem Doct. opinionem, & quod ita obseruat practica, vt ibi per eum alios quamplures referentem *Hond. cons. 100. num. 11. & seq. lib. 1. Guazz. ad defen. reo. defen. 4. cap. 6. num. 14.* latè *Caball. resol. crim. cent. 2. casu 200. n. 113. & seq. Vermiglio. cons. 113. nu. 9. Giurb. cons. crim. 37. num. 17. & num. 401. idem Farinac. cons. 216. num. 1.*

2 Cum D. Lucretia asserendo se stupratam à dicto Federico faciat se offensam, & sic dicatur deponere in causa propria contra tex. in l. nul. lus 10. ff. de testi. & in l. omnibus 9. C. eod. tit. & in puncto scribit *Caball. d. casu 200. nu. 113. & 124. Giurb. loc. cit.*

In casu tamen, de quo agitur, depositio assertae stupratae nullum facit indicium, nec praesumptionem quidem contra d. accusatum, ex pluribus, & primò, quia cum ea nullum concurrit adminiculum, nec praesumptio, quod illam adiuuare possit, vt discurrendo dicta testium examinatorum clarè demonstrabitur, non quidem facit adminiculum fama, de qua deponere videntur Augustinus Marsilij primus testis in processu informatiuo fol. 10. & Marinus Francisci fol.

3 20. † quam pro adminiculo in hoc casu considerāt *Calea. Crave. Blanc. Gram. Carrer. Montiell. & Decia.* quos refert, & sequitur *Farin. de indic. & tort. quaest. 43. num. 169.*

Quia Augustinus deponit, *si va dicendo per la Villa da molti, che D. Lucretia sij gravida; e che sia stato Federigo &c.* qui testis, cū deponat de fama informiter, non reddens causam, non nominando authores, & absque aliis famae requisitis, nullam inducit famae probationē, ad tradita per *Farin. de indic. & tortu. quaest. 47. per tot. per Caball. d. casu 200. num. 122. & seq.* & per *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 64. & seq.*

Quod est certissimum in casu nostro, cum d. testis

5 deponat *si vā dicendo da molti*, † quae dictio verificari potest in duobus *Deci. in cap. 1. num. 20. de appell. Crave. cons. 260. n. 7. Ruin. cons. 64. num. 12. & cons. 59. num. 9. & cons. 44. nu. 3. vol. 4.* quos in puncto refert, & sequitur *Ancar. quaest. famil. lib. 2. quaest. 55. num. 14.* † testis verò deponens de fama, vt illam probet, debet deponere, audiuisse à maiori parte populi *Bart. in l. de minore 10. §. plurimùm num. 13. & seq. ff. de quaest. Curt. Iun. cons. 172. num. 9.* in terminis *Ancar. d. quaest. 55. num. 15. Farinac. d. quaest. 47. num. 137. Caren. d. par. 3. tit. 10. n. 70. Marquar. Freher. de fama lib. 1. cap. 6. n. 13.*

Marinus verò alter testis deponens, publicè dici audiuisse, remanet solus ad probandam famam,

7 & sic illam non probat, † quia cum illa sit indicium valdè à delicto remotum debet concludenter probari saltem per duos testes, vt post *glos. Bart. Marsil. Gand. Abb. Salic. Deci. Foller. Villalo. Castr. Corrad. Hier. de Monte, Bertaz. Vtui. Rimi. Iun. Mascar. Hier. Lauren.* & alios per eum relatos tradit *Farinac. d. quaest. 47. n. 208.* & post eum *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 66.* in terminis de adminiculo coadiuuante dictum socii criminis probando per duos testes *Guazz. defen. 38. cap. 8. num. 3.* vt

imò, cum dicatur solus deponere de fama, videtur suspectus de falso, vt not. Farinac. d. q. 47. num. 209. alios addúcens Vermiglio. cons 179. numer. 6.

Tollitur autem omnis amaritudo ex depositionibus testium pro Federico examinatorum, qui deponunt, nihil de hoc dici audiuisse in d. Villa,
8 & sic reprobant testes de fama deponẽtes, quia, si adesset fama, etiam alii testes sciuissent, cum eorum, quæ publicè fiunt, vel dicuntur, scientia præsumatur, non ignorantia. Hora. Luti int. cons. crim. diuers. cons. 161. n. 33. lib. 1. Craue. cons. 57. num. 9. in fin. Bursatt. cons. 219. num. 79. lib. 2. quos refert, & sequitur Farinac. de indic. & tortur. quæst. 47. num. 170. & seq. vbi plures adducit etiam Rotæ Rom. decisiones & cons. 78. num. 36. vol. 1.

Depositiones verò D. Catherinæ Augustini fol. 12. D. Hortensiæ Hieronymi fol. 15. Hieronymi Angeli fol. 17. & D. Angelæ Marini fol. 18. deponentium de auditu asserti stupri, in nihilo ve-
9 niunt attendendæ, † quia, licèt testes de auditu faciant adminiculum dicto socii criminis, ita vt illud euadere faciant sufficiens ad torturam, vt tradunt Soc. cons. 95. col. 4. post medium lib. 3. Cran. cons. 178. num. 3. & Deci. cons. 18. n. 68. lib. 1. quos refert, & sequitur Farinac. de indic. & tort. quæst. 43. num. 163. Hoc tamen non habet locum in casu nostro, in quo omnes testes supradicti deponunt de auditu ab ipsa D. Lucre-
10 tia stuprata, & ideò intrat conclusio, † quod testis non probat, cuius depositio pendet ab eo, cuius testimonium non probaret cap. licèt 47. de testi. Rimi. Iun. cons. 375. num. 30. lib. 4. Rol. cons. 9. num. 34. lib. 3. Ceph. cons. 250. nu. 27. lib. 2. Surd. cons. 135. num. 96. lib. 1. Hond. cons. 102. num. 58. lib. 1. Farinac. de testi. q. 69. num. 85. Ciriac. contro. 150. nu. 22. Ne maior adhibeatur fides copiæ, quàm originali, vt tradunt Hond. Rola. & Farinac. in loc. proximè adductis, & post eos Calui. de æquit. lib. 1. cap. 30. num. 27. post hæc scripta visus.

Neque pariter adminiculum aliquod sumi potest ex depositione D. Benedictæ Vbaldi in proc. informatiuo fol. 21. deponentis, quod Federicus Inquisitus versabatur in domo ipsius stu-
11 pratæ, † quam conuersationem considerant pariter pro adminiculo in hoc casu Gram. Carrer. Monticell. & Menoch. quos contra Natt. refert, & sequitur Farinac. de indic. & tort. quæst. 43.
12 num. 171. ex duobus, & primò, † quia dicta mulier est famula, & domestica Landini Accusatoris, vt ipsamet deponit, & ideò nullã facit probationem Gabr. com. concl. de testi. concl. 10. n. 4. Paris. cons. 67. nu. 85. lib. 3. & in puncto cons. 54. num. 50. lib. 4. Rol. cons. 41. nu. 25. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12 sub num. 15. Mascar. de prob. concl. 758. num. 1. lib. 2. latè Farinac. de testi. quæst. 55. num. 135. alios adducens.

13 Maximè cum testes probantes adminicula debeant esse omni exceptione maiores Alba. cons. 56. num. 28. lib. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. num. 18. latè Farin. de indic. & tort. quæst. 37. nu. 18. & seq. vbi hanc opinionem dicit veriorem, & probabiliorem, & quamplures adducit ita sentientes, & contrarium tenentes refellit Guazzi. ad defen. rea. defen. 30. cap. 31. num. 3. versic. & etiam Doctores &c. Ciriac. contro. 106. nu. 44. benè Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 22. & seq. vbi testatur de magis communi opinione Suar. de Paz in prac. sacul. & Eccles. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. nu. 41. cum in materia torturæ, quæ est res periculosissima, & grauissimi præiudicii nõ sint laxandæ habenæ, vt considerant Doct. supradicti, & præcipuè Caren. loc. cit. vbi dicit, quod Iudices timentes Deum parũ curare debent de doctrina Marsil. & aliorum contrarium tenentium.

14 Secundò, quia dicta mulier est vnica, † adminicula verò probari debent per duos testes contestes, vt post glos. Ang. Bart. Alex. Bald. Marsil. Cepol. Clar. Bursat. Alb. Osasch. & alios per eũ adductos tradit Cabal. resol. crim. cent. 2. casu 200. n. 129. Farin. de indic. & tortu. quæst. 37. num. 13. & seq. alios adducens Guazzi. d. defen. 30. cap. 31. in prin. & in terminis de adminiculo coadiuuante depositionem socij criminis defen. 32. cap. 8. num. 3. addo Caren. de Offic. S. Inquis. d. par. 3. tit. 10. n. 21. & Præsid. Abano de reat. quæst. 19. n. 23. in puncto Paris. d. cons. 54. num. 50.

Secundò principaliter non nocet depositio assertæ Stupratæ, quia illa facit se accusatricem, instando, Federicum puniri, & cogi ad eam dotandã,
15 vt in illius depositione, † vnde eò magis illius depositio redditur inefficax, & nullã facit probationem contra accusatum, vt in his terminis tradunt Horat. Luti. cons. 161. n. 10. inter cons. crim. diuer. tom. 1. Hond. cons. 100. num. 7. & seq. lib. 1. Farinac. de indic. & tort. quæst. 43. num. 192. vbi dicit, quod tunc non magis probat, quàm probaret accusator, seù denunciator, & Guazzin. ad defens. reor. defens. 4. cap. 6. nu. 14. vers. quod magis &c. vbi alios adducit concordantes.

Tertio eius depositio non venit attendenda, & in
16 nihilo afficit Federicum Inquisitum, † quia deposuit sinè tortura, quæ est necessaria, vt dictum socii criminis faciat indicium contra consociũ nominatum Rola. cons. 73. nu. 22. & seq. lib. 1. Osasch. decis. Pedem. 79. num. 38. Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. versic. scias etiam &c. Vulpell. cons. crim. 30. num. 7. & cons. 34. nu. 4. Hond. d. cons. 100. num. 2. & 16. lib. 1. benè comprobans

bans, in puncto Caball. d. casu 200. num. 128. Guazz. d. defen. 4. cap. 6. num. 14. versic. quod magis &c. Farina. de indic. & tortu quæst. 43. n. 134. & seq. vbi dicit, hanc esse magis communem Doct. opinionem, & in practica seruatam, & quamplures adducit Doct. authoritates Vermiglio. cons. 20. num. 13. & cons. 267. n. 8. et cons. 260. num. 17.

Quartò non nocet depositio mulieris prædictæ,
17 quia est periura, † quo casu non solùm non facit indicium ad torturam, sed neque ad inquirendum, etiam si deposuerit cum tortura, vt tradunt Rola. cons. 16. num. 9. et seq. vol. 1. et cons. 73. num. 6. et seq. eod. vol. 1. Caph. cons. 204. num. 32. et cons. 233. num. 6. et seq. lib. 2. Hond. d. cons. 100. nu. 29. et seq. lib. 1. vbi testatur de communi opinione, & benè comprobat Farinac. d. quæst. 43. num. 180. vbi dicit, quod hęc est communis, & indubitata conclusio, & quod consuetudo, de qua testatur Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. non est extendenda extra Statum Mediolani, in quo ipse est versatus, nisi adminicula essent grauissima, vt ibi per eum & cons. 216. num. 6. lib. 3. Vermiglio cons. 272. n. 3. cum quibus pertranseunt Guazz. d. defen. 4. cap. 6. num. 14. vers. quod magis, & Carena de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 52. Ciriac. contro. 150. num. 78.

Quod autem illa sit periura, apparet manifestè ex processu informatiuo, dum fol. 26. deposuit, quod dum Federicus aderat in eius domo ad vigilandum vnà cum D. Magdalena, D. Iacobina, & Luca Augustini, ibi non aderat Landinus eius frater aliò profectus, & de contrario expressè testificantur ipsæ D. Magdalena fol. 33. D. Iacobina fol. 35. & Lucas Augustini fol. 37. meritò &c.

Postremò non est in aliquo attendenda depositio assertæ Stupratæ, quia, vltra quod se facit sociã
18 criminis, vel offensam, † patitur etiam alios defectus, quo casu nullum facit indicium ad torturam contra socium, etiam in criminibus exceptis, vt adnotarunt Rola. cons. 16. num. 20. & seq. & cons. 73. n. 24. & seq. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 474. nu. 54. latè Farin. de indic. & tortu. quæst. 43. num. 178. vbi testatur, hanc conclusionem esse ab omnibus communiter receptam, & quod illa procedit, etiam si socius deposuerit cum tortura, cum tortura non suppleat, nisi vnicum defectum, vt ibi per eum, quamplures adducentem de communi opinione attestantes Eugen. cons. 75. num. 95. vol. 1. Hond. cons. 100. nu. 37. & seq. vol. 1. Osasch. cons. 64. num. 30. Mascar. de prob. concl. 462. num. 25. lib. 1. & concl. 1311. num. 15. & seq. lib. 3. Caren. de Offic. S. Inquis. d. par. 3. tit. 10. num. 52. Ciriac. contro. 150. num. 78. & seq. addo eundem Farinac. d. cons. 216. num. 2. & Vermiglio. cons. 15. num. 39.

19 Quicquid de consuetudine seruari scripserit Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. versic. scias etiam, quem intelligendum esse solùm quo ad Dominium Mediolani, in quo versatus fuit, & vbi testis non patitur multiplicatos defectus, tradunt Farinac. d. quæst. 43. num. 184. Rolan. cons. 94. sub num. 21. et cons. 98. n. 22. vol. 4. et Ciriac. d. contro. 150. num. 82. alios adducens, idem Farinac. d. cons. 216. num. 2. Vermiglio. cons. 272. num. 3.

Dicta verò mulier quamplures patitur defectus, & primò est pauper, vt deponunt primus testis in processu defensiuo fol. 20. & secundus testis
20 in eodem processu fol. 39. † qui fauore defensionis benè probant, licèt deponant per verbum (Credo) Caph. cons. 140. num. 8. & seq. lib. 1. Mazzol. cons. 55. num. 9. vbi testatur de communi opinione, Turrett. cons. 96. nu. 12. latè Farinac. de testi. quæst. 68. num. 77. & seq. vbi quamplures adducit de communi opinione at-
21 testantes, † pauper autem, licèt non repellatur in totum a testificando, maximè quando est probatæ vitæ, non tamen est testis idoneus, & integer, seù, vt alii dicunt, omni exceptione maior, quia paupertas ei diminuit de fide ob periculum corruptionis cap. si testes §. testium fides 4. quæst. 3. cap. in primis 2. quæst. 1. & post Bald. Ancar. Alex. Roma. Soci. Rimin. Parif. Crau. Rip. Caph. Natt. Osasch. Bertaz. Ploc. Crot. Campeg. Cott. Gabr. Menoch. Suar. Mascar. & alios per eum relatos pro regula firmat Farin. de testi. quæst. 57. num. 1. & seq. & eam benè cõprobat, vnde apud Spartiatas in adagio erat neminem pauperem bonum esse, vt refert Calui. de aquit. post hæc scripta visus lib. 2. cap. 101.
22 num. 20. † & quando cum paupertate concurrit aliquis alius defectus, etiam per se non sufficiens ad repellendum testem, vt in casu nostro, tunc paupertas omninò testem reddit inhabilẽ ad testificandum, ex regula, quod vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ benè operantur, vt tradunt Osasch. cons. 66. num. 22. Farin. d. quæst. 57. nu. 46. alios adducens, & Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 68. in terminis Farin. d. cons. 216. num. 3.

Secundò est vilis, cum incumbat custodiæ animalium in ducendo illa ad pascendum, vt deponit
23 primus testis in processu defensiuo fol. 20. † qui, licèt vnicus, fauore tamẽ defensionis benè probat, cum omnis semiplena probatio fauore defensionis habeatur pro plena, & sufficienti Crau. cons. 2. num. 10. Vulpell. cons. crim. 67. num. 8. Mascar. de prob. concl. 491. num. 17. & seq. lib. 1. & concl. 904. num. 10. lib. 2. Hond. cons. 182. n. 27. lib. 1. Farina. de testi. quæst. 63. num. 42. vbi testatur de communi opinione, Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 3. num. 12.

Vilitas

24 Vilitas autem, licèt sola testem a testificando non repellat, multùm tamen facit eidem de fide diminuere, ita vt non dicatur integer testis, vel omni exceptione maior, secundùm opinionem veriorem, de qua post *Bart. Barbat. Crot. Marsil. Brun. Bossi. Albert. Corrad. Natt. & Montieel.* per eum relatos testatur *Farinac. de testi. quæst.* 57. *num.* 61. & in istis terminis loquitur *Rolan. cons.*
25 16. *num.* 20. *& seq. vol.* 1. † coniuncta tamen cum alio defectu, & præcipuè cum paupertate, vt in casu nostro, omninò a testificando repellit *Rolan. cons.* 63. *n.* 34. *lib.* 2. *Osasch. cons.* 66. *sub n.* 22. *Ant. Gomez var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. *Menoch. de arbitr. casu* 96. *num.* 6. *& seq.* & benè comprobat *Farina. d. quæst.* 57. *n.* 69. *&* 70. alios adducens *Caren. de Offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 68. in terminis *Farinac. dict. cons.* 216. *num.* 3. *Vermiglio. cons.* 15. *num.* 31.

Quæ quidem, si veniunt attendenda generaliter in quolibet socio criminis, in quibus terminis loquuntur vt plurimùm Doct. supra adducti, eò magis veniunt ponderanda in materia stupri, vt in casu nostro, in quo experientia docuit, similes mulierculas pauperes sæpissimè, ad effectum consequendi dotes a viris, porrexisse querelas contra homines de ipsarum defloratione, quæ postea repertæ fuerunt omninò falsæ cum non parua innocentium vexatione, vt animaduertunt *Horat. Luti. cons.* 161. *num.* 10. *int. cons. crim. diuer. lib.* 1. *& Guazzi. d. defen.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. *versic. ac etiam &c.*

26 Tertiò d. mulier est vagabunda, vt probant omnes testes defensiui, & ideò præsumitur impudica *Angel. in l. si qua illustris C. ad orfiet.* quē referendo sequitur *Tiraq. de legibus connub. glos.* 1. *par.* 10. *num.* 34. *& seq.* benè comprobans, euagari enim mulieribus ignominiosum esse, dicit *Gratia. discep. foren. cap.* 215. *n.* 48. *par.* 2.

Quartò est malæ opinionis, & famæ, vt deponunt expressè omnes testes defensiui, & præcipuè vltimus testis, qui deponit de visu de magnitu-
27 dine vteri, † qui, licèt deponant de auditu, & authores non nominent, probant tamen fauore defensionis *Ceph. cons.* 678. *nu.* 75. *iuncto n.* 6. 7. *&* 8. *lib.* 5. *Hond. cons.* 100. *num.* 35. *lib.* 1. *Fariuac. de testi. quæst.* 69. *num.* 56.

28 Ex quibus sequitur, quod si vnus vel duo defectus diminuunt fidem socii criminis, ita vt illius depositio neque sufficiat ad inquirendum, vt not. *Bursatt. cons.* 239. *nu.* 42. quem refert, & sequitur *Farinac. de indic. & tortu. quæst.* 43. *num.* 178. hoc eò magis locum habere debet in casu nostro, in quo tot concurrunt defectos.

29 Et ideò, cum d. stuprum non fuerit per Accusatorem probatum, reus venit absoluendus *l. qui accusare* 4. *C. de eden. Clar. in prac. §. fin. q.* 62. *in prin.* in puncto *Caball. d. casu* 200. *num.* 111. *& seq.* vbi dicit, hoc pronunciatum habere locum etiam in Iudice procedente ex officio per viam inquisitionis, cum dicatur succedere in locum accusatoris, & ideò seruandum esse quod seruaretur, quando adest accusator, vt ibi per eum.

30 Et ita fieri spectatur, stante etiā bona fama Inquisiti in specie probata, quæ elidit omnem contrariam Fisci præsumptionem *Hond. cons.* 100. *num.* 20. *& cons.* 109. *num.* 40. *lib.* 1. *Caball.*
31 *d. casu* 200. *nu.* 146. † & tollit indicium ex nominatione socii prouenient *Balar. ad Clar. §. fin. quæst.* 21. *n.* 36. alios adducens ita sentientes. Quare &c. Saluo &c.

Inquisitus fuit absolutus in Terra Cantiani de ordine Perillustr. & Excellentissimi D. Aduocati Fiscalis, cui hæc scripta fuerunt. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Processus fabricatus ad querelam secreti Accusatoris an sit nullus. Fama quomodo sit probanda, & per quos testes, vt attendatur in criminalibus. Captura commissa, non præcedentibus legitimis indicijs, & ex sola accusatione, an sit iniusta. Captus iniustè, si aufugiat fracto carcere, an sit puniendus, maximè si aderat in eo periculum vitæ. Doctori attestanti de consuetudine an, & quando sit credendum. Attentans frangere carceres an habeatur pro confesso delicti pro quo detinebatur.

SVMMARIVM.

1 *Accusatore, vel Fisco non probante, reus absoluitur.*
2 *Fiscus, tanquam actor, tenetur probare fundamētum sua intentionis.*
3 *Reo sufficit simpliciter negare delictum.*
4 *Accusatore non probante, reus absoluitur, etiam si reus suscepisset in se onus probandi.*
5 *Processus fabricatus per* Deuenit ad aures *dicitur fabricatus ad querelā secreti accusatoris.*
6 *Testis primò examinatus in processu fabricato ad querelā secreti accusatoris habetur pro accusatore.*
7 *Inimicitia repellit testem a testificando.*
8 *Etiam si non sit capitalis, num.* 8.
9 *Scriptura non authentica non probat.*
10 *Fama indicium leuissimum dicitur omnium indiciorum.*
11 *Fama indicium, vti remotum, probari debet saltem per duos testes.*
12 *Qui sint spectata fidei, & omni exceptione maiores, num.* 12.

13 Fama

13 *Fama in dubio præsumitur habuisse ortum post carcerationem rei.*

Et ideò orta non ex veritate delicti, sed ex actu carcerationis non est attendenda. num. 14.

15 *Fama sola, etiam legitimè probata, non facit indicium ad torturam.*

16 *Processus fabricatus ad querelam secreti Accusatoris est nullus.*

Ita vt tali modo Inquisitus sit absolnendus, etiam probato delicto. num. 17.

18 *Pœna non habet locum vbi non est delictum.*

19 *Verisimile quod non est, non est credibile.*

20 *Omnia, quæ deflectunt a verisimilitudine, reijcienda sunt.*

21 *Captura relaxata, non præcedētibus legitimis indicijs, est iniusta.*

A captura enim in criminalibus non est incipiendum. num. 22.

23 *Captura relaxata ex sola accusatione est iniusta.*

24 *Captura si est iniusta, licet reo fracto carcere ex eo aufugere.*

Quicquid contrarium seruari de consuetudine, dixerit Caball. *num. 25.*

26 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*

Vel creditur solùm quò ad Curiam, in qua versatus fuit. num. 27.

28 *Infirmitas difficultatis anhelitus reputatur grauis per Doctores.*

29 *Infirmitas leuis reputatur grauis in homine malè complessionato.*

30 *Fugere ex carcere licet, quando captura est iniusta, & cum ea concurrit periculum vitæ.*

31 *Lex noluisse præsumitur, quod facilè exprimere potuisset, et non expressit.*

32 *Carceres frangens non habetur pro confesso, quãdo non habuit notitiam causæ suæ carcerationis.*

33 *Carceres frangens habetur pro confesso, si captura erat iusta, aliàs secùs.*

34 *Fama bona Inquisiti remouet omnem contrariam Fisci præsumptionem.*

35 *Interpretatio benignior est facienda, per quam delictum excluditur.*

ALLEGATIO LXXXXIX.



Xcellentissime Domine. Ex processu informatiuo fabricato contra D. N. de Terea Cantiani, quod attentauerit offendere cum pugione N. eius Patrem in sua apotheca, & quod attentauerit frangere carceres, in quibus reperiebatur carceratus, iunctis defensionibus per eum factis, apparet manifestè, ipsum Inquisitum esse omninò absol-
1 uendum, † cum nulla adsit probatio pro parte Fisci, quæ illum afficiat, & quæ iustificare valeat prætensum delictum, ad tex. *In l. qui accusare 4. C. de eden. Clar. in pract. crimin. §. fin quæst. 62. in prin. Caball. resol. crim. cent. 2. casu 200. num. 111. Barbo. axiom. 7. in prin.* alios adducens.

2 Cum Fiscus, seù Accusator, tanquam actor, teneatur probare eius intentionem per testes, vel alio modo *Cabal. resol. crim. cent. 1. casu 102. num. 7. & casu 137. num. 26. Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 1. num. 6. & seq. Ginrb. consil. crim. 54. num. 6. Caluin. de aquis. lib. 2. cap. 179. num. 96. Vermiglio. cons. crim. 6. num. 14.*

3 Ita vt reo sufficiat simpliciter dedictum negare *Mascar. de prob. concl. 36. nu. 5. & seq. lib. 1. Gargiar. Iun. cons. 37. num. 2. lib. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 93. num. 3. vers. si sumus in secundo &c. Guazzi. d. defen. 29. cap. 1. num. 6.* nec teneatur aliquid probare pro parte sua, vt tradunt *Doct. supradicti.*

4 Etiam si ipse reus suscepisset in se onus probandi, quia adhuc, Fisco, vel Accusatore non probante intentionem suam, venit absoluendus, vt post *Saltc. in l. 2. C. de prob. Deci. cons. 517. num. 7. & Decia. cons. 48. n. 5. lib. 2.* per eum relatos tradit *Butard. ad Clar. in d. §. fin. quæst. 62. num. 2. vers. item adde &c.*

Quod verò nulla adsit probatio, super qua Fiscus intentionem suam fundare possit, benè demonstratur, quia quò ad attentatam percussionem Patris Fiscus nullam aliam habet probationem, quàm testificatum D. N. de illa deponentis, & iuratam; super testificatu autem, & depositione d. D. N. nullum prorsus facere potest fundamentum, ex duobus, & primò, quia cum processus super d. attentata percussione Patris fabricatus fuerit ad querelam secreti Accusatoris,
5 † seù per *Deuenit ad aures*, tacito authore, quod resultat in secretam accusationem, cum eundem habeat effectum, vt benè in terminis
6 tradit *Ciriac. contro. 482. in princ.* † ideò, non dato aperto denonciatore, d. D. N. primus testis in processu informatiuo examinatus habetur pro Accusatore, & sic nullam facit probationem, vt scripserunt *Decia. cons. 93. num. 125. lib. 2. Bertazo. cons. 251. n. 103. vol. 2. Guazzin. ad defen. reor. defen. 29. cap. 2. num. 28. & Capic. Latro decis. 179. num. 37. par. 1. D. Andreol. contro. 345. num. 1.*

Secundò, quia d. D. N. est inimicus Inquisiti, vt
7 benè probant omnes testes defensiui, † inimicitiam verò testem repellere a testificando, in confesso est apud omnes, vt latè tradit *Farina. de test. quæst. 53. num. 3. & seq.* alios adducens concordantes, *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 8. num. 810. & seq. Ginrb. cons. crim. 72. num. 55.* alios pariter referens ita sentientes, quibus addo *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 3.* vbi dicit, hoc procedere etiam in caus. hæresis, & *Lud. Gilhausen. in arbo. iudic. crim. cap. 6. par. 3. num. 4.*

num. 4. & seq. Vermiglio. conf. crim. 159. n. 7.

8 Etiam si inimicitia non sit capitalis, cum simus in causa criminali, in qua cum testes esse debeant omni exceptione maiores, idcircò quælibet inimicitia, etiam leuis, inimicum repellit a testificando, vel saltem facit, illum non esse testem idoneum, vt post *Abb. & Gram.* per eum relatos voluit *Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 24. num. 33.* licèt dicat remitti arbitrio Iudicis, & tenuit *Farinac. de testi. d. quæst. 53. num. 53. & seq.* & post eum *Vermiglio. d. cons. crim. 159. num. 12.*

9 Tertiò, quia depositio dictæ testis non est authentica, cum illa non sit scripta, neque subscripta ab aliquo Notario, & ideò, vti nulla, non est attendenda ad tex. *in cap. quoniam contra 9. & ibi not. omnes Canonistæ de probat.* nec de illa sit rogatus Notarius Actuarius, quod fieri nō potest, ad not. *per Bald. in l. repetita 37. versic. item dicit & 1. C. de Epis. & Cler.*

Neque vllum potest fieri fundamentum pro parte Fisci super fama, de qua deponant duo testes, nempè D. Bartholomæus, & Io. Antonius Becillus asserentes, publicè dici audiuisse, Inquisitum percutere voluisse cum pugione eius Pa-
10 trem, ex pluribus, & primò, quia, omisso, † quod indicium famæ leuissimum dicitur omnium indiciorum, cum illa nunquam reperiatur legitimè probata, vt dicit *Gramm. cons. 42. num. 8.* cum quo pertransit *Farinac. de indic. & tortu. quæst. 47. num. 208.* ex quo emanauit illud dictum, quod *non reperitur deterior testis, quàm fama*, vt tradunt *Farinac. d. quæst. 47. n. 164. & Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. n. 65.*

11 Quia, inquam, fama, vti indicium remotum, probari debet saltem per duos testes. *Hier. de Mont. de finibus cap. 5. versic. sciendum est &c.* vbi dicit, in hoc omnes conuenire, *Hiero. Lauren. decis. Aueni. 2. num. 20. Mascar. de prob. concl. 749. num. 1. vol. 2. Farinac. d. quæst. 47. num. 208.* vbi testatur de communi opinione, & ante eum *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 6. num. 12.*

12 Qui duo testes debent esse spectatæ fidei, & omni exceptione maiores *Rolan. cons. 3. n. 55. & seq. vol. 1. Mascar. d. concl. 749. num. 37. Farinac. d. quæst. 47. num. 210.* alios adducens concordantes *Ciriac. contro. 150. n. 49. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 84. num. 29. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 66.* Vndè, cum dicti testes plures patiantur exceptiones inimicitiæ, & ex aliis causis, de quibus in processu defensiuo super *quarto articulo* manifestè apparet, certissimi iuris est, illos famam nullo modo probare.

Secundò, quia dicta fama ortum habuit post carcerationem Inquisiti, vt apparet ex processu re-
13 petitiuo, † & de iure præsumitur *Vermiglio. cons. crim. 13. num. 15. & cons. 15. num. 5. & cons. 119. num. 12. & cons. 228. nu. 7.* nisi testes specificent tempus originis illius, quod non faciunt in casu nostro, imò dicunt contrarium, vt dixi, & aduertit *Vermiglio. in loc. cit.*

14 Vndè, vti orta non ex veritate delicti, sed ex illo actu carcerationis, non venit attendenda, & nullum facit probationis gradum *Marsil. singul. 97. Grama. voto 34. Peguer. decis. crim. 17. nu. 27. Giurb. cons. crim. 91. num. 44. Caball. resol. crim. cent. 2. casu 200. nu. 33. Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 73. Azued. cons. 30. num. 28. Vermiglio. in cons. crim. supra proximè adductis.*

15 Tertiò, quia fama sola, etiam si esset formiter probata, nō facit indicium ad torturam, sed solùm ad inquirendū generaliter *Farin. d. quæst. 47. nu. 37.* qui dat concordantes *Caball. d. casu 200. nu. 134.* latè *Giurb. d. cons. crim. 87. nu. 6.* cum illa non sit species probationis, sed egeat adminiculis, & substantia veri *Bald. cons. 447. num. 12. lib. 5.* quem refert, & sequitur *Caball. d. casu 200. num. 125.* & post eum tradit *Giurb. d. cons. 87. num. 6.* & quod fama sola sufficiat tantùm ad inquirendum, vt supra, voluit etiam *Clar. in prat. §. fin. quæst. 6. in prin. & quæst. 21. in prin.*

Quibus eò magis locus esse debet, cum, vt supra
16 dixi, † processus fabricatus fuerit ad querelam secreti Accusatoris, & sic sit nullus, vt tradunt *Farina. de Inquis. quæst. 1. num. 49. versic. aduertatur quintò &c.* vbi dicit, ita totum mundū seruare, & *cons. 86. num. 54.* vbi dicit, ex istis secretis notificationibus innumeras calumniosas vexationes oriri. *Guazzi. ad defen. reo. defen. 29. cap. 21 num. 24. Ciriac. contro. 482. per totam, Scacci. de indic. lib. 1. cap. 71. num. 2. versic. quartò requiritur &c.* & ante eos scripsit *Clar. in prac. §. fin. quæst. 5. versic. scias etiam &c.* vbi dicit, quosdam Inquisitos ad querelam secreti Accusatoris fuisse de mūdato Senatus absolutos, cum quibus pertransit *Vermiglio. cons. crim. 3. num. 13.*

17 Ita vt taliter Inquisitus sit absoluendus, etiā si delictum esset probatum *Clar. d. quæst. 5. in versic. scias etiam &c.* Guazzin. *d. defen. 29. cap. 2. num. 24. Ciriac. d. contro. 482. per tot.*

Parique modo Inquisitus prædictus venit absoluēdus pro attentata fractura carceris, cū pro eius parte fuerit probatum per duos testes, carcerē non fuisse fractum, nec aliquo modo tactum, tempore, quo ipse Inquisitus in eo permansit,
18 vndè nulli pœnæ contra eū locus esse potest, † dum non deliquit *l. sancimus 22. C. de pœn. Caball. resol. crim. cent. 1. casu 1. nu. 12. Guazzin. ad defen. reo. defen. 2. cap. 1. in prin. Farina. de delict. & pœn. quæst. 17. in prin.* latè *Giurb. cons. crim. 32. nu. 12.* vbi dicit, neque in contumacia

aliquam

aliquam sequi posse condemnationem, si, quod
in iudicio deductum est, non est punibile.
Quod eò magis est dicendum, cum Inquisitus carceratus
fuerit die lunæ Carnis priuii de sero, &
die sequenti præstiterit fideiussionem de tuto
carcere sub pœna scutorum quingentorum, &
posteà alia die sequenti relaxatus fuerit de carcere,
vndè non est verisimile, quod tàm breui
tempore carcerem frangere tentauerit, non curando
fracturam tàm magnæ fideiussionis, maximè
cum nulla Instrumenta ad id apta ei fue-
19 rint reperta, † quod autē non est verisimile, nō
est credibile *Purpu. cons. 279. n. 16. lib. 1. Eucra in*
sua cent. in loco à verisimili in prin. benè *Caball.*
resol. crim. cent. 2. casu 199. n. 34. & seq. cum
id, quod non est verisimile, dicatur quædam falsitatis
imago, *Bald. in l. 1. col. 3. C. de seru. fugit.*
quem referendo sequitur *Caball. d. casu 199.*
20 *num. 34.* † & omnia, quæ deflectunt a verisimilitudine,
reiicienda sint *Scacc. de iudic. lib. 2.*
cap. 11. num. 159. & seq. ita vt non sint de facili
per Iudicem credenda ad tex. *in l. non est*
verisimile 23. ff. quod met. cau. Caball. vbi supra
num. 36.
21 Addo prædictis, quod captura facta de Inquisito,
ratione ordinis non seruati, vti relaxata
absque legitimis indiciis, fuit nulla, & iniusta
Clar. in prac. §. fin. quæst. 28. in prin. Farina.
de carcer. & carcer. quæst. 27. num. 112. vbi testatur
de communi opinione, *& quæst. 30. num.*
37. Hond. cons. 108. num. 23. & seq. vol. 1. &
cons. 94. num. 7. lib. 2. Surd. cons. 182. num. 2.
vol. 2. Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 55. vbi testatur
de verissima opinione, latè *Guazzin. ad*
defen. reo. defen. 5. cap. 3. nu. 15. vbi alios adducit,
& dicit, procedere etiam in atrocissimis,
Carcu. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 2. num. 18.
Præses Abano in praxi. §. captura num. 1. & seq.
addo Eugen. cons. 64. num. 14. & seq. lib. 1.
22 A captura enim in criminalibus non esse incipiendum,
vulgatum est axioma *l. nullus in carcerem*
2. & l. fin. C. de reis exhib. & ibi hoc not.
Bart. Bald. Salic. & alij, & tradit *Caren. in dict.*
tit. 2. num. 18.
Quod verò fuerit relaxata nullis præcedentibus
indiciis, demonstratur, quia tempore capturæ die
vigesima Februarii nihil aliud aderat contra Inquisitum
in processu, quàm depositio supradicti
D. N. qui, vti primus testis examinatus post secutam
accusationem, habetur pro accusatore, vt
tradunt *Decia. Bertaz. Guazzin. & Capic. Latro*
in loc. relatis supra num. 6.
23 Captura verò relaxata ex sola accusatione
est nulla, & iniusta, vt tradunt *Foller. in pract.*
in versic. studeat se ornare n. 58. Clar. in pract.
§. fin. quæst. 28. post. princ. Scacc. de iudic. lib. 1.
cap. 42. nu. 3. & seq. bene *Farina. de carcer. &*
carcer. quæst. 27. num. 128. vbi dicit, quod Iudices,
qui contrarium seruarunt, fuerunt grauiter
reprehensi, optimeque declarat *Guazzi.*
ad defen. reo. d. defen. 5. cap. 3. num. 23. vbi dicit,
contra *Castren.* qui contrarium tenuit, adesse
magis communem Doct. opinionem, ac veriorem,
& a consuetudine approbatã, addo *Eugen.*
d. cons. 64. num. 14. lib. 1. aliàs esset in facultate
cuiuslibet vilis personæ capere faciendi
quemlibet probum, & insignem virum, quod
non est dicendum, vt aduertunt Doct. supradicti,
& præcipuè *Farina. d. quæst. 47. num. 122.*
Imò totus processus fabricatus, non dato aperto
accusatore, est nullus, vt tradunt *Farin. Guazzi.*
Clar. Ciriac. & Vermiglio. in loc. relatis *supra*
num. 16.
24 Stante autem nullitate, & iniustitia capturæ
licuisset Inquisito carceres frangere, & ab eis
aufugere absque incursu alicuius pœnæ, vt tradunt
glos. Bart. Soc. Sen. Alex. Iacob. de S. Georg.
Marsil. Rip. Carer. Cirill. Foller. Boer. Gram.
Neuizd. Hip. Rimi. Duen. Tiraq. Bossi. Couarr.
Menoch. Bertaz. Rola. Clar. Bonacos. Maicar.
Seraph. & alij, quos refert, & sequitur *Farinac.*
de carce. & carce. quæst. 30. n. 120. cum quibus
pertranseunt *Hond. cons. 94. n. 10. lib. 2. Surd.*
cons. 182. nu. 6. vol. 2. Decia. tract. crim. lib. 2.
cap. 13. num. 5. & seq. Menoch. de arbitr. casu
301. num. 14. & seq. Guazzin. *ad defen. reo.*
defen. 5. cap. 4. n. 11. & Giurb. cons. crim. 35.
nu. 32. qui alios quamplures adducunt ità sentientes,
ita vt hæc dici valeat communis opinio,
vt dicit Guazz. *ibi num. 13.*
25 Quicquid contrariũ consuluerit, & de consuetudine
seruari, scripserit *Caball.* nimis rigidus
resol. crim. cent. 1. casu 42. per tot. cum ipse fa-
26 teatur in fine, d. opinionem esse de iure veram, †
& quo ad assertam consuetudinem, vel ei non
creditur *Aldoui. cons. 35. nu. 46. Thoma. decis.*
March. *31. num. 18. & decis. 36. nu. 9. Giurb.*
cons. crim. 64. n. 22. alios adducens, *Rota apud*
Greg. XV. decis. 274. num. 5. & ibi Adddens
litera. B. & in Musinen. *emphit. 28. May. 1638.*
coram R. P. D. Dunozet. §. demũ non obstat &c.
vbi de veriori testatur, & *in Rauẽnaten. hæredit. 5.*
Iunij 1648. coram Eminentissimo Card. Ottobono
§. attestatio Parisij &c. & decis. 574. nu. 17. &
seq. par. 4. rec. tom. 3. cum alijs relatis per *Theod.*
Rub. in singul. Rotæ Rom. *tom. 1. ad decis.*
Mohed. 3. de consuet. & tom. 2. in verbo Doctor.
num. 1.
27 Vel solùm ei creditur, quo ad Curiam, in qua
versatus est, *Gratia. discep. foren. cap. 973. nu.*
43. par. 5. Rot. decis. 530. nu. 4. & decis. 574.
n. 17. & seq. par. 4. rec. tom. 3. & in d. Mutinen.
emphit. in fin. & in d. Rauẽnaten. hæredit. in fin.
Et quando notoriè constat, vt in casu nostro, de iniustitia
capturæ, contra *Caball.* nulli pœnæ locũ
esse, voluit *Guazzin. d. cap. 4. num. 13. vers.* ego

antē &c. quicquid ſentiat, quando eſt dubiũ, cũ pro Iudice præſumatur, quæ tamen ratio non habet locum quo ad ordinem proceſſus, pro quo non præſumitur, niſi quatenùs ex eo appareat, licèt pro eo præſumatur quo ad iuſtitiam, vt poſt *Signorol. & Natt.* per eum adductos declarat *Farina. d. quæſt.* 30. *n.* 144. & ſic *Guazzi. ibi* in hoc non benè ſentire videtur, vndè non mirùm, ſi poſtea ibi trãſeat cum communi opinione, quod nulla intret pœna.

Quod eò magis eſt tenendum in hoc caſu, quia Inquiſitus tempore carcerationis erat infirmus
28 morbo Aſmæ, ſeù difficultatis anhelitus, † qui vti grauis morbus habetur per Doctores, vt poſt *Gram. & Decia.* per eum adductos tradit *Guazzin. ad defen. reor. defen.* 30. *cap.* 4. *num.* 25. *& cap.* 16. *nu.* 1. *Giurb. conſ. crim.* 8. *n.* 12. alios adducens.

29 Maximè in d. Inquiſito malè complexionato, in quo morbus etiam leuis pro graui reputatur, vt poſt *Ačticum de infirmit. cap.* 50. *par.* 1. *n.* 17. per eum relatum tradit *Nouar. de elect. fori ſect.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 16: & poſt eum *Giurb. d. conſ.* 8. *num.* 16. ita vt manere in tàm anguſto carcere non potuerit ſinè vitæ periculo, & ſuffocationis, vt patet ex atteſtatione Medici dictæ Terræ, de qua in proceſſu defenſiuo, vndè eò magis dicta carceratio fuit iniuſta, vt poſt *Gram. Parid. de Put. Cirill. Vini.* & alios per eum relatos probat *Farinac. d. quæſt.* 27. *n.* 87. *& quæſt.* 30. *num.* 185.

30 Quando autem cum iniuſtitia carcerationis concurrit probabile periculum vitæ, licet fracto etiam carcere ab eo aufugere, vt tenuit *Facbin. contro. iur. lib.* 9. *cap.* 71. *in fin.* quem ſequitur *Guazzi, ad defen. reo. defen.* 5. *cap.* 4. *num.* 13. *verſ. ego autem in fin.*

Neque aliqua ficta confeſſio delicti deſumi poteſt per Fiſcum ex dicta prætenſa attentata fractura carceris contra Inquiſitum ex pluribus, & primò, cũ omiſſo, quod d. opinio nõ eſt tuta, cõtrarium teneat *Farina. de carce. & carce. quæſt.* 30. *num.* 8. *& ſeq.* alios adducens, quia non apparet, illam fuiſſe factam per d. Inquiſitum, per iura ſupra adducta, imò conſtat de contrario per teſtes defenſiuos, vt ſupra eſt deductum.

Secundò, quia adeſt contraria diſpoſitio Statuti *lib.* 4. *rub.* 60. diſponentis, quod diſcedens ex carcere cum fractura illius habeatur pro confeſſo illius delicti, pro quo detinebatur, attentans autem frangere iuxta qualitatem facti Iudicis arbitrio puniatur, non addito, quod habeatur pro confeſſo, vndè cenſetur id noluiſſe in atten-
31 tante tantùm, † cum lex id noluiſſe præſumatur, quod facilè exprimere potuiſſet, & non expreſsit, prout fecit in caſu fractionis carceris arg. *l. ſi ſeruum* 70 *§. prætor ait. verſic. non dixit ff. de acq. hæred.* & not. *Menoch. conſ.* 30. *num.* 8. *lib.* 1. *Barbo. axiom.* 136. *num.* 6. alios adducens concordantes.

32 Tertiò, quia in omnem caſum frangens carceres non poteſt dici confeſſus, quando non habuit notitiam cauſæ ſuæ carcerationis, vt quia adhuc non fuerat examinatus, vt cõſtat ex proceſſu; ſi enim ignorans non poteſt verè cõfiteri, minùs poteſt fictè, cum confeſsio cadere debeat ſuper certo, *Foller. in prac. crim. in* 4. *par.* 3. *par. in verſic. & ſi confitebuntur num.* 56. vbi dicit eſſe valdè notandum, & d. articulum habuiſſe de facto in Ciuitate Salerni, quem referendo ſequitur *Farin. de carcer. & carcer. d. quæſt.* 30. *num.* 205.

33 Quartò, quia tũc fugiẽs ex carcere illo fracto habetur pro confeſſo, ſi erat legitimè captus, ſecùs autem ſi nulliter, & iniuſtè, vt in caſu noſtro, vt ſupra probaui, quia tunc non habetur pro confeſso, vt tradunt *Hond. conſ.* 94. *num.* 13. *vol.* 2. vbi alios adducit & teſtatur de communi opinione, *Surd. conſ.* 182. *per tot. vol.* 2. *& Guazzi. ad defen. reo. defen.* 5. *cap.* 4. *nu.* 19.

Quibus eò magis locus eſse debet, ſtante bona fa-
34 ma Inquiſiti, † quæ facit remoueri omnẽ contrariam Fiſci ſuſpicionem *Hond. conſ.* 100. *nu.* 20. *& ſeq. vol.* 1. *Gabr. conſ.* 169. *nu.* 8. *&* 17. *lib.* 1. cum pro viro bono præſumatur *Gabr. &*
35 *Hond. loc. cit.* † & cum ſemper interpretatio benignior capienda ſit, per quam delictũ excluditur, vt poſt *Gram. Rimi. Iun. & Burſat.* per eum relatos latè probat *Guazzi. ad defen. reo. defen.* 29. *cap.* 2. *n.* 4. maximè, quando agitur de viro probatæ fidei, vt in caſu noſtro *Engen. conſ.* 75. *num.* 52. *lib.* 1.

Quare &c. ſaluo ſemper &c.

Inquiſitus fuit abſolutus per Excellentiſſimũ D. Franciſcum Amatum Prætorẽ Cantiani de anno 1652.

Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Teſtis dubitatiuè deponens an poſſit puniri de falſo, & quando dicatur dubitatiuè deponere. Verba dubia qualiter ſint interpretanda, vt falſitas euitetur, & de pluribus coniecturis excludentibus falſitatẽ. Accuſator quãdo dicatur calumnioſè accuſaſſe, & ſic teneatur ad expenſas.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis deponens dubitatiuè non poteſt puniri de falſo.*

2 *Teſtis de aliquo dubitans de illo dubitatiuè deponens verum deponit.*

3 *Dictio* Per quanto *denotat incertitudinem.*

Et reddit depoſitionẽ teſtis conditionalẽ. n. 4

5 *Condi-*

5 *Conditio nihil disponit.*
6 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
7 *Copula (&) copulat praecedentia cum sequentibus.*
8 *Copulatiua vna pars declarat aliam.*
9 *Dictio* (etiam) *declarat, & implicat quod prius non fuerat dictum.*
10 *Verba dubia interpretanda sunt, vt non importent falsitatem.*
11 *Verba sunt improprianda, vt falsitas euitetur.*
12 *Interpretatio omnis facienda est ad euitandam falsitatem, etiam si esset extranea.*
13 *Actus quando potest se habere ad falsum, & non falsum, interpretatur pro non falso.*
14 *Testes Fisci contra inducentem plenè probant.*
15 *Assertio vulnerati, & fama excusant accusatorem a calumnia.*
16 *Falsi pœna non intrat, quando actus iuuatur primordio veritatis.*
17 *Error magis praesumitur in teste, quàm falsitas.*
18 *Falsitas non praesumitur commissa sinè causa.*
19 *Testis deponens de actu commisso de nocte de facili potest decipi.*
20 *Accusator calumniosus tenetur ad damna, & interesse vexati.*
21 *Accusator, qui accusationem verificauit, non dicitur calumniator.*
22 *Accusasse temere dicitur, qui inconsultò, & non benè cõsiderato, an accusationi sit locus, accusat.*

ALLEGATIO C.



Erillustr. Domine. Dominus N. de Terra Cantiani inquisitus, quod falsum deposuerit, dum fuerit examinatus pro informatione Curiae contra Bertinum Blasij de eodem ad querelam ipsius Bertini, venit non solùm ex eodem processu absoluendus, verùm etiam Bertinus accusator condemnari debet in expensis, & damnis passis per Inquisitum, cum dicatur per calumniam accusasse, vt infra dicetur.

1 Recepta enim per Doctores est in iure conclusio, quod testis dubitatiuè deponens non potest redargui, quod falsum dixerit, vt scripserunt *Aug. cons. 25. num. 4. Alex. cons. 156. num. 12. in fin. lib. 5. Tind. de testi. par. 1. cap. 6. num. 2. Surd. cons. 12. num. 43. in fin. lib. 1. Odd. cons. 25. nu. 23.* vbi dicit, quod testis deponens dubitatiuè non dicitur mendax *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 11. num. 26.* vbi dicit, quod testis, qui non iurauit assertiuè, sed per verbum (*Credo*) & sic dubitatiuè, non dicitur periurus, alios adducens concordantes, & idem tradit *Farina. de testi. quaest. 67. num. 69.* vbi dicit vix credere, posse dari casum, in quo testis deponens de credulitate, & sic dubitatiuè, de falso conuinceretur, per rationem per eum adductã, & idem scribit *de falsit. & simul. quaest. 160. nu. 88. & n. 217. Guazzi. defen. 28. cap. 13. n. 15. vers. quod deposuerit &c.* & testem dubitatiuè deponentem non posse puniri de falso, firmant etiam *Ciriac. contro. 407. n. 184. & Rot. decis. 73. sub num. 4. post primum vol. cons. Farinac. & apud Greg. XV. decis. 290. num. 6. adde Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. n. 84. & 85.*

2 Ratio autem videtur satis aperta, quia testis, qui deponit cum iuramento dubitatiuè super facto, de quo ipse dubitat, vt in casu nostro, verum iurat, vt post *Angel. Siluest. Nauar. Sair. & Suarez* per eum relatus scribit *P. Sanch. in praecept. Decal. lib. 3. cap. 4. num. 8.* & ideò nulla pœna intrare potest, & in omnem casum ipse saluari semper potest, dicendo quomodocunq; se veritas habeat, *ego ita credebam, vel mihi ita visum fuit*, vt in puncto dicit *Farinac. de testib. d. quaest. 67. num. 69.*

Quicquid contrarium quo ad testem deponentem per verbum (*Credo*) dixerint *Doct.* relati per *Farin. d. quaest. 67. num. 66.* per *Baiard. ad Clar. §. falsum num. 34. & per Michal. de posit. cap. 41. in prin.* quorum opinio locum habere potest in respondente positionibus per d. verbum (*Credo*) quod in d. casu non est dubitatiuum, sed expressiuũ veritatis, aliàs secùs, vt declarat idem *Michal. in d. cap. 41. in prin. & cap. 40. nu. 1. & 2.* vbi dat concordantes quamplures.

Quod verò Dominus N. Inquisitus dubitatiuè deposuerit, apparet manifestè ex verbis ipsius depositionis ibi *Questi, per quanto io visti, vno v'era, che si chiama Guglielmo Castellucci, e Francesco suo Fratello, Stefano Seruoli, e Bertino di Biagio, e l'altro mi parue Felice Marioni, mà li detti fratelli de Castellucci io li conobbi benissimo*
3 *&c.* † illa enim dictio (*Per quãto*) denotat incertitudinem *Mattien. ad leg. 2. glos. 2. num. 16. tit. 4. lib. 5. nou. recopil. Cened. singul. 86. n. 1. Barbo. de dict. dict. 262. nu. 2. Buttigl. de succes. cap. 2. theor. 47. num. 24.* qui alios adducunt,
4 & reddit depositionem supradictam cõditionalem *Bart. in l. 1. nu. 20. & ibi Castr. Imol. Soci. & alij ff. de cond. & demon. Hond. cons. 2. n. 56. lib. 2. Grat. de dictio. dict. 203. num. 1. Buttigl.*
5 *loc. cit. Rot. decis. 381. num. 2. par. 1. diuer.* † conditio autem nihil disponit *l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omis. cau. testa. Surd. decis. 337. n. 2. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 43. n. 14. Rota apud Cenc. de cens. decis. 391. num. 13.*

Et suadetur etiam ex illius verbis, *mà li detti fratelli de Castellucci io li conobbi bene*, ergò alios
6 non benè, & sufficienter cognouit, † cum inclusio vnius sit exclusio alterius *l. cum praetor 12. ff. de iudi. l. maritus 21. C. de Procur.* cum aliis relatis per *Barbos. axiom. 120. in prin.*

Nec non etiam ex illis verbis, *E mi parue anco ci*

fosse

fosse Felice Marioni, ponderando illam copulam
7 (&) † quę copulat præcedentia cum sequentibus *l. & quia 6. iuncta l. præcedenti ff. de iuris.omn. Iudi. Gratia. discep. foren. cap. 147. n. 16. par. 1.* ex qua desumitur coniectura, quod etiam in oratione præcedenti locutus fuerit per verbum
8 dubitatiuum (*Videtur*) † cum pars vnius copulariæ declaret aliam *Surd. decis. 124. num. 9. Barbo. de dictio. dict. 93. num. 5.* & cum copula denotet etiam ęqualitatem terminorum in casibus copulatis *Ant. Monac. decis. Luceus. 55. n. 11.*
Quod quidem redditur manifestum ponderando
9 dictionem subsequentem (*etiam*) † de cuius natura est declarare, & implicare, quod prius nō fuerat dictum *Rot. decis. 408. n. 1. par. 4. diuer.* cum aliis cumulatis per *Barbo. de dict. dictio 95. num. 6.* & quæ denotat identitatem in vtroque casu *l. imperium 3. ff. de iurisd. omn. Iudi. l. hac scriptura 26. §. 1. ff. de condit. & demons. Barbo. vbi supra.*

Et licèt verba depositionis Inquisiti sint admodū clara, ita vt controuerti vix possit, quin dubitatiuè fuerit locutus circa personam d. Bertini, vt supra fuit demonstratum, id tamen magis sua-
10 detur, & redditur manifestum, † quia, vt falsitas euitetur, etiam si dicta verba essēt dubia, interpretanda sunt, vt non importent falsitatem *Ang. de malef. in versic. falsario num. 1. versic. & non mirùm &c. Gabr. cons. 180. nu. 16. lib. 1. Franc. Becci. cons. 78. num. 12. & 32. lib. 1. Osasch. cons. 64. num. 58.* latè *Farina. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 194.* alios adducens ita sentientes *Vermiglio. cons. crim. 62. num. 7.*

11 Et, ad excludendā falsitatem, verba sunt etiā impropriāda, vt tradunt *Franc. Becci. d. cons. 78. num. 4. & 32. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 2. num. 15. Farina. d. quæst. 153. nu. 195. Ciriac. contro. 131. num. 46. & 47. Rota apud Caputaq. decis. 3. num. 3. par. 2.*

12 Et facienda sit omnis interpretatio, etiam si esset aliquantulum extranea, ad euitandam falsitatem *Gram. cons. 30. nu. 8. in fin. & cons. 33. n. 14. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. nu. 3. Farina. d. quæst. 153. num. 199.* vbi testatur de communi opinione, & alios adducit ita sentientes, & dicit etiam, quod, vt falsitas euitetur, Iudex debet adhibere omnem subtilitatem, & omnem facere distinctionem, præsumendo etiam multiplicitatem actuum, & personarum, & diuersitatem temporis, & loci, vt ibi per eum videndum, cum quibus pertransit *Vermiglio. cons. crim. 244. sub num. 13. & Rota decis. 607. num. 4. par. 1. rec.*

13 Et quando actus potest se habere ad falsum, & ad non falsum, interpretari semper debet pro non falso *Franc. Marc. decis. 655. n. 5. par. 1. Gabr. d. cons. 180. n. 16. lib. 1. Hond. cons. 99. nu. 25. lib. 2. Farin. de falsit. & simul. d. quæst. 153. num. 197.*

Addo prædictis, quod habemus depositionem Federici vulnerati in processu informatiuo *fol. 4.* deponentis, ei visum fuisse, in dicta rixa adfuisse etiam Bertinum Blasii, & depositiones Bartholomei Florii, & Dominici Morgantis in eodem processu deponentium, quod in Terra Cantiani aderat publica vox, & fama, Bertinum præ-
14 dictum in dicta rixa adfuisse, † qui, cum sint testes fiscales, contra inducentem plenè probant, licet deponant de auditu *Hond. cons. 84. num. 49. & seq. lib. 2. Farinac. de testi. quæst. 62. nu. 224. Rota in Bononien. tutelæ 1. Iunij 1615. coram R. P. D. Verospio*, etiam si loquantur dubitatiuè, & inhabilitas testis sit in dicto, vt benè comprobat *Farinac. de testi. d. quæst. 62. num. 226. & quæst. 68. num. 75.*

15 Quæ assertio vulnerati, & fama maximè debent Inquisitum excusare, per ea, quæ not. *Clar. in pract. §. fin. quæst. 21. vers. assertio vulnerati &c. & quæst. 62. vers. sed pone in fin. Scaccia de iudic. lib. 1. quæst. 51. sub nu. 16. Hond. cons. 112. nu. 11. lib. 1. & Farinac. de accusat. quæst. 16. n. 60. & 61.* vbi dicit, assertionem vulnerati, & famam excusare accusatorem a calumnia, vt ibi per eum.

16 Maximè cum depositio Inquisiti dici possit quodammodo iuuari primordio veritatis, quo casu cessat pœna falsi *Cravet. cons. 46. num. 8. Bossi. in pract. in tit. de opposit. contra testes num. 18. Clar. in pract. §. falsum vers. præterea &c. Farinac. cons. 88. num. 9. lib. 1.*

17 Ita vt saltem præsumendum sit, in dicto Inquisito adfuisse potiùs errorem, quàm falsitatē, vt regulariter præsumitur in teste *Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. nu. 1. Gabr. cons. 169. num. 17. lib. 1. Hond. cons. 109. num. 18. & seq. lib. 1. Farinac. de falsit. & simul. quæst. 150. num. 274.* alios adducens concordantes *Vermiglio. cons. 250. num. 9.*

Maximè cum nulla ex processu appareat causa, ex qua Inquisitus moueri potuerit ad falsum de-
18 ponendum contra Bertinum, † falsitas enim non præsumitur commissa sine causa *Gabr. d. cons. 169. num. 11. & cons. 180. nu. 14. lib. 1. Hond. cons. 96. num. 60. lib. 2. Rola. cons. 11. nu. 56. lib. 3. Farinac. de falsit. & simul. quæst. 153. num. 203.* vbi alios adducit, & causam debere esse magnam, dicit, & leuem non sufficere, *Ciriac. contro. 408. num. 39.* vbi dicit, cessante causa, & interesse, præsumi potius errorē, quàm falsitatem.

19 Et cum agatur de depositione facta super delicto commisso de nocte, quo tempore facillimū est falli, & decipi, vt tradunt *Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. post num. 10. Hond. cons. 107. nu. 20. lib. 1.* & latè comprobat *Menoch. de arbitr. casu 525. num. 13. & seq.* & est notissimum, cum Inquisitus non haberet visum Ti-

berij

berij Cæsaris, quem etiam tempore noctis benè videre, scribit *Sueto. in eius vita*, quem refert *Menoch. d. casu* 525. *num.* 17.

Ex quibus apparet satis manifestè, Inquisitũ prædictum, non solùm esse in casu absolutionis, attenta etiam eius bona fama, quam remouere omnem suspicionem falsitatis, dicit *Farinac. cons.* 151. *num.* 13. *& cons.* 164. *num.* 10. verùm etiam Bertinum accusatorem condemnandum esse in pœnam iniuriarum, cum querelam contra Inquisitum porrexerit, vti falsarium ad not. per *Bart. in l. apud labeonem* § 5. §. *ait prætor. num.* 2. *ff. de iniur. & per Vitalin. de malef. in tit. de iniur. num.* 9. cum alijs relatis per *Farinac. de var. ac diuer. crimi. quæst.* 105. *num.* 11.

20 *& seq.* † vel saltem in expensis, & damnis passis ad not. per Rimi. *Iun. cons.* 303. *vol.* 3. *per tot.* vbi testatur de receptissima opinione, & per *Farinac. de accus. quæst.* 16. *nu.* 13. vbi alios adducit, & per *Guazzi. defen.* 3. *cap.* 13. *n.* 8.

21 Maximè quidem, quia, licèt probauerit, ipsum Accusatorem rixæ non adfuisse, & sic accusationem verificauerit, quo casu non dicitur calumniator, & ideò non condemnatur in expensis, vt not. *Farinac. d. quæst.* 16. *num.* 41. *& Guazzi. d. defen.* 3. *cap.* 13. *num.* 14. & nos habemus Statutum idem disponens *lib.* 4. *rub.* 11

Cum tamen d. Accusator accusauerit Inquisitum, quod falsum scienter iurauit, quod est a veritate alienum, per iura supra adducta, vix videtur illum posse dictam condemnationem effugere, cum debuisset priùs considerare diligenter, & peritiores consulere, an Inquisitus verè falsum iurauerit necne, ponderando illius depositionem an esset certa, vel dubia, & sic an accusa-

22 tio sustineri posset; † quæ cum non fecerit, dicitur temerè accusasse, vt benè declarat *Bossi. in pract. in tit. de accusa. num.* 28. *&* 29. & post eum *Farinac. de accusa. d. quæst.* 16. *num.* 70. & non dissentit *Guazzi. d. defen.* 3. *cap.* 13. *num.* 8.

Quare &c. Saluo semper &c.

D. Inquisitus, de quo supra, fuit absolutus. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

FINIS.

PARS PRIMA,

ERRATA	CORRECTA
fol. 8. n. 51. asseeurantur	asseuerantur
fol. 17. n. 36. cutos	testes
fol. 32. n. 19. per omnes supradictos	per rationes supradictas
fol. 46. n. 28. ex venditione pretij	ex mentione pretij
fol. 67. n. 5. ad consequendam	ad concedendam.
fol. 97. n. 21 quia ius	quia vis
fol. 98. n. 32 ex aduerso	ex dicto
fol. 103. n. 16. debeantur	debeant
fol. 134. n 13. saltem quo ad census	saltem quo ad census Hispaniæ
fol. 134 n. 14. voluisse excludere	noluisse excludere
fol. 144. n. 50. illud fuisse	illud fecisse
fol. 179. n 60. casus viri	casus nostri
fol. 180. n. 14. eirca paupertatem	circa pubertatem
fol. 192. n. 34. vna ignorata	iura ignorata
fol. 211. n. 46. esse recta	esse certa
fol. 223. in prin. qua Communitas notatur	ipsa Communitas nitatur
fol. 232. n. 32. Rota voluit	Rota noluit
fol. 235. n. 15. ad indicandam	ad inducendam
fol. 240. n. 5. ad secunda vota	ad secunda vota transiuit
fol. 243. n. 25. filiæ eius	filiæ ius
fol. 243. n. 24. puta emptionem	puta venditionem
fol. 319. n. 26. vt de casu	vt de censu
fol. 320. n. 30. statutum	statum

PARS SECVNDA.

ERRATA	CORRECTA
fol. 24. n. 37. visum rei	vsum rei
fol. 40. n. 48. Ciriac. contro. 35.	Cuiac. consult. 35.
fol. 50. n. 22. pro delicto	pro debito
fol. 55 n. 13. venditoribus	creditoribus
fol. 64. n. 13. d. possessionem	d. pensionem
fol. 87. n. 58. contrarius	contra ius
fol. 90. n. 16. non possunt	non prosiuе
fol. 91. n. 28. non bene faciat adminiculum veritatis testamenti leuè dixi	non leue faciat adminiculum veritatis testamenti, vt dixi
fol. 91. n. 29. pro testamento	pro fundamento
fol. 116. n. 2. arbitratorum	arbitrorum
fol. 140. n. 23. Ciuilis vero	accidentalis vero
fol. 140. n. 24. altera ciuilis	altera accidentalis
fol. 157. n. 5. & sic illum probat	& sic illum non probat
fol. 175. n. 44. texti	texit

Leuiora Lectoris iudicio remittuntur.



INDEX
RERVM, ET VERBORVM,
Quæ in ipsis Allegationibus continentur.

A

a quasi

A INDEX. A

Et non

indican-

Conie-

Copula,

D

Decla-

Dictio

E

Æsti-

Exce-

Fabri

F

Fama

Et ideò

Frater-

G

H

Hypo-

I

Inimicus

Ius me-

E 2 *Et idem*

Lex si

du biie

Fallit

Mors

N

Licèt

O

Præsum-

Q

tur ad

S

missis

Statu-

Stylus

Testes

Verba

FINIS.

